




















# GENEALOGIA ETRVSCO-MINORITICA.





# GENEALOGICVM ET HONORIFICVM
# THEATRVM
# ETRVSCO - MINORITICVM

A P. F. ANTONIO A TERRINCA
MINORITA
OBSERVANTINO
*ANNO DOMINI MDCLXXX.*
Elaboratum.



FLORENTIÆ, MDCLXXXIIII
Ex Typographia ſub ſigno Stellæ. *Superiorum permiſſu.*

GENEALOGICUM ET HONORIFICUM

# THEATRUM ETRUSCO-MINORITICUM

A P. F. ANTONIO A TERRINCA MINORITA

ANNO DOMINI MDCLXXX.

Elaboratum.



FLORENTIAE, MDCLXXXIII

Ex Typographia sub signo Stellae. Superiorum permissu.

# THEATRVM
# ETRVSCO-MINORITICVM
IN QVO
MINORITÆ, QVI AB IPSOMET PAVPERVM PATRIARCHA, CHRISTI SIGNIFERO, INSTITVTORE, FVNDATORE, S. P. D. FRANCISCO.
Ad Annum Domini M. DC. LXXX.
IN ALMA AC PRIMOGENITA
TVSCIÆ PROVINCIA,
*ET EX TVSCIS IN ALIENIS,*
Quadruplicato PRIMI INSTITVTI Sodalitio præfuerunt.
Qui Ecclesiasticis Dignitatibus, ac Munijs ex Etruria, aut in ea prefulserunt.
Qui Scientia, Prudentia, Scriptis, Sanguinisque claritate Etruscas Sodalitates illustrarunt,
Fideli narratione, & accurata, quantm licuit, Temporis, & Instituti ratione, producuntur.


*Tribus Partibus, Titulis varijs, & Seriebus digestum; duplici Indice, Partium Operis vno, Personarum præcipuarum altero illustratum,*

SERENISSIMO PRINCIPI
FRANCISCO-MARIÆ MEDICES
D. D. D. S. O. M.

FRATER ANTONIVS TOGNOCCHI A TERRINCA
Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ Concionator Theologus, ac prælibatæ Prouinciæ







# SERENISSIMO PRINCIPI FRANCISCO MARIÆ AB ETRVRIA FERDINANDI II. FILIO COSMI III. GERMANO;

SENARVM GVBERNATORI, TRISTIVM HAC TEMPESTATE

## CAMOENARVM

OPTIMO INSPECTORI, REPATORI BENEFICENTISSIMO.

## MAXIME PRINCEPS.



VRPE est beneficijs vinci; sed ad id quod vires prestare non possunt, bona voluntas recensetur: vnde tàm gratus est quisq; quàm voluit, quod rebus non potest animo equat. Sed beneficijs Serenissimæ Domus Tuæ MEDICEÆ simul, & FELTRIÆ de RVVERE (inclytę vtriusq; GERMEN) Minori-

ticum meum Sodalitium succubuisse non pudebit, & ab ipsis victum fateri, rem indignam non iudicabit. Eo illas loco eximia virtus & pietas posuit, quo largiri multa potuerint, pauca admodum & imparia datis recepturas. Status magnitudo aditum redituris ad se beneficijs clausit. Ipsis imputandum nostrum vitium, quod non reddituris debeamus. Si Tua Tuorumque non prohibuisset, aut prohibeat Celsitudo, per nos non erit mora, quominus simus gratissimi. Vos multa dare potuistis, nos tantum recipere: Vobiscum stetit statque rerum maiestas, nobiscum bona voluntas. Id proinde nobis efficiendum erit; vt dum referre non possimus, vbique confiteamur, propter beneficiorum magnificentiam nos referre non posse. Eximiam pietatem SS. DD. NN. (PATERNVM MATERNVMQ. inclytum GENVS TVVM vt complectar) & ab Ecclesiastico, qui iure præcedit, ac Paterno Principatu exordiar, atq; Franciscanus Franciscana tantum (abundant enim) loquar LEONIS X. CLEMENTIS VII. SIXTI IV. ac IVLII II. Summorum Pontificum, FERDINANDI MEDICEI, & IVLII FELTRII de RVVERE CARDINALIVM ORDINIS MINORVM PROTECTORVM ingenuam propensionem, deuotionem ac munificentiam in ipsum meum Sodalitium quibus verbis explicem, quibus laudibus efferam, nescio: quidquid namque dixero minus est. Qualibus hunc meum Institutum cohonestauerint priuilegijs, gratijs affuerint,

fauoribus

fauoribus extulerint quantis, ſpiritualibus leuauerint auxilijs, amplificauerint dignitatibus, muneribus ditauerint, potenti ſuſtinuerint patrocinio, & paterna, qua proſequuti ſint clementia, vel memorare difficilè, quomodo compenſare? Multa quidem (non omnia certè) candida eorundem candidè refert monumenta inclytus Minorum Annaliſta P. LVCAS VVADDINGVS tom. 6. 7. & 8. per ſingulos Annos, quibus illi è Supremo, hi ex eminenti loco humilem Minorum Sodalitium reſpexerunt in bono. Potiora delibare ſatis. LEO itaque X. Pont. Opt. Max. (vt à Paterna Tua Stirpe initium ſumam) Anno 1514. in tota Vlyſipponenſi, & 1516. Conimbricenſi Diœc. indulſit, vt B. ELISABETHA, Aragoniæ Regibus orta, & olim Luſitaniæ Regina, fæmina ſanctiſsima, Vidua, ac Tertij Ordinis S. P. M. D. Franciſci ſectatrix ſolemni ritu ſub BEATÆ titulo coleretur. Primum ſic firmans gradum ad huius læctiſsimę Heroinę cultum; qui poſteà varijs auctus incrementis, eo tandem peruenit, vt illam in ſanctarum fæminarum ALBO VRBANVS PAPA VIII. & ipſe Florentinus, mirifico apparatu, ſolemni pompa & maieſtate, innumera populi ſpectantium multitudine, indicibili Orbis Chriſtiani applauſu, Sancto Iubilęi An. 1625. die Dominica, Sanctiſsimæ Triados anniuerſario 25. Maij retulerit. Septem SS. MARTYRVM ETRVSCORVM DANIELIS & Sociorum, qui ſub Religionis exordijs, Anno videlicet, 1221. Septæ in

Aphrica gloriosum subiere Martyrium, Natalitia Ecclesiastico colere Officio eodem Anno 1516. permisit. Capitulum Generalissimum Ordinis Romę An. 1517. conuocauit. In quo cœtum Obseruantum firmauit, eique antiquum Religionis Sigillum, Ministeriatus Generalis totius Ordinis dignitatem, & titulum, cætarasq; præminentias tradidit. Inter Obseruantes, & Conuentuales concordiam statuit. Sanctimonialium Annunciatarum Ordinem sub B. Francisci Vexillo confirmauit. Regulam Tert. Ord à se adaptatam & confirmatam die 20. Ianuaris Fratribus, & Sororibus de Pœnitentia in Congregatione degentibus tradidit; & quædam circa Domi viuentibus ordinauit. Canonizationi B. Ioannis de Capistrano se accinxit; sed communi mœrore subtractus, perficere non potuit. Plura alia æquè fauorabilia Indulta toto Pontificatus tempore (vti annuatim videre est apud prefatum Annalistam) vniuerso impertiuit Ordini. Nec, quoad vixit, destitit benefacere Minoribus suis, quos omni tempore tota deuotione dilexit. Non enim mentitus est, cum dixit: Quare Nos (ita habet in *Bulla vnionis* nuncup. dat. an. 1517. 4. Kalend. Iunij, incip. *Ite vos*) *cuius animus ab ætate tenera ardenti deuotione efferbuit ad huius Ordinis professores, & Ordinem ipsum totum &c.* Clemens vero VII. Fratribus, & Sororibus Ministro Generali totius Ord. subiectis, vt peregrinandi laborem adimeret, an. Iubilæi 1525. in proprijs Ecclesijs vbiq; Terrarum existentibus tricies ad quatuor Altaria infrà dies 30.

orant.bus

orantibus Iubilæum lucrari posse indulsit. Rogante Reuerendissimo P. Hilarione Sacchetto Florentino, Commissario Generali Obseruantes liberauit ab administratione & collectione pecuniarum pro magnifica illa fabrica vastissimę Basilicę S. Petri in Vaticano, quam Iulius II. inceperat, & ex Obseruantibus eo in munere delegerat. Multa item priuilegia, præsertim quoad solutionem Quartæ funeralis, & exemptionem ab Inquisitoribus contulit. Omnia & singula indulta, priuilegia, gratias, indulgentias & peccatorum remissiones tribus Ordinibus Minoritis per prædecessores Sum. Pontifices concessas probauit, innouauit confirmauitq; Obseruantibus in Regnis Galliarum plures adiudicauit & firmauit Conuentus. Præclarum Patrum Capuccinorum emergentem Institutum fauit, aluit, firmauit; vti videre est in sua Bulla incipit *Religionis Zelus*. Dat. Viterbij an. 1528. 5. Non. Iulij. Reformatè viuere volentibus inter Obseruantes Conuentus in vnaquaque Prouincia assignari, Custodem in Pręlatum destinari constituit, & alia opportuna pro bono eorundem regimine decreuit in sua: *In suprema militantis*. Dat. Romæ an. 1532. die 16. Nouembris. Fratribus Obseruantibus Terræ Sanctę incolis & Custodibus annum ac perpetuum subsidium mille aureorum decreuit. Plura alia non leui ponderis vniuerso Ordini præstitit beneficia, addidit priuilegia. Ecquid mirum! tenerrimè adeò Minoriticum dilexit Institutum; vt, cum adhuc in Minoribus esset, nisi

Protector

Protector officio finiſſet, vti nonnulli ſuſpicantur ſaltem affectu, patrocinio, & frequenti beneficio Protectoris Titulum meruiſſet, & locum; cui propterea PP. Obſeruantes in Capitulo Generali Carpenſi an. 1521. ſuffragia, tamquam Protectori decreuerunt. Fas eſt affectum ſuum propalãtem audire *Nos* (inquit in Bulla pro Reformatis citata) *qui in ſinceris eorum conſcientijs delectamur, quique ab ineunte ætate ad huius Ordinis profeſſores, & ad Ordinem ipſum totum ſingularem geſsimus deuotionis affectum, nunc &c.* En innata Medicum in Minores pietas, & affectio. Meritò proinde vnuſquiſque Veſtrum illud Iob. cap. 31. vſurpare poteſt: *Ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Sed quid FELTRIA de RVVERE ex Sum. & ipſa Pontificatus apice Minoribus non contulit? Numero quidem pares in fauendis Franciſcanis, & æquali ſi non feruentiori, affectus deuotione exarſerunt, atq; benefica & munifica humanitate ſe ſe æmulati ſunt. Tanta fauorabilia SIXTVS IV. affectu, habitu, ac profeſsione Minorita Minoribus conceſsit, vt vel numerare, Mare magnum eſſet intrare. Religioſæ namq; educationis, & beneficiorum in Ordine Minorum gratam oſtenſurus memoriam, Anno 1574. ampliſsimum dedit Diploma, á multitudine & qualitate priuilegiorum *Mare Magnum*, meritò appellatum; aliaq; ſubſequenter indulſit, declarauit, & à prædeceſsoribus conceſſa confirmauit. Natalitia Seraphici Patriarchę ac P. D. Franciſci in vniuerſa Eccleſia feſtiua voluit, & ritu duplici coli co-

lentibus

lentibus annuas concesſit indulgentias, quas SIXTVS V. item Minorita Conuentualis reddidit ampliores. Duplici dato Diplomate, vnum 8. Idus Septemb. An. 1472. alterum Nonis Iulij 1474. Sacra STIGMATA ſingulare priuilegium S. P. D. Franciſci in Sac. noſtræ Aluernæ Monte á Chriſto Domino conceſſum celebriorem reddidit. Ob præcordialem in eundem ſanctiſsimum Parentem Franciſcum affectum, ſacratiſſimum illud Eccleſiæ depoſitum, Sacrum videlicet Corpus eius videre perconcupiuit, nec quieuit, quouſque votum aſſequeretur. An. itaq; 1476. pergens Aſsiſium, interfuit numeroſiſsimo cœtui ex vniuerſa Europa ad Indulgentiam Portiunculæ lucrandam confluenti. Inde ſua fretus authoritate, cui contradicere non licebat, ſub altum noctis ſilentium, duobus tantum ſtipatus comitibus Ioanne Arcimboldo Cardinale Archiepiſcopo Mediolanenſe, & Andrea de Nurſia Prefecto Vigilum, ſeu Capitaneo excubiarum deſcendens per occultos receſſus in ſubterraneam Eccleſiam, Virum Sanctum in pedes ſtantem, vulneratum, ſanguinolentum reuerenter, & cum lacrymis veneratus eſt; deſiderio ſuo cum adhuc eſſet in minoribus concepto ſic ſatisfaciens. Alium in Pontificatus auſpicijs ſubijt deſiderium in honorem eiuſdem Sanctiſsimi Patris, exponendi, videlicet omnium conſpectui ſacrum illud pignus in nobili Mauſoleo. Re collata cum B. Iacobo Piceno, viro Sanctiſsimo, tunc temporis doctrina, prædicatione, & miraculis claren-

te ſibique acceptiſsimo , cuius Corpus miraculis innumeris illuſtratum, cum per annum in terra iacuiſſet, datis litteris 27. Octob. 1477. decentiori in loco transferri iuſsit, reſponſum à tanto Viro, poſt longam orationem accepit; Id nequaquam Deo placere, qui vſque ad præfinitum á ſe tempus magiſq; neceſſarium volebat occultum. Officium Immaculatæ Conceptionis B. V. M. cum Octauis, eiuſdem Deiparæ indemnitatem à peccato Originali palam & paſsim teſtificantem probauit, Minoribus recitandum conceſſit; recitantibus & intereſſentibus eaſdem largitus eſt Indulgentias, quas Vrbanus IV. & Clemens V. pro Feſto & Officio SS. Corporis Chriſti conceſſerant. Anno 1482. Dominica in Albis die 14. Aprilis ſumma ſolemnitate, & conſeſſus maieſtate B. Bonauenturam Fidanuium, Balneoregienſem, Doctorem Seraphicum, olim Ordinis Minorum Primicerium, Albanenſem Epiſcopum, & S. R. E. Cardinalem Sanctorum in Albo adſcripſit. Officium eiuſdem Sancti Bonauenturæ cum Octauis Franciſcanis conceſsit, & cuncta tanti Doctoris Opera imprimi curauit. IVLIVS verò nomine, non ità affectu erga Minores SECVNDVS, ad Pontificatum aſſumptus anno 1503 Protectorem quidem pro Minoribus ſibi ſubſtituit Dominicum Cardinalem Grimanum Patriarcham Aquileienſem, virum doctiſsimum ac ſolertiſsimum, & Protectoris authoritatem, quam an. xxx. ingenuè, ac Religionis emolumento exercuerat, declarauit,

at paternum non exuit, auxit affectum. Veridicè namquè die Festo SS. Trinitatis anno 1506. post repetitam Pontificiam Benedictionem cunctis Vocalibus Conuentualibus, ac Obseruantibus, omnibusq; presentibus & absentibus Fratribus Ordinis Minorum coram omnibus dixit: *Triginta quatuor Annis, cum essem Cardinalis, vestrum egi Protectorem, nunc autem Summus Pontifex effectus, vestrum ago, agamque Patrem.* Varia proinde, eaquè conspicua Minoritis toto Pontificatus nouennio (vti videre est apud præfatum Annalistam) indulsit priuilegia. Capitulum congregauit Generalissimum, varietatem Congregationum ex Ordine sustulit. Ordinē Monialium Conceptionistarum sub B. Francisci Ferula confirmauit. Franciscum Ximenium Minoritam ad Purpuram euexit. Commissarios Fabricę S. Petri in Vaticano à se magnificentissimè inceptę, & Nuncios Sedis Apostolicæ ex Franciscanis delegit deputauitque. Ac denique, omnimodæ indemnitati prædilecti Ordinis ad mortem vsque contulit. Porrò sedulam curam, paternam tutelam, amoris pignora Illustrissimorum DD. Cardinalium IVLII FELTRII de RVVERE Archiepiscopi Rauennatis Cardinalis Prænestini, alias de Vrbino, atq; FERDINANDI MEDICEI Diaconi Cardinalis S. Mariæ in Dominica, inde S. Eustachij; posteà S. Mariæ in Via Lata, demum Magnus Dux Etruriæ ambo Hispaniarum, & Ordinis Minorum Protectores, qui post Summos Pontif. secundum in Hierarchia Franciscana obtinent

locum, longum esset enarrare, & quæ splendoris Minoritis per illos accesserint, recolere: requidem vera, illud Sapient. cap. 7. vsurpare possumus: *Venerunt nobis omnia bona pariter cum illis, & innumerabilis honestas per manus illorum; & lætati sumus, quoniam antecedebat nos istorum Sapientia.* Qualis autem illa, vt totum Genus Tuum Medicæum simul ac Feltrium de Ruuere ex quo prodijsti (virtuosissime Princeps) complectar, & ab Ecclesiastico ad Sæcularem, per transemnam, vt aiunt, hic, latiùs, Deo fauente, alibi, descendam Imperium, & quam effusa cunctis vsque nunc Sęculis Maiorum Tuorum liberalitas? affabilitas? sincera deuotio? regia munificentia? vnico verbo dicam. Nulla fermè inter ducenta & vltrà Minoriticas Ædes in Paterno, ac ferè totidem in Materno suo Principatu reperitur, quæ, præter frequentes rerum suppetias, & continuum suæ indigentiæ leuamen; aut à Fundamentis erecta, aut dotata, aut à vetustate purgata, aut ampliata, aut ornata, aut specialibus priuilegijs decorata, aut continuo potenti & paterno affectu patrocinata non sit Serenissimorum Progenitorum Tuorum pietate. Numquid non ideò, ex parte Medicea, iure ac merito æternati scripserunt Minoritæ *Domus serenissimorum Mag. Ducum Florentiæ tota Franciscana dici potest.* Tot verò pietatis argumenta in Franciscanum Institutum dederunt Vrbinates Principes; vt P. LVCAS VVADDINGVS Minorum Annalista integrum scripserit Librum: *De Pietate Vrbinatum erga Franciscanam Familiam.*

Quid

Quid glorioſius? quid vltrà dici poteſt? quid vel cogitari? Viciſtis ergo ( inclyti Medices ) viciſtis; res ipſę, nobis tacentibus, loquuntur, ipſę ſe extollunt; & propalant victoriam. Viciſtis, quid enim Vos dignum reddere, aut qua facultate beneficia tanta, tot pulchris notis diſtincta liceat compenſare? tot fauorabilia addita æquare? tot, denique, amoris & ſincerę deuotionis argumentis, ac tot Minoritico meo Sodalitio prę ſtitis beneficijs & patrocinijs operibus reſpondere? Omnes obligaſtis, deuiciſtis omnes; ità, ità, fatemur. Candida tanta candidi amoris monumenta adeò apud Conſodales meos valuerunt; vt in Capitulo Generali, Romæ Anno Iubilæi 1600. celebrato, communia ſic decreuerint ſuffragia: *Pro Sereniſſimo Magno Etruriæ Duce, eiuſque Illuſtriſſima Prole, qui incredibili deuotione ac beneuolentia Religioni noſtræ afficitur; & pro illa ingentes facere expenſas ( etiam ad hoc Generale Capitulum ) non dubitauit: à quolibet Sacerdote vna Miſſa dicatur.* In ſequenti Toletano Capitulo anno 1606. addiderint: *totius Ordinis vniuerſali benefactore, à quolibet Sacerdote duæ Miſſæ dicantur &c.* Laudibus inde celebrarint; dignis alij extulerint encomijs, poſteris tranſmiſerint, toto diffuderint Orbe, ſacrarint æternitati, Magnis Heroibus Tuis alij ingenij ſui inſcripſerint monumenta; & ego exilis, & omnium minimus nonnulla exilia mei, illo Leonino fretus oraculo; *Fidelium largitas non de muneris penſatur pondere, ſed de beneuolentiæ quantitate*, conſecrare decreuerim. Sed Tu ( ampliſſime Heros ) in quem generis

ſplendor

ſplendor, dignitatis faſtigium, corporis & animi dotes, ac optima quæque Principijs ornamenta vbertim confluxerunt; & quidem omnia & ſingula tám ſplendida, támlucida, tàm illuſtria, tàm fertilia, tamquè prædicatu copioſa, vt fama ipſa tam fatigata videatur, meum hoc primum ferè abortiuum fœtus exigis, ad Te attrahis, Tibi vendicas, Tibi inter Medices Clericali Militiæ adſcripto; Eccleſiaſticorum Heroum geſta hæc, vt inſcribam ſingulariter allicis. Tibi itaque Etruri ę Iubari fulgentiſsimo, auitæ gloriæ in excolendis purgandiſque bonis artibus digniſsimo Hæredi Muſarum integerrimo amatori offero, ad Te ex animo, voto atque nomine totius huius meæ Tuæque Prouinciæ Etruriæ mitto Homines præclaros Etruſco Minoritas in Theatro congregatos, qui Franciſco Duce militantes Etruſco ſplendori ſplendorem addiderunt, Tuorum nomen glorioſum reddiderunt, ac vbique Terrarum ſplendeſcere fecerunt. Sunt .n. Homines magni virtute, & prudentia ſua præditi, qui in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. Munus, optimè noui, non quidem Te dignum, mea tamen facultate prope maius. Lucrum in munere pono, vt quod ego non poſſum Tuum Nomen impertiat. Ad Te tranſlatum, Tuum erit. Sub Te vacabit á calumnijs, ab æmulorum inuidia, à maleſanæ mentis inſidijs. Tuo inſcriptum Nomine, quis audeat conuellere? Ad tuam Aram appenſum, quis non timeat

vellicare?

vellicare? Tibi næ, ad nostram beneficientiam nato, ad protectionem suscipiendam (Patriarchæ enim nostri Nomen geris non vacuum) promptissimo, ad Zoilorum, ex Aristarchi Lymphantium schola mordacem illam, qua sibi quæque obuia dilaniant, retundendam dicacitatem præcipuo Mœcenati. Paternis itaque Pilis infestis propulsatis Miluis, securus Materna sub Quercu requiescens, canam: *Sub umbra illius, quem desideraueram sedi*; atque Auiculæ istæ Franciscanæ mecum securiùs nidificabunt. Admitte, deprecor, qua soles omnes in disciplinis, præsertim verò, qui pro Religionis incremento impenduntur labores benigna fronte suscipere, exiguum hoc munusculum perpetui obsequij sacramentum, non acceptorum beneficiorum pretium, vt mecum deuinctos Consodales liberem, sed pignus, vt obstringam. Nec enim tenuia hæc referendę gratiæ esse volo, sed testandæ: meque humillimum Celsitudinis Tuę, ac Sereniss. Domus Mediceæ seruulum, & Ordinem meum, quorum constans erit votum, vt Teipsum in Terris amplificet, & exaltet, ac Cælo Deus inferat iustus arbiter & munerator meritorum, in Tuo patrocinij sinu excipere, & confouere.

*Ex AEDE S. Mariæ propè Emporium, Festo die S. P. N. D. Franc. 1683.*

Sereniss.^mæ^ Celsitudinis Tuæ

*Humillimus Orator, & Seruus*
F. Antonius de Terrinca Minorita

# APOSTROPHE AD CONSODALES.

§. 1. LABENTE An. 1672. dum in celebri Conuentu S. Bernardini vulgò *l'Osseruanza* propè Senas moram traherem, subijt mihi inspirata quædam, & communi iudicio, viribus meis impar, cogitatio. Illa fuit, colligere, scribere, & in vnum redigere præclara quæque ac speciosa Minorum, Conuentuum, ac Monasteriorum Almæ, Primogenitæ, atque Seraphicæ Prouinciæ Tusciæ. Verbum absconditum vt aperui, pauci, & non sine causa, probarunt, quamplurimi, rem quidem laudantes, sed vires meas æquo pondere librantes à cogitatu discedere, *altiora me non quærere*; sed peritioribus prouinciam talem relinquere suadebant. Dubitabundus ideò, ex vna parte timebam, hærebam, opus aggredi non audebam, nè mihi illud obijceretur, *cæpit ædificare, & non potuit consumare*; ex altera verò parte, arcana quadam fiducia confortabar, animabar, in spem votum assequendi erigebar. Pusillo in pusilla, non magna scribenda &c. suggerebat, & in mentis Ideam animus figurabat. Terminos angustos, nimirum, Gesta Consodalium meorum Obseruantum Etruscorum, Conuentuum ac Monasteriorum ijsdem subiectorum intra fines huius Prouinciæ [quorum *Chorographiam* ære incisam à paucis antem mensibus, eadem in Vrbe Senensi publici iuris fecerat Ven. & pius P. Frater Andrea à Floriano conuictor meus] existentium, si quæ notatu digna essent, præfigebat, eaque haud magna vel incomprehensibilia repræsentabat. Similem Opellam, sexdecim tantùm folijs digestam, quam, non sine animi delectu, à multis Annis parieti affixam in vno quoque Conuentu (pertransiui Virginem Lauretanam veneraturus) Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ videram, in memoriam reuocabat, & ad similem incitabat. Coadiutorem quemquam ex Consodalibus sperandum dictitabat. Ex Historia eiusdem meæ Sodalitatis ac Prouinciæ Illustrissimi ac Reuerendissimi D. & Patris FRANCISCI GONZAGÆ, olim totius Ordinis Sancti Francisci Generalis Ministri, ac Episcopi Mantuani, paucis alijs adhibitis Authoribus & monumentis, facili negotio concinnandam proponebat, rem omnibus gratam me facturum suadebat, & *Ciuitatem suprà Montem*, atq; *Lucernam super Candelabrum* posituram, &c.

*Vnde motus ad scribendum, & quo tempore ac loco.*

*Eccl. 3.*

*Luc. 14.*

*Matth. 5.*

§. 2. Sub hac mentis deliberatione, ac animi fluctuatione fluxit ipse Annus, & tempus Quadragesimale insequentis, quo in insigni Conuentu S. Francisci Iaccherini extrà Pistorium, vbi celebris est & optimis libris referta Bibliotheca, in hunc finem locatus: ibi Authores consulendo, hinc indè Prouinciæ monumenta perquirendo, lustrando, præscrutando, scriptitandoquè, sicuti & Anno insequenti 1674. in Conuentu Sancti Michaelis Docciæ ad muros Fesularum, & in Ciuitate Florentina, Idea Opellæ in Embrionem quinque partitum transijt, creuit, & coagulata est, atque successiuè, vti inferius dicemus, aucta. Paulatim namque ingesta desuper cogitatio

*Vbi, & quando scribendi materiam accepit.*

gitatio traxit me ad primæuum Minoritici instituti præscrutanda exordia, dilataui, inde ad Sodalitatum succrescentium originem & incrementa vestiganda: Secundi item ac Tertij Ordinis institutionem ac profectum ad perquirendum extendit: vtriusque sexus triplicati Instituti sanctitatem, pietatem, rerum gestarum maiestatem, personarum dignitatem, Prudentiam, aliaque ornamenta proposuit indaganda. Conuentuum & Monasteriorum vniuersorum in hac Tusciæ Prouincia existentium antiquitatem, dignitatem, erudera re indidit. Demùm, quidquid gloriæ, quidquid decoris, quidquid splendoris Etruriæ Minoritis Sodalitatibus esse potest, explorandum ingessit, suasit, inquirendum, prosequendum, atque ob omnium oculis exponendum. Ecce, quali arte, qui *omnia fortiter suauiterque disponit*, quàm altum me deduxit in Mare, quanto onerauit onere, quantam imposuit molem: & quidem Gigas non sum; sed vermis, & omnium minimus.

Sapient. 8

§. 3. Porrò, hac in indagatione, in qua per triennium laboratum est. Sodalium primi Ordinis, Sanctimonialium, Clarissarum, Fratrum atque Sororum Tertij Ordinis tàm vberem, tam copiosam, ac refertam sanctitatis, pietatis, virtutisque messem in agro Etrusco inueni, collegi & congregaui; vt vnusquisque Ordo suum Peculiarem sanctitatis Volumen posset explere: Fratrum Primi Ordinis in rebus agendis pro Ecclesia, pro Religione, pro Principibus & Populis præstantiam, in laboribus ferendis constantiam, præclarè quoque gesta intrà & extrà Ordinem, ac ferè vbique Terrarum. Ecclesiasticarum, Ordinisque dignitatum varietatem, munia gloriosè functa, aliaque Personarum ornamenta tàm multa tàm varia, tam decora, & splendida detexi, & Hercum numerum tàm copiosum habui, vt & hi proprium exposcerent Volumen. Conuentuum verò & Monasteriorum trium Ordinum [ flò intrà fines Tusciæ ] gloriam & diuitias, dignitatem & amplitudinem tales esse comperi, vt integrum & hi requirent Librum [. Ecce quam multiplex fœtus in Embrione coagulatum est, in lucem, suo tempore, præstante Deo, proditurum. At hi, tanquam in minoribus constituti, sextum expostulant Opusculum in tutorem, defensorem, & propugnaculum. Præfatis, tanquam fundamentum, ærarium, seu promptuarium, præmittendus erat alius, nempe *Apparatus* ( qui, varijs præpeditus difficultatibus, nonnisi postmodum prælo committi poterit, sequeretur ergo præsentem THEATRVM qui præire debebat ] Ecce septimum Opusculum formandum, elaborandum, edendum. Vtinam talia euadant, vt, tanquam sidera septem Cœli Etrusco Minoritici, micare possint, & in firmamento lucere.

*Vnde librorum multiplicitas orta sit.*

§. 4. Tandem in hoc sacro Conuentu S. Mariæ propè Emporium, in quo huc vsque commoratus sum, deuentus, Deo, cui laus sit, honor & gloria, fauente & mouente; & quasi illud Dauidicum ad Salomonem, intus mihi dictante; *Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas, nè paueas; Dominus enim tecum erit, & non dimittet te*, nec derelinquet donec perficias, omne opus &c. *Confidens* ( item cum Apostolo ) *hoc ipsum, quia, qui cæpit per me opus bonum, ipse perficiet*; pusillitatis meæ quasi oblitus, vndequaque collecta, congesta, & vtrunque concepta digerere, ideare, membra

1. Paralip. cap. 28.
Philip. c. 1.

 compo-

componere, adaptare inuentis lineamenta, atque ad prælum parare cœpi Anno Salutis M. DC.LXXVI. ætatis meæ 50. Monacatusque 33. sequentibus sub Titulis, *videlicet*.

Opusc. I. §. 5. APPARATVS ad Theatra Etrusco-Minoritica, in quo nobilissimam & antiquissimam Seraphici Patriarchæ Patris Nostri D. FRANCISCI hucusque absconditam referamus GENEALOGIAM. Generationem spiritualem eiusdem Sanctissimi Legislatoris, hoc est Ordinis Minorum Institutionem propagationemque damus. Prouinciæ huius Tusciæ originem, antiquitatem, dignitatem & præeminentiam propalamus. Sodalitatum Franciscanarum primordia, incrementa, ac claritatem aperimus. Secundi item ac Tertij Instituti Minoritici initia dilatationemque ministramus. Statum præsentem, & alia scitu digna trium Ordinum afferimus.

Opusc. II. §. 6. THEATRVM GENEALOGICVM & Honorificum Etrusco-Minoriticum illud. In quo quales in Theatro producamus Heroes legendo quisque videre poterit, & summariæ in Indiculo infrà apposito.

Opusc. III. §. 7. THEATRVM Primum sacrum Etrusco-Minoriticum. In quo Heroes illos sanctimonia & pietate illustres offerimus, & eo ordine, quos, & quo nomitenus recolimus ad finem huius Theatri à pag. 265. ad 276. Theatrum hoc imprimi cæptum est, sed an perficiendum sit nescio, expensæ magnæ sunt, paupertas premit, & non est qui adiuuet.

Opusc. IV. §. 8. THEATRVM II. sacrum Etrusco-Minoriticum. In quo Heroinæ Ordinis S. Claræ sanctitate & virtute insignes introducimus, quas in Appendici ad finem huius Tomi pag. 277. & sequenti nominamus. Illud debitis cum facultatibus, ac etiam *Imprimatur* paratum est ad prælum; sed imprimendi possibilitas desideratur.

Opusc. V. §. 9. THEATRVM III. sacrum Etrusco-Minoriticum. In quo Heroes, & Heroinæ Tertij Ordinis sanctimonia celebres adducimus, quorum Catalogum habes in calce huius operis pag. 179. &c. Hoc vltimam iam manum accepit, sed Censoribus nondum commissum est.

Opusc. VI. § 10. THEATRVM CHRONOLOGICVM Etrusco-Minoriticum. In quo Conuentuum, Monasteriorum, Domorumq; trium Ordinum antiquitatem, Dignitatem, &c. dabimus; nondum n. absoluta est.

Opusc. VII. §. 11. APOLOGIA Etrusco-Minoritica. In qua plura placita in præcedentibus Opusculis prolata firmamus, roboramus, propugnamus. Hæc autem adhuc stat in Embrione, & in dies sumit augumentum, vt tandem perfecta prodeat.

§. 12. Prouinciam ergo magnam me suscepisse, & operosissimum opus assumpsisse, quis non videat? *Præterita prascrutando indagare* [ait D. Augustinus] *& differendo monstrare, quàm sit operosum, & quàm prolixum, & quàm dignum multis voluminibus, quis ignorat, qui hoc vel mediocriter cogitat?* (17. de Ciuit. Dei) fateor, me non vltro currentem, nec callià, vti præmonui, cogitantem, in ipsa rei consideratione iterum atque iterum extimuisse, & pluries animo concidisse; sed amicorum consilio, & Superiorum hortatu confortatus, vires & animum resumpsi ad opus inchoandum, ac prosequendum, laboresq; ac molestias ferendas. Longum quidem & putidum ac odiosum esset, quot mihi difficultates atque impedimenta sese obtulerunt, quantisque laboribus

hoc

hoc mihi, Opus constet, commemorare. Codices pauci & sparsi; atque ideò huc illucq; cursitando indagare, cursimq; pro arbitrio, & commodo alieno præscrutare opus fuit. Multa petij Monumenta, Operi necessaria, nec obtinui, vel quia nimio zelo custodita, vel quia non adinuenta, vel quia negotiorum anfractibus, ne dicam desidia, aliò impellentibus non conquisita, certè nonnisi per pauca exhibita. Quid mirum ergo, quantumuis omnem adhibuerim conatum, non omnia attigisse; multa studium meum superasse, multa etiam diligentiam meam subter fugisse? Neque enim tantum mihi tribui velim, vt omnem tulerim punctum, & omnia mea dicantur incorrigibilia. *Scio enim*, cum D. Ambrosio, *quomodo præter imprudentiæ caliginem, quæ me circumfundit; vnumquemque fallunt sua scripta, & aurem prætereunt, atque, vt filij etiam deformes delectant; seu etiam Scriptorem mediocres sermones sui palpant. Incautius aliquid plerumque promitur, aliquid accipitur malevolentiùs, aliquid exit ambiguum.* Feci discussi, examinaui, nec tamen plenè me errores cauisse puto in tanta rerum varietate, atque Authorum & scriptorum diuersitate.

*Lib 8. Epistol. epist. 63.*

§. 13 Id igitur pro comperto habemus, non defuturos correptores, imò, & detractores, ac irrisores harum nostrarum elucubrationum [ *Difficilè; imò impossibile est* (teste D. Hieronymo ] *placere omnibus; nec tanta vultuum, quanta sententiarum diuersitas.* Ecquis vnquam Turrim in medio plateæ ædificauit, quin Zoilos morososque censores habuerit? illos modò synceros & beneuolos desideramus, atque obsecramus; si aliter quicquã diximus, quam se habeat, non id prauo affectui, sed humanæ caligini, & nostræ tenuitati dignentur adscribere; atque insuper amice monere in quibus errauimus, vt corrigamus. *Ego enim* [ cum B. Ambrosio ] *beneficio annumero, si quis legens mea scripta, dicat mihi, quo videatur moueri. Primum, quia, & in ijs, quæ scio, falli possum. Multa autem prætereunt, multa quibusdam aliter sonant. Pulchrum est, si fieri potest, cauere omnia, &c.* istos, vt plurimum maleuolos, & leues, omninò contemnimus: didicerunt illi maledicere, nos maledicta contemnere; atque ex attramento Cristiani Drutmari intimamus. *Ego verò nulli nolenti iussero, aut legere, aut habere hunc Librum, sed qui voluerit: Et si aliquis hunc detestatur, ordinet meliorem, & ego voluntariè ipsum suscipio: nam iste nihil vlli nocet.* Et cum Ambrosio loc. cit subdimus. *Non debeo molestè ferre, si cum de Apostolicis, ac ipsis Euangelicis Domini eisque verbis pleriq; multas quæstiones ferant, etiam in meis scriptis reperiant, de quo disputandum sit. Plerique enim studio indulgent suo.* Timeo, nè & sæculo nostro loquatur Ennodius, dùm dicit: *Nullus, quod sanctum est, vt video quidne infandum sit, respicit, ad impugnationis fidem solum aduocatur pro testimonio propositum. Deus Omnipotens mutatas ordinum vices vertat in melius, & rerum statum, qui labe temporis & meritorum nostrorum nebulis obsoleuit, aurei sæculi candore perfundat &c.*

*Epistolar. Lib. 1. Ep. 8.*

*Drutmar. Præfat. in Matth.*

*Amb. 6.e*

*Ennod. lib 1. Epistolar. Ep. 1.*

§. 14. Laicis hominibus, & fortè quibusdam delicatulis ex nostris, aspera hæc, sat scio, videbuntur. Nam Orationis suauitates adhibere nec si maximè voluissem, poteram; nec si potuissem fortè voluissem. Si qui tamen erunt; qui legenda putent, inuenient interdum fortasse aliquid suæ gentis aut patriæ, quod se didicisse non pæniteant: imò vidè gaudium

sumant, & lætitiam. Conquerentibus se sine Elogio dimissos vnico hoc satisfacimus argumento. Homines ferè ter mille producimus in hoc Theatro; si totidem forent Elogia texenda, quale Volumen? vnde pro imprimendo expensæ? sufficiat perennare memoriam.

§. 15. Ille etenim (quantum ad præsens attinet) mihi scopus Patrum & Fratrum nostrorum Etruscorum, nulla neglecta sobole, auolantem memoriam, quasi per fimbriam vestimenti, retinere, & à generatione in generationem transfundere; vt *respicere possitis ad petram, vnde exciti estis & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Hic poteritis attendere ad Abraham Patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos.* Hic videbitis *de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus fuit veritas, qui oderunt auaritiam, Tribunos & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos constitutos super populum* nostrum ETRVSCO Minoriticum: illos, inquam, quos cæteri Authores passim citandi sparsim in suis Voluminibus hinc inde referunt, aut aliunde venari licuit, in Theatro congregatos, suisque sedibus locatos aspicietis. Id præstandum mihi proposui; vt, quod non sine magno labore assequi poteratis, idipsum facili negotio haberetis. Poteratis equidem (præstantissimi Consodales) ea qua præditi estis capaci omnium mente, vastissima Authorum Volumina facilè complecti; sed satiùs ego existimaui, occupationibus vestris publico bono parcere: &, quod olim Plinius Vespesiano Cæsari præstitit, dum quod singulis suis Libris continebatur, Indicem ipse contexuit, sic ego ex eorum voluminibus extracta, Vobis, vnico ferè oculorum ictu propono perlustranda.

Isa. 51.

Exod. 18.

§. 16. Vt autem omnis ambiguitas tollatur circa Titulum ETRVSCO-MINORITICVM, Opusculis nostris inscriptum; dicimus, sub præfato contineri illas Etruriæ regiones, & partes, quæ intra fines ditionis Serenissimi Mag. Ducis, ac Illustriss. Metropolitanorum Florentiæ, Pisarum, & Senarum sunt, ac Superioribus Prouincialibus Tusciæ cuiuscumque Sodalitatis Franciscanæ de iure subsunt, vna cum Terris & Castris, Villis, & Pagis in quibus situationibus Conuentuum huius Prouinciæ Tusciæ existentibus cuiuscumque sint Dominij, aut Status, aut regiminis; illasque excludimus, quæ in Dominio Pontificio, Prælatis Prouinciæ S. Francisci, aut Romanæ parent; vti latius in Apparatu, quem præmittere putabamus, explicamus.

§. 17. Plura vtique præmittenda forent, sed quia singulis Partibus & Titulis, quæ opportuna visa sunt præloquimur, hic absistimus, & sanæ mentis Lectores salutamus vltimùm Aelredi Abbatis Riuallensis precatu. Prolog. lib. 1. de Spirituali Amicitia. *In huius igitur Voluminis lectione si quis profecerit, Deo gratias agat, & pro peccatis meis apud Christi misericordiam intercedat. Si quis autem superfluum aut inutile putat esse, quod scripsimus, parcat infelicitati meæ, quæ fluxũ cogitationũ mearum huius Meditationis meæ compulit occupatione restringere.*

✠

APPRO-

# APPROBATIONES
## THEOLOGORVM ORDINIS.

EX commissione Reuerendissimi P. Ioseph Ximenes, Samaniego totius Ordinis S. P. N. D. Francisci Minister Generalis, Ego infrascriptus Sacræ Theologiæ Lector Generalis, Fr. Michael Angelus de Florentia, Prouinciæ Tusciæ præcedente reflexo considerationis lumine, attentè descendi in *Genealogicum, & Honorificum Theatrum Etrusco-Minoriticum*, summa cura, & singulari arte dispositum & completum ab *Adm. Ven. Patre Antonio Tognocchio à Terrinca*, huius nostræ Prouinciæ Chronologista diligentissimo, fidelissimo, doctrina, vita, moribus probatissimo; & hoc in Theatro fulgurans veritatis lumen aspexi; ac omnia suis locis, personis, temporibusque regulatè respondentia, sine vllo fidei orthodoxæ, morum, & Ecclesiæ Sanctę Decretorum prӕiudicio inueni. Vnde, non solum congruum, sed necessarium iudico, quòd tale Theatrum omnibus publicè aperiatur, ad hoc, vt, qui in Domo Seraphicæ Religionis sunt, &, qui ingrediuntur, lumen videant, & non palpent, vt cæci, parietem confusę & externæ cuisdam cognitionis rerum in hac Prouincia gestarum; sed clarè cognoscant, quam fortiter Antecessores nostri in hoc labentis vitæ Theatro se gesserint; & cognoscendo ad eorumdem imitationem incitentur. In quor. fidem &c. Datum in Conuentu S. Crucis Pisarum die 10. Ianuarij 1680.

*F. Michael Angelus de Flor. Sac. Theol. Lect. Gener.*

Egregium sanè Opus sub hoc verborum titulo inscriptum, *Genealogicum, & Honorificum Theatrum Etrusco-Minoriticum* summa cura elaboratum, ac diligenti studio concinnatum à *P. F. Antonio Tognocchio à Terrinca*, Ordinis Minorum Regul. Obseruantię Prouinciæ Tuscię, me infrascriptum accuratè perlegisse fidem facio. In quo, cum nihil orthodoxæ Fidei, castisque moribus dissonum repererim; verum cuncta piè, eruditè, solidè ac veridicè tradita sim admiratus, dignum publica luce, ad Seraphicæ Religionis decus, omniumque vtilitatem ex animo censeo. In quorum &c.

Dat. in Conuentu S. Crucis Pisarum, die 26. Ianuarij 1680.

*F. Ioseph de Fabricis Sac. Theologiæ Lect. Generalis.*

## LICENTIA MINISTRI GENERALIS.

F. Ioseph Ximenes Samaniego totius Ordinis Fratruum Minorum Seraphici P. N. S. Francisci Minister Generalis, & Seruus Dilecto no-

bis plurimum in Christo P. F. Antonio Tognocchio à Terrinca, huius nostræ Prouinciæ Regularis Obseruantiæ Tuscæ Lectori, Theologo, Chronologistæ salutem in Domino sempiternam.

Cùm à Te compositum fuerit Opus, cuius Titulus est, *Genealogicum, & Honorificum Theatrum Etrusco-Minoriticum*, hacque iuxta Apostolicas & Ordinis nostri sanctiones, per duos Lectores Theologos reuisum & approbatum fuerit, præsentium virtute, cum meritò salutaris obedientiæ facultatem Tibi facimus, vt seruatis seruandis idem Typis mandari possis. Datis in Conuentu nostro B. M. Virg. Liburni die 29. Ian. 1680.

*Fr. Ioseph Minister Generalis.*

## FACVLTAS SVPERIORVM.

P. Euangelista Thedaldi Magister Ordinis Seruorum videat, si in Opere isto sit aliquid contrarium sanctæ Fidei, & bonis moribus, & referat. Datum 19. Decembris 1680

*Alexander Puccius Vicar. Gener. Florentinus*

Iussu Illustrissimæ Dominationis vestræ attentè perlegi librum hunc cuius titulus est, *Geneilogicum, Honorificum Theatrum &c.* & nihil in eo reperi, quod bonis moribus vel Canonicis sanctionibus aduersetur; sed verè honorificum Theatrum esse recognoui, cum tam doctos & Religiosos viros, miro ordine dispositos, in se contineat: Quos omnigenæ virtutis Heroes, quasi in toto mundi Theatro, sapientissimus Author, accuratissimè exposuit immitandos &c. Ideò quod Typis quam primum mandari possit, absolutissimè censeo. Die 8. Ianuarij 1681.

*F. Euangelista Thedaldi Seruita.*

Imprimatur seruatis seruandis.

*Alexander Puccius Vicar. Gener. Florentinus.*

Adm. Reu. P. S. T. Mag. P. Ioan. Baptista Forti Ordinis Min. Conuent. S. Francisci Vicarius S. Vffic j Aretij videat præsentem Librum, cui titulus est, *Genealogia Etrusco-Minoritica*; & vbi nihil obstet, probet.

*F. Cæsar Pallauicinus de Mediol. S. Off. Flor. Vicar. Gener. Flor.*

Librum hunc cui titulus, *Genealogia Etrusco-Minoritica*, iussu Reuerendiss. Patris Generalis Inquisitoris Florentiæ accuratè, qua potui, ac attentè perlegi, nihilque in eo reperi Catholicæ Fidei dissonum, nec bonis moribus aduersum; quinimò, vt solerti Authoris industria, est perbellè compactum, prælo dignissimum censeo. In fid. &c. Dat. Florentiæ hac die VIII. Februarij MDCLXXXI.

*F. Io. Baptista Forti Vic. S. Off. Aretij, & Guardianus S. Crucis.*

Attenta præfata relatione, potest imprimi, hac die 11. Febr. 1681.

*F. Cæsar Pallauicinus Ord. Min. Conuent. S. T. M. & Vic. Gen. S. Off. Flor.*

*Matthæus de Mercatis Aduoc. pro Serenissimo Magno Duce Florentiæ &c.*

# AVTHORIS ADMONITIO AD LECTOREM.

*AD debitam cautelam, & Decretorum Apostolicorum sub Vrbano VIII. Die* XIII. *Martij M. DC. XXV. ac Die* V. *Iulij M. DC. XXXIV. emanatæ dignam obseruationem, iuxtà declarationem eiusdem Sum. Pontif. factam Die* V. *Iunij M. DC. XXXI. hic admonere lubet. Si in recensu Prælatorum, & aliorum Virorum illustrium, quos hoc Tomo perstrinxi, aliquando appellationem Sancti, aut Beati, aut alia sanctitatem, aut Beatitatem indicantia, aut alia eiusmodi subiunxerim; nequaquam in stricta & propria acceptione & fundata in approbatione Canonica & Ecclesiastica, sumenda est; sed iuxtà vulgarem notionem quæ Seruis Dei, & pijs viris ratione instituti, vel arctioris vitæ, aut suauis rerum cælestium etiam in carne viuentibus solet accomodari: ac proindè hinc omne periculum & argumentum transgressionis submoueatur. Me, meàque omnia correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ ex corde subijcio.*

F. Antonius Tognocchius de Terrinca Minor. Etruscus.



CVLTIS-

CVLTISSIMO HONESTISSIMOQVE VIRO

# P. FR. ANTONIO A TERRINCA MINORVM SODALITII HISTORICO,

Deque

GESTIS ETRVRIÆ PROVINCIÆ THEATRVM APERIENTI IN VVLGVS,

*PETRVS LAVRENTIVS VRSACCHIVS.*

VErgebat dies in Vesperam, quando in hoc ardente Syrio frigora capturi sub vmbris, ad Rus venimus feracissimum, ætatis nostræ gloriam perornantis Auerani ex Comitibus Simonetta, vt illic (quo Musis Regnum) amœnissimos Campos, gelidiores Valles, viridiq; gramine conuestitas Arni Ripulas, Cœlo perque salubri aliquantula requie inuiseremus. Sub aperto Ioue morantibus, multa cogitabat Vir ille disertissimus, de Mundi principijs, Naturæ artificioso molimine, sicubi luxuriat Margaritis in Conchis Ebure in Indis, Thure Sabæorum plaga; Animalibus, cur itidem, tegumenta varia tribuat Testas, Coria, Setas, Pilos, Plumam, Pennas, Squamas, Vellera: Hominem vnum, cæteris imperantem, alienis velat opibus; & in ipso lucis rudimento vinculis excipit, & in omnibus membrorum nexibus. Cumque in multam Noctem sermo produceretur, disputationi mortalium, res præclaras tradidisse Opificem summum, & nos pariter decreueramus; quarum veritatem Dijs Deorumque Filijs relinquendam meritò Tullius prodidit. Igitur dum cubitum ire animo volutarem, famuliq; illud sæpiùs præcinerent.

*Suadentque cadentia Sydera somnos.* Obla-

Oblatum fuit , ( Antoni acceptiſſime ) Theatrum Virorum Illuſtrium noſtræ huius Etruriæ proprietatis . Fateor equidem, tanta me cæpit dicendi copia atque maieſtas , quæ paſsu Iunonio graditur , vt deoſculari nequiuerim Opus , quod nulla ætas prodiget, nec annorum ingluuies abſumet, niſi Etruriæ blandiens , ac Minoritico cœtui congratulans, in propenſisſimam voluntatis Teſſeram rudi Elogio, Pangam.


*Lætare Etruſca Soboles ,*
*Quid ni ?*
*Franciſci Grex puſillus ,*
*Oneroſo Strophio ſi cingeris ,*
*ad*
*Sceptra maxima vocabere ,*
*Togis , Saguliſque æque clara ;*
*Papę ?*
*Inter Sepulchri vmbras*
*Immortalitatis diem offendis ;*
*Vbi Minorum Siderum Theatrum*
*illicò*
*In ſedem vertis Lætitiarum ,*
*anteà funebre ,*
*Non*
*Animum inde Pictura paſcem*
*inani ,*
*Coronis , & Cineribus in Orbe*
*Orcheſtram parem*
*vindicantes tui Nepotes*
*Dijs manibus ,*
*Mæſta Cupreſſu haud amplius*
*parentaturi :*
*Præficis iam , iam victrici Lauro*
*perornantibus*

 genti-

*gentilitiam Vrnam :*
*scilicet ,*
*Non cum Corpore extinguntur magnæ*
*Animæ ,*
*Quod si nosse lubet ,*
*Thiaras quales , Purpuras ,*
*Palmas*
*Foeniculæ Minores à rogis*
*ferant ;*
*Contemplator Hospes ,*
*ANTONII TERRINCATAE Spectrum*
*ludentis , terentis , iocantis*
*auaritiam Atherontis .*
*Addiscas , Spectator ,*
*non dormitat in Cinere*
*bonus Homerus ;*
*Cui*
*Seraphim Parens*
*Alarum remigio*
*tot Pennas ,*
*quot Antonius*
*fouet ille*
*Clarorum Hominum ergo .*

* * *

Ex Museo Nostro
Idibus Augusti
CIↃ.IↃC.LXXXII.



AL REVERENDO PADRE

# FRA ANTONIO DA TERRINCA

## MINORE OSSERVANTE

MENTRE DAVA ALLA LVCE IL SVO DOTTISSIMO LIBRO.

## SONETTO.

IN van l' Età vorace arrota il dente,
A dissipar le glorie alte, e supreme;
E la rabbiosa Inuidia indarno freme,
E 'n van s' arma di frodi, e d' ira ardente.

Antonio perche pio, dotto, e prudente,
Con industria fatal, ch' oblio non teme,
Scettri, Mitre rauuiui, Ostri, e Diademe;
Scorno del Tempo, e della Morte algente.

Ed intessendo alta, e sourana Istoria,
Forma trofei la penna tua gradita
A' Serafici Eroi d' eterna gloria.

E traendo così lode infinita
Fà chiara il nome altrui la sua memoria;
A immortalar del Nome tuo la Vita.

*Ipolito Neri.*

# OPERIS DIVISIO,

## SIVE

## INDICVLVS PARTIVM,

### TITVLORVM AC SERIERVM.

# PARS PRIMA.

## MVNIA ET OFFICIA RELIGIONIS.

## TITVLVS PRIMVS.

### SVMMI PONTIFICES, ET EMINENTISS. DD. S. R. E. CARDINALES ETRVSCI ORD. MINOR. PROTECT.



## *TITVLVS II.*

### MVNIA SVPREMA RELIGIONIS.



TIT.

## TITVLVS III.

### MVNIA PROVINCIALIA IN ETRVRIA.



# PARS SECVNDA.

## HONORIFICENTIA PROVINCIÆ TVSCIÆ EX DIGNITATIBVS ET MVNIIS ECCLESIASTICIS.

## TITVLVS I.

### DIGNITATE ECCLESIASTICÆ MINORITIS ETRVSCIS COLLATÆ.



## TITVLVS II.

### MVNIA ECCLESIASTICA.

## TITVLVS III.

## DIGNITATES ET OFFICIA ORDINIS EXTRA PROVINCIAM ETRVSCI COMMISSA.



# PARS TERTIA.

## DIGNITAS, ET EXCELLENTIA EIVSDEM PROVINCIÆ LITTERIS, PRVDENTIA, GENERIS CLARITATE SPLENDESCENS.

## TITVLVS I.

## SAPIENTIÆ, ET DOCTRINÆ DIGNITAS.

## *TITVLVS II.*

### SAPIENTIÆ ET PRVDENTIÆ DECOR.



## *TITVLVS III.*

### GENERIS ET SANGVINIS CLARITAS.



# INDICVLVS APPENDICIS CHRONOLOG.



## APPENDICIS SACRÆ.

# ELENCHVS NOMINVM PRÆCIPVARVM PERSONARVM.

*INDICVLVM PARTIVM, TITVLORVM, ET SERIERVM ac in ipsis contentorum præmisimus; Elenchum Personarum præcipuarum tantum annectimus. Cum .n. Liber iste sit quasi quædam congeries Hominum, ut plurimum nominetenus productorum; si Indicem omnium compaginaremus, nomina repetenda forent, & ita, plus æquo, sine causa, Volumen excresceret. Igitur &c.*

## *ARCHIEPISCOPI.*



## *COMMISSARII GENERALES.*



## *COMMISSARII IN CVRIA ROMANÆ.*



## *CONFESSORES PRINCIPVM.*



Ludo-

## *DEFINITORES GENERALES.*



## *DOCTORES PARISIENSES.*



## *EPISCOPI ETRVSCI, AVT IN TVSCIA.*

## *INQVISITORES GENERALES.*



Hiero-

## *LECTORES IVBILATI.*

## LEGATI SEDIS APOSTOLICÆ.

B. Albertus à Satteano Legatus Eugenij IV. ad Ægyptios, Æthiopes, Græcos Orientales, Indos, &c. 105. 113. 160. 186.
Andreas de Florentia, Nicolai III. ad Tartarorum Imperatorem 107.
Antonius à Massa Martini V. ad Constantinop. Imperatorem 12. 35. 96. 106.
Bartholomæus Senensis Nicolai III. ad Græcorum Imperatorem 107.
Franciscus Pistoriensis ad Soldanum Babyloniç 107. pro Martino V.
Gerardus à Prato Vrbani IV. ad Imperatorem Græcorum, & Nicolai III. ad Tartarorum Imperatorem 107. 116.
Ioannes à S. Agata Nicolai III. ad Imperatoratorem Tartarorum 107.
Ioannes de Florentia Benedicti XII. ad Imper. & Principes Tartariæ 107.
Ioan. Scarlatti Florent. Clementis IV. ad Regem Armenorum 88 108.
Matthæus de Aretio Nicolai III. ad Tartaror. Imperatorem 107.
Nicolaus Bonatti Florent. Benedicti XII. ad Imperetorem & Principes Tartaror. 107.
Raynerius Senensis Vrbani IV. ad Græcorum Imperatorem 107.

## MINISTRI GENERALES.

B. Albertus Pisanus .n. 118. 155.
B. Angelus Saluetius Senens. 12.
Antonius Massanus vid. *Episcopi*
Arlottus à Prato 11. 177. 189.
Elias Cortonensis 10. 14. 31. 111. 197.
St. P. D. FRANCISCVS 10.
Franciscus Sanson 13.
Ioannes Parenti Florent. 11. 130. 156.

## NVNCII S. SEDIS APOSTOLICÆ

ANgelus de Bibiena Vrbani V. ad Regem Polonæ 26 90. 109. 181.
Bathasta à Piscia Sixti IV. ad Bohemiæ, & Poloniæ Reges 109.
Bartholomæus à Colle Vallis Elsæ Calisti III. & Pij II. ad varias notiones 109 124.
Bonaue tura de Mugello Gregorij X ad Gregorium Imperatorem 110.
B. s de Cortona Greg. IX. ad Imperatorem Constantinopolit. 10. 31. 111. 197.
Franciscus Aretinus Sixti IV. in Etrur. 41. 110.
Franciscus Bardi Florentinus Sixti IV. in Tuscia 40. 110.
Franciscus Bonaccorsi Florent. Bonifacij IX in Insula Corsicæ 92. 110.
Iacobus Pisanus Eugenij IV. ad Gradensem, & Aquilegiensem Patriarchatum 111.
Lucas Cappellus Senens. Iulij II. in Lusitania 27. 39. 111.
Marianus Senensis Callisti III. in Dalmatia, Bosna, Hungaria, & Seruia. Pij II. in Prouincijs Bosne, Croatiæ, Corbaniæ, Istriæ, Russiæ Sclanoniæ, & Seruiæ 111.
Petrus Pistoriensis Eugenij IV. ad Regna Castellæ 111.
Ricardus Volaterranus & Siluester senensis } Eugenij IV ad Patriarchatum Aquilegiensem, & Gradensem 111.

## ORATORES PONTIFICII.

HEnricus Signoretti Pisanus Ioan. XXII. ad Pisanos conciues 129.
B. Ioannes Parens Florent. ad Romanos 11. 130. 156.
B. Mansuetus à Castillione Innocentij IV. ad Pisanos, & Lucenses 131. 116. 136.
Philippus à Massa Maritt. Calixti III. ad Senenses 131.
Simon ab Aluerna Vrbani IV. ad Palæologum Græcorum Imperatorem 131.
Thomas de Phocecchio Greg. X. ad Pisanos 16. 131

## ORATORES AD PRINCIPES.

ALamannus Donati, Florent. pro Patria ad Clementem VI. Pontif. 90. 234.
Anthimus Vgurgieri Senens. pro patriæ Reipublicæ ad Carolum IV. Imperatorem 235.
Euangelista à Mom gno Ferdinandi II. Mag. Ducis Etrur. ad Philippum IV. Hispaniarum Regem; *vide Definitores Gener*
Franciscus Ghiuccius à Montevarchio quatuordecim Ministrorum Prouincialiū ad eandem Apostolicam 39. 234.
Franciscus Vgurgerius Senensis pro patria Republica ad Clementem VI. 234.
Lucas Ninius, Senensis à patria Vrbe ad Sacr. Concilium Basil. 134.
Paulus Ioua Lucensis Vicarij Generalis Obseruantium ad Sixtum IV. 39 40 209. 234.
Simon à Larciano, Præfecti Terræ Sanctæ ad Ferdinandum II. & Cosmum III. Etruriæ Mag. Duces 171. 212 235.

## POENITENTIARII IN VRBE.



## PRINCIPES RELIGIOSI.



## PRINCIPISSÆ, ET HEROINAE ORD. S. CLARAE.



## PRINCIPES ET HEROES TERTII ORD.



B. Orlandus

### PROCVRATORES ORDINIS IN CVRIA ROMANA.



### PROTECTORES ORDINIS.




### TERTIARIAE SANGVINE ILLVSTRES,



### VICARII GENERALES.



Protestatio pro PP. Minoribus Conuentualibus pag. 42



# PRÆ FORIBVS HVMANO LECTORI.

S*Iste gradum, mi candide, & antequam ingrediaris, hæc pauca audire ac inspicere, ne dedigneris. Errores multiplices irrepserè, & quidem tales tantosque, quos nec velim, neque potuerim absens auertere. Macrobius Lib. 5. Saturnal. cap.* 3. (Magister Franciscus Aretinus conquæritur) *tria dixit antiquitus habita fuisse ex æquo impossibilia: Ioui Fulmen subtrahere; Herculi Clauam: Homero Versum: Auserim ego quartum addere: Typographiæ errata. Argi oculi vix sufficere videntur, præcipuè verò, si dum sub prælo sudat Opus, Author absit; sicuti vt plurimum ego; Vnum dùm corrigunt, insurgunt alij, deteriores corrigam, alios tùm dictionum, tùm Ortographiæ, tum litterarum non apparentium, tùm minuscularum pro Maiusculis suppositarum (ferè enim innumerabiles sunt) oculatus agnosce, benignus indulge, atque.*

Errata grauiora sic corrige.

p. Paginam; c. columnam, l. lineam indicat.

## In Epistola Dedicatoria, Apostrophe &c.

PAg. 4. l. 19. loquar Lenis, loquar] Leon. l. vlt. effuerint affecerint p. 5. l. 16. P. M. D. P. N. D. l. 19. coltum, cultum, p. 6. l. v. Ianuaris Ianuarij p. 7. l. 16. fauit fouit ibid. l. 24. annum annuum pag. 8. l. 10. fauendis fouendo l. 26. confeisa concessa p. 1j. l. 14. ducenta ducentas l. 15. suo Tuo l. 23. Domos Domus p. 14. l. 2. Principijs Principis l. 11. purgandis propagandis l. 17. Tuorum Tuscum p. 15. l. 24. 1683. 1682. p. 16. l. 3. inspirata inopinata l. 20. cóqs eaque l. Virgini Virginem p. 17. l. 2. dilataui dilarauit l. 9. Etruriç Min. Etrusco Min. p. 18. l. 21. & 26. Heroinæ Heroinas l. 35. sequeretur sequetur l. vlt. vtrunque vtcunque p. 19. l. 2v. seu sic p. 20. l. 8. exciti excisi l. 23. ittu ictu l. 28. fuat sunt p. 23. l. emanaiæ emanat p. 24. l. 8. cogitabat rogitabat p. 27. l. 13. sua Tua p. 29. l. 19. Dignitase Dignitates p. 30. l. 7. Etrusci Etruscis.

## In Corpore Operis.

PAg. 2. l. 1. 1337. 1373. l. 5. Minor Religio Minorum Relig. l. 13. aduertat auuertat l. 32. sibi tibi p. 3. l. 8. patrocio patrocinio l. 24. nurati iurati p. 6. col. 2. l. 18. Nucesini Nucerini p. 7. c. 2. l. 7. mu ere munere p. 8. c. 1. l. 5. Flaus iuuius Flauius l. 14. frat frater p. 9. l. 15. Cartellana vti Castellana, vti p. 11. c. 1. l. 39. exthlatis exantlatis p. 14. c. 2. l. 2. post verb. consuetudinem, adde. Forte Guidus præfatus est idem cum Gullielmo de Ianneitis, eodem in loco subreti, ac eadem inscriptione tumulato, quem Greg. XII. an. 1408 opposuit Antonio Angelo de Pireto Generali Ministro. De quo Vvad. tom. 5. ad an. 1408. n. 4. Vnicus enim, ac vetustantum tumulus est in loco illo; vnde error irrepsit in nomine, & pro Gullielmo Guidus, vel viceuersa appositum. p. 15. c. 1. l. 18. demostrui demortui l. 20. Generalem Generale p. 17. c. 2. l. 13. exercuirunt exercuerunt a. anno p. 18. c. 1. l. 38. duas, Prouinuas duas Prou. &c. p. 19. c. 2. l. 32. fame fames p.

20. c.

20. c. 1. l. 4. Tanctus Tantus l. 18. sui, a ui sui qui l. 33. proficinereтur proficisceretur p. 22. c. 1. l. fuit Eugenis fecit Eugenius p. 23. c. 2. l. 7. an. 414. 1414 l. 23. Assini Assisij p. 24. c. 11. quator quatet c. 2. l. 16. Ducium Ducum l. 28. Bonifij Bonitij p. 29. l. 23. Gregorius Gregorium l. 33. qualcunque quoscunq; p. 30. l. 8. ambitionum ambitiosum l. 13 defictum defectu l. 14. apparieт apparet p. 31. c. 1 l. 5. Patriarchæ Patriarcha c. 2 l. 19. Siceni Piceni l. vlt. florebta florebat p. 32. c. 2. l. 32. Plumbino à Plumbino p. 33 c. 2. l. 4. honori honoris l. 9. Zappus Zazzus p. 34. c. 1. l. 11. for. v. fruct 11. c. 2. l. 7. lccum locum l. 8. *dele* alias Montis Compatrum p. 35. c. 2. l. 16. Lucesiæ Luceriæ l. 17 virentibus virtutibus in fin. eiusdem §. dele, illa verba, atque ita vsque ad annum 1422. præfuit: & adde. Anno 1418 discedens iterum in Aquilam reuersurus Stronconius, suum reliquit Commissarium & Vicarium Fratrem Angelum quendam (an Florentinum, vel à Ciuitella Aretij me latet) qui à Generali Ministro post obitum præfati B. Ioannis Stronconij confirmatus in officio easdem loca Vmbriæ Tusciæ, ac Romæ rexit vsq; ad an. 1421. quo D. Bernardinus Senensis suffectus est. p. 36. c. 1. Angelo Angelus l. 13. assumpro assumptus c. 2. l. 10. P. Angeli S. Angeli l. 22. dessignatas designato l. 37. rogauit rogarunt p. 37. c. 1. l. 9. Philipus Lucensis Philippo Lucensi l. 28. 1417. 1471. c. 2. l. 21. 1530. 1430. l. 22. Capitulu Capitulo l. 26. et at p. 38. c. 1. l. 28 anno ad se 1461. c. 2. l. 12. Hic Hoc l. 15 sic en sicuti in l. 22. multi dicati multiplicati p. 39. c. 1. l. 2. Gangherato Gangherero l. 31. Ghinsiuccius Ghinnuccius c. 2. l. 5. cùm infra sicuti infrà p. 40. c. 1. l. 14. Minertinum Minerbinum p. 41. c. 1. l. 2. P. Stephani S. Stephani p. 42. c. 1. l. 2. crarunt crearunt p. 43 c. 1. l. 18 Florentinorum Florentinum l. 26. illa tractu illo in tractu p. 44. c. 1. l. 33. Siluestrinum Siluestrium p. 45 c. 1. l. 26. contrastare corruscare c. 2. l. 8. electione electionem p. 48. c. 2. l. 21. Catolanus Casolanus p. 49 c. 2. l. 3 Boninsenius Boninsegnius l. 36. P. PP. p. 50. c. 1. l. penult. Nouatinsis Nouatiensis c. 2. l. 21. & 22. coptatum cooptatum l. 36. Tulciæ Tusciæ p. 51. c. 1. l. v. Primicerum Primicerium p. 52. c. 2. l. 20. Patrem Patrem p. 54. c. 1. l. 18. Cocchius Cocchium p. 56 c. 1. l. 35. P. PP. l. 40. Series Serie p. 57. c. 1 l. 1. P. PP. l. 23. egimen regimen l. 26. Vincentiu. Vincentius c. 2. l. 4. Conuentuus Conuentus l. 6. Aretis Aretij l. 17. Tuciæ Tusciæ p. 58. c. 2. l. 18. quæ qui p. 59. c. 1. l. 28. ac at p. 60. c. 1. l. 5. conualescentibus conualescentibus l. 10. magum magnum l. 17. suit sum semetipsum c. 2. l. 4. P. Ioan. S. Ioannis p. 61. c. 2. l. 4 fidc fidem l. 28. Capit in Capitulum p. 62. c. 1. l. 24 este est c. 23 l. penult. Texto Sexto p. 63. c. 1. l. 8. annos & annos sex p. 64. c 1. l. 23. suas tuas c. 2. l. 22. vtraq. vtroq. p. 66. c. 2. l. 9 magnæ magni p. 69. c. 1. l. vlt. post an. 1617. deest Fesulis vbi Guardianus erat mortalitatem deposuit. p. 70 c. 2. l 6 die Iulij die 24. Iulij, & adde an. 1648 ac l. sequentem incipe Venerabil. l. 14. 1543. 1643. p. 71. c. 1. l. 25 Pistorum Pistorium p. 72 c. 2. l. 3. anno 1659. lege addendo anno 1653. Senis anno 1689. vitæ &c. p. 74. c. 2. l. 2 cligero cligere p. 75. c. 2. l. 3. 1555. 1655. p 76 c. 1. l. 11. Conuento Conuentu l. 14 viuit viuit p. 79. c. 2 l. 19. lucentium luentium p. 83. l 10 ad mane ad Mare p. 84. l. 5. extlantos exantlatos l. 9. minis ruinis p. 85. l. 12. inuirum inuisum p. 87. l. 34. locijs Socijs l. penult. Nariorum Nationum p. 88. l. 7. Volacer. Volater. l. 8. Artun. Artur. l. 33. ab ad p. 89. l. vlt. dominate domiuante pag. 90 l 17. longiùs largius l. 31. q. quodam p. 92. l. 12. vsque vtpote l. 22 transitus translatus p. 93. l. vltim. Mihuanti Militanti p. 94. l. 13. Adiacensis Aiacensis l. 20. & 21. Quam florem Quamobrem l. 27. Adiacensem Aiacensem p 96 l 37. appime apprime p. 97. l. 10. Massicanus Marsicanus p. 99. l. 2. exoluens exolutus l. 4. viuit vixit p. 100 l. 13. vi vir l. 22. reliquo reliquos p. 104. l. 29. XVII. XVIII. l. 30. tertio tertium p. 105. l. 20. nir de nitide l. 27. extlantos exantlatos p. 106. l. 14. bidu bidui l. 26. facimus facinus p. 107 l. 9. vallent vellent l. 35. reformat refert p. 108. l. 1. docto doctos l. 26. 2353. 1353. p 109. l. 26. 58. venientı sequenti l. 31. sacrsi sacris p. 110. l. 2. Nuncijs Nuncij l. 12. delegat delegati de in dicto de indicto l. 14. rogaturos rogaturi p 111. l. 9. foedem foedera p. 112. l 35. Cenu Conu. p. 113. l. 14. nobiij nobili l. 19. pr bita probitatis lin. 20. ho hos p 115. l. 15. POENITENTIARIIS del. vlt. 5. p. 116. l. 6. Franciscanum Franciscum p. 117. l. 8. & 9. disseminantam disseminandam p. 120 l. 7. Anonimus Anonymi l. 16. subministrauij subministrauit l. 17. Etrnia Etruria p. 121. l. penult. officium officio p. 122. l 28. facemimarunt fulminarunt p. 123. l. 19. minuisse mouisse l. 25. nastris rostris p. 125. l. 2 oppidio in oppidis l. 35. reuocatus euocatus p 126 l. celebratur celebraretur l. 10 ædificausit ædificarit l. 21. in cunabulis incunab. l 24. aliàs alios l. 27. inutilem muliebrem p. 127. l. 3 admonitotibus admonitionibus p. 130. l. 16. vt i:i vnici p. 132. l. 2. Greg. XI. Greg. X. p. 133. l. 17. Franciscus Francisco l. 20. & 21 fa rica fabrica l 21. & 22 Com ssariatu Commissariatu l. 22. & 23. sic liter fideliter p. 134. l. 6. Sponsa Sponsæ p. 136. l. uxtà iuxtà l. 4. i si p. 137. l. 27. Repertis Regestis l. penult. hueus

hujus

Au tus p. 136. l. 1. Vel vt l. 21. 3254. 1254. p. 139. l. 7. Alexander VI, Alexander IV. l. 22. 1216. 1316. p. 140. l. 38. furfibunda furibunda l. 42. reliquas reliqui p. 143. l. 24. Senensis an. Senensis ab an. p. 145. l. 5. ha hac l. 22. Serat anus Sebastianus l. 32. Pairis Patris p. 146. l. 39. 1664. 1674. p. 140. l. 5. Videtrant fuerant p. 154. l. 2. P unu Dicchus p. 154. l. 1. augeret adgens l. 2. ex & p. 156. l. 25. Manaldus Monald. l. 35. transinit Insul. transiuit ad Insul p. 157. l. 38. Adiacens Aiaceps p. 158. l. 7. Archiepiscopo Archiepiscopus l. 4. tit. 70. tit. 1. p. 160. l. 9. Pratensis Pennensis l. 34. sicut circa p. 161. l. 17. subijatus subilatus p. 162. l. 19. pdeorum Iudæorum p. 163. l. ibis ibi p. 164. l. 9. Francisci Medices Francisco - Mariæ Medici p. 165. l. vlt. extit extitit p. 166. l. 11. Concionator, Gener. Concionator Gener. l. 12. Prouintia Prouincia p. 167. l. 20. Terebio Terolio p. 168. l. 22. efformata efformatam l. 30. creditur virtutis creduntur, virtutes p. 170. l. 4. tenere tenere l. 20. Imyrnæ Smyrne p. 172. l. 2. Ægyptis Ægypti l. 3. Ægypti Ægipto l. 6. 1649. 1679. p. 175. l. 2. deuique decuiq; l. 5. hnic huius p. 177. l. 2 tit. 7. tit. 1. l. 14. Parisiensem Conuentum Parisiensem Institutum p. 173. l. 33. tempore summopere p. 179. l. 10. S Francisci nuncupat. S. Francisci Conuentu, l. nuncup. l. 15. altas alios p. 180 l. 14. suusque suosque p. 182. l. 23. Decembris Domini p. 186. l. 8. Manaccia Matraccio p. 188. l. 38. uota notis p. 189. l. 35. I ru sal u liberata ierusalem liberata p. 40. anno annos p. 190. l. 37. desumpserit desumpserint p. 194. l. 15. excogitatam excogitata l. 29. deligenet diligant p. 198. l. 4. Opusculi Opuscula l. 5. relata in relata. In l. 8. Canonicorum Historia Canonicorum. Historia frigido sermones frigido. Sermo. l. 9. Quadragesimale Quadragesimales l. 23. per tinit praestitit l. 26. factum fletum p. 198 l. 18. religiosorum religiosarum l. 29. Paradig: Paradiso nuncupat l. 39. & Generalatu & in Generalatu pag. 198. l. 23. Varietate Vanitate l. vlt. textijs sextis seijs sextis p. 200. l. 38. inditijs indicijs l. vlt. & quidditate & De Quidditate p. 201. l. 40. diuersorum diuersar. p. 202. l. 35. dlues Duces lin. 36. operorum operosum l. 38. assignauit assignat p. 203 l. 14. Secundus Secundo l. 32. Tinugius Finugius pag. 204. l. 29. vitæ suæ l. 32. posfuisse posuisse p. 205. l. 38. lucus Vicus l. pen. Abstinentia Abstinentia p. 209. l. 17. Niodemus Nicodemus p. 210. l. 11. eius eiusdem lin. 13. Moresio Monterio p. 211. l. 36. vernacula vernaculo p. 214. l. 7. commilitores commilitones l. 26. Petronius Pettorius p. 215. l. 28. verè verò p. 216. l. 8. & 9. mutum mutuum l. 37. Prælo Præco p. 218. l. 24. Motesio Monterio l. 16. Montesianus Monterianus l. 27. Clusentina Clusentinas p. 219. l. 9. primo .n. primo v. p. 220. l. 4. & ad ann. & vsque ad annum l. 24. præclara præclarus p. 221. l. 1. Euangelicus, & Concionator pius: Euangelicus Concinnator, & pius l. 23. Iurista Scotista. p. 222. l. 10. Flosantius Florauantius l. 30. laudabiliter p. 224 l. 22. lucentibus luentibus p. 225. l. 24. Baptista Ferrar. Baptista de Ferrar. p. 226. l. 23. eosdem easdem l. 38. Magistra Magistram p. 233. c. 1 l. 11. amplios additus amplos redditus p. 234. c. 2. l. 30. ralis S. Scd. ralis ad S. Sedem p. 235. c. 1 l. 19. Cosmo lege Ferdinando l. 35. Tertium Terrium ibid. c. 2. l. 35. Gastones Gastonis p. 236. c. 2. l. 15. extit extitit p. 237. c. 1. l. 11. & 12. Excellentissmæ Excellentissimi l. 16. Marchionissæ Marchionissæ ibid. c. 2. l. 2. S. Sebastianus P. Sebastian. pag. 238. l. 34. Heros Heroes l. 19. certarini gustarini l. 29. & 39. comparti comperi p. 239. c. 1. l. 18. diciq; diuque p. 240. c. 2. l. 37 & 38. prime prima p. 241. l. 2. l. 10. conuersi conuerti l. 26. Letri Petri l. 30. ingresso ingressa p. 242 c. 1. l. 38. sculrra vultu it id. c. 2. l. 10. viues culus p. 44. c. 1. l. 35. in Obseru. in ter Obseru. ibid. c. 2. l. 2. lis Aprilis p. 245. c. l. 39. Veuillo Vexillo ibid. c. 2. l. 9. acquieuit requieuit p. 246. l. 22. insignis insignes p. 247. c. 1. l. 3. in Princip inter Principes p. 249. c. 1. l. 2 Gulterius Gualterius p. 251. c. 1. l. 33 & 34. sepeiendam sepeliendum l. 35. umulo tumulo ibid. c. 2. l. 9 petisi petijt p. 252. c. 2. l. 39 consert confert p. 257. l. vlt. D. DD. p. 258 l. 17. p æclara prælum p. 261. ad Catalog. Conuent. PP. Reformatorum, adde S. Petri apud Scansarum p. 263. l. 1. Genealogico Genealogica l. 4 & 5. consenuntur conferuntur l. 16. sęculi sęculis p. 294. l. 264. l. 2. al a alia l. 3. Theatri Dij Theatri; Dij p. 266. c. 2. l. 7. Gamoraccio Gauoraccio l. 8. Loreno Lorino p. 267. c. 2. l. 3. Pisto io Pistorius p. 268. c. 2. l. vlt. Cottonen. Cottonensis p. 279. l. 9. duas duas p. 281. c. 2. l. 23. Hieronymus Hieronyma l. 25. Quintihana à Scancano Quintilia a Scansano p. 282. l. 21. quam quem p. 283. l. 10. abiens abiens l. 32. emigendum erigendum p. 284. l. 12. cauris curis, habitu habitu.

# PROTESTATIO AVCTORIS
## PRO PATRIBVS CONVENTVALIBVS.

*AMICE Lector, iterum paulisper sustine. Omnem, quam potui diligentiam adhibui, ac studium posui [neq; solus hac in re laboraui, sed mecũ Theologi, & qui Theatrum istud publice examinarunt, & probarunt] vt ea sinceritate, puritate, veritateq; historicâ illustratum prodiret, vt nec Instituto Seraphico in se, neq; Sodalitatibus, in quibus diuisus cernitur, aut personis in eo productis, nominatis, relatisuè derogaret, noceret, aut praeiudicium vel minimum afferret. Tantum desiderare licuit, at fortè non assequi; imbecillitas namq; humana vices patitur, defectus inducit; & diligentiae licet strenuè adhibitae, tamen optato finè non raro frustrantur. Quamobrem si in enarranda, recensendaq;* Genealogia ista Etrusco-Minoritica, *in qua saepius, imò per totam de Ordine Minorum, ac de Sodalitatibus eius, necnon de personis earumdem Congregationum sermo occurrit, non ea vsus sum distinctione, claritate, denominationequè in enumerandis Praelatis, Titulis, aut Nominibus in assignandis, affigendisq; vnicuique pro suo statu, dignitate, ac merito, non voluntatis, sed tenuitatis, atque obtusitatis ingenioli mei, necnon confusio nonnunquam in Scriptorum modo, vel ordine loquendi adscribendum venit. Ipse enim Collector, ac merus Relator sum: collegi, in quam [hoc mihi scopus, hoc solo contentus] ex agro Minoritico flores, & fructus ad Tusciam pertinentes, quos, & quomodo Scriptores addidarunt, & collectos in Theatro expono. Caeterum ingenuè fateor, quod in Scriptoribus Minoritis, & in Monumentis nostri Ordinis, item, & in Constitutionibus Apostolicis, praesertim Eugenij IV. sub Anno* 1443. & 1446. *Nicolai V.* 1454. *Calixti III.* 1455. *Pij II.* 1458 & 1463. *Pauli II.* 1466. *Sixti IV.* 1471. *Alexandri VI.* 1499. & *Iulij II.* 1508. *ac in alijs authenticis Scripturis frequenter, etiam a longis temporibus, audiuntur, leguntur, atquè repetuntur nomina* Minorum, Conuentualium, de Obseruantia, de Communitate, de Familia, & *alia Synonima, atq; diuersa de quorum origine, deriuatione, sensu, vel significatione, aut antiquitate, vel anterioritate, aut posterioritate, aut attributione, vel assignatione: aut affixione, sicut nihilominùs ad praesens meum spectat institutum: ita nullã volo habere quaestionem. Verumtamen ad cautelam, & magis, ac magis conseruandae pacis ergò, hic admonere libet. Quod protestati sumus p. 2. tit. 2. pag. 137. lin. 3. vbi de RR. PP. Inquisitoribus, in* [Hoc namq; negotium Fidei, totũ ad PP. qui antea Min. nunc cũ additamẽto specificatiuo Conuentuales dicuntur, spectauit, spectatq; ex ipsis à principio electi fuerunt, & ad praesens eliguntur Inquisitores Generales in Tuscia, & alijs partibus, Minoribus designatis, proindè tota haec materia illos respicit, ipsorum est haec dignitas, quam cum Ministeriatu Prouinciali, ac Generali haereditarunt, possiderunt. Nihil ergo in his ad Obseruantes, aut alias Minoriticas soboles pertinet] *Hoc in quam dictũ omnino volumus intelligi de Ministris Gener p. p. tit 2. ser. 1. De Vicarijs Gener. &c. ibidẽ ser. 2. De Procuratoribus Gener. ibid. ser. 8. De Minist. Prouincialibus in Etr. p. p tit. 3. ser. 1. De Archiepiscopis, & Episcopis, p. 2. tit p. ser. 2. 3. 6. &c. De Legatis, Nuncijs, & Paenitentiarijs Apostolicis &c ibid. tit. 2. ser. 1. 2. 3. nec non de Viris Apostolicis propagatoribus Fidei, & Praedicatoribus Apostolicis ibid. ser. 4. & 5. De Scriptoribus &c. p. 3. tit. 1. ser. 4. Item de Mag. S. T. quę quidẽ dignitas est Personalis; & super Personas, nõ super officia cadere profitemur sẽper vbicunq; in hoc opere legitur* Magister &c. *De Doctoribus. De Oratoribus, ac demq; de omnibus alijs contemporaneis, concultoribus, si qui sunt, quibus sinè praeiudicio veritatis competere possit, ac debeat, semper iuxta distributionem accomodam, quam facere non dedigneris, Amice, ac prudens Lector singula singulis tribuendo, tibi, ac alijs protestando iterum, atq; iterum, neminem ex meis consodalibus, potissimum ex PP. Adm. RR. Conuentualibus, in hoc Theatro includendum excludere velle, neq; ab eo excludendũ includere, vt sic vnicuiq; Seraphicae Soboli, quod suũ est, merito, iuxta posse, tribuatur. Vnusquisq; igitur Minorita, siue* Conuentualis, *siuè de* Obseruantia, *siuè* Cappuccinus *sit, aut appelletur, laetus sedeat pacificè sub Vite sua, & sub suo fine &c. nulli enim derogatum volumus; & contestamur, per hanc nostram elucubrationem, atq. Theatrum, sed omnes in suo esse, in suo statu; in sua antiquitate, dignitate, atq; statione permanere, perseuerareque, toto cordis affectu optamus, donec* occurramus omnes in Vnitatem Fidei, & agnitionis Regulae nostrae in Virum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi, & sic euntes de virtute in virtutem insimul videamus Deum Deorum in Syon. Amen.

# PARS PRIMA
# THEATRI GENEALOGICI
## ETRVSCO - MINORITICI

IN QVA HIERARCHIA SERAPHICA AC PRIMOGENITÆ
ETRVSCÆ PROVINCIÆ
PANDITVR

*HOC EST*,

PRÆLATI PROVINCIALES FRANCISCANARVM SODALITATVM
In Tuſcia conſiſtentium, partim integrè, partim
diminutè, prout accepimus recen-
ſentur, & aſſiſtentibus

EMINENTISS. AC REVERENDISS. DD. S.R.E.

## CARDINALIBVS ETRVSCIS

EARVNDEM CONGREG. PROTECTORIBVS;
*NEC NON*
SVPERIORIBVS GENERALIBVS,
ET ORDINIS ASSESSORIBVS,
ET ADMINISTRATORIBVS
nationalibus, in

## THEATRO

collocantur.

*Qualia propositi sunt ornamenta Theatri?*

*Homines magni virtute, & prudentia sua praediti, qui in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus.* Eccles. cap. 44.

Conuentus Patrum Conuentualium. XLI
Martyres Christi xx. Confessores CCXXXV.
Ordinis Minorum Professores Erudit. xII.
Superiores Generales Ordinis xv.
Ministri Prouincial. Conuen. 64.
Inquisitores Generales 146.
Principes R ligioli 28.
Conf. Princip. 33.
Lector. sub. 43.

SACRVM, ET [illegible] IN TVSCIA ORDINARI [illegible] VICENT.

Conuentus Patrum Capuccinorum. [illegible]
Sorores Clarissae sanctimonia, & pietate celebres [illegible]
Archiepiscopi, & Episcopi [illegible]
Procuratores, & Commissarii Curiae Roman. xxxI.
Superiores Prouinciales Capuccin. xxxv.
Commissarii & Poenitent. Apostol. L.
Viri Principibus cari [illegible] Ord. xi.
Oratores ad Principes [illegible]
Scriptores ex Ordine [illegible]

[illegible] XX.
[illegible] CCCXII.
[illegible]
Doctores ex [illegible]

[illegible]
Praedicat. & [illegible]
[illegible]
[illegible] XXXVIII.
[illegible] XXXIII.

*Sydera, quae Caelo* [illegible]

*Spectaculum facti sumus Mundo, & Angelis, & Hominibus.* 1. Corinth. cap. IV.

Theatrum [illegible]

Qualia propositi sunt ornamenta Theatri?

*Homines magni virtute, & prudentia sua praditi, qui in generationibus gentis sua gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus.* Ecclef. cap. 44.

Conuentus Patrum Conuentualium XLI
Martyres Christi xx. Confessores CCXXXV.
Ordinis Minorum Protectores Etrusci xII.
Superiores Generales Ordinis xv.
Ministri Prouincial. Conuen. 64.
Inquisitores Generales 146.
Principes Religiosi 28.
Conf. Princip. 33.
Lector. Iub. 43.

Conuentus PP. Obseruantum XLVI. PP. Reformatorum XVI.
Charitatis Athletæ ccccLx. Virtute Illustres cccxII.
Cardin. I. Parriarcha I. Archiepiscopi Etrusci xIv.
Prelati Generales inferiores XX.
Prælati Prouinc. Obser. cxxII Refor. 40.
Legati, & Nuncij Apostolici xxvII.
Principissæ Ord. S. Claræ 26.
Doctores Parisien. xvI.
Lect. Sac. Th. 20.

SACRIS, ET GLORIOSIS STEMMATIBVS IN TVSCIA CORONATI REFVLGENT.

Cœnobia Patrum Capuccinorum XXXVIII.
Sorores Clarissæ sanctimonia, & pietate celebres cxII.
Alienigenæ Archiepiscopi, & Episcopi xIx.
Procuratores, & Commissarij Curię Rom. xxII
Superiores Prouinciales Capuccin. xxxv.
Commiss. & Pœniten. Apostolici L.
Viri Principes ex 3. Ord. xIx.
Oratores ad Princip. xI
Scriptores cxlvI

Monasteria Clariss. xlvI. Domicilia. 3. Ordin. xlvIII.
Beati & piet. insig. ex 3. Ord. Viri 58. Fem. 106.
Episcopi Etrusci XXXXXXVI.
Assessores Generales XXXIII.
Rectores aliarum Prouinciarum 94
Prædicat. & Mission. Apost. 80.
Fæminæ Ill. ex 3. Ord. 25.
Mag. Sacr. Th. 49.
Theologi 240.

Quot? Ex Theatro I. Ord. MCCIII. Secundi Ord. CXII. Tertij Ord. CLXIV.

Sydera, quę Cœlo Thusca Minore micant.

*Quia Spectaculum facti sunt Mundo, & Angelis, & Hominibus.* I. Corinth. cap. IV.

Genealog. MCCCXXIII. *Omnium Summa* 2726.



# THEATRI GENEALOGICI SERAPHICÆ PROVINCIÆ TVSCIÆ,

# PARS PRIMA.

## MVNIA, ET OFFICIA RELIGIONIS.

## TITVLVS PRIMVS.

## SVMMI PONTIFICES, ET EMINENT.MI DD. S.R.E. CARDINALES ETRVSCI ORD. MIN. PROTECTORES.

### PRÆFATIO.



*E MINORITICVS ORDO à recto fidei Catholicæ tramite vnquam recederet; sed, vt perpetuò sub promptissima S. R. E. obedientia, ac in Regulæ obseruantia permaneret (sic .n. subiectus cumipsa solidè durabit perseuerabitque), voluit Beatissimus ipse Pater, ac Pauperum Patriarcha FRANCISCVS, vt ex supremo militantis Apostolicæque Ecclesiæ Senatu Eminentiss. pariter ac Reuerendiss. vnum Cardinalem sui Gubernatorem, Protectorem, & Correctorem haberet, illùmque à summo præfati senatus Præside, nempè a Pontifice Max. petere teneretur. Huius munus, authoritas, atque iurisdictio in gubernando, ac corrigendo à Regula constituta,*

*iuxta plurium summorum Pontificum Decreta præsertim, Greg. XI. dat. an.* 1337. *sexto Calend. Iunij Pontif. sui An.* 3. *incip.* Cunctos Christi, *apud Bullar. Cherub. tom.* 1. *pag.* 217. *Const. IV. Vuad. tom.* 4. *an præfato* 1373. *n.* 23. *Syxti IV. qui Greg. præfati Litteras approbauit, confirmauit, & inseruit in sua,* Sancta Minor Religio. *dat. an.* 1472. 5. *Kal. Februar. Pontif. sui an.* 2. *apud Bullar. loc. cit. pag.* 303. *Const. IV. Iulij II. qui præfat. Greg. & Syxti litteras innouauit, ac inseruit in sua,* Dum fructus vberes, *dat. an.* 1507. 7. *Idus Octob. Pontif sui an.* 4. *Vuad. tom.* 8. *an.* 1507. *n.* 1 16 *Greg. XIII. an.* 1578. *ac demùm Pauli V. in sua,* Cum Ord. Fratrum Minor; Conuentualium *dat. an.* 1008. *die* 7. *Octob. Pontif: sui an.* 4. *Bullar. tom.* 3. *pag.* 178. *Const.* 53. *Et si nihil nunc in hac re firmum aut stabile, dum Eminentissimi DD. Cardinales iuxta applaudentem sibi Pontificis gratiam, aut arridentem auram, suam restringunt vel dilatant potestatem; tres tantùm casus, qui ne vnquam eueniant aduertat Dominus, tantum complectitur. Si videlicet, totus Ordo à fidei veritate recesserit. Si etiam totus idem ab obedientia S. R. E. se subtraxerit. Aut si totus suæ Regulæ obseruantiæ vale dixerit. Nam quod præfatis manceris reliquum est, id totum ipsius Ordinis protectionem, virilèmque defensionem à persequutionibus, violentijs, cæterisque molestijs iniustè illatis, vt ex Nicolai III. Pontif. Maximi verbis, quæ vt tanti Pontificis, pietas omnibus in propatulo sit, in præsentiarum inserenda censuimus, liquidò constat, haud dubiè concernit.*

§ 2. *Cum itaque anno* 1279. *( teste oculato P. Philippo Perusino huius Prouinciæ Tusciæ tunc actuali Ministro, apud firmament. Trium Ord. par.* 1. *pag.* 29. *Vlysip. par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 22. *Gonzagam p.* 1. *pag.* 63. *Vuad. tom.* 1. *an.* 1217. *n.* 6. *& tom.* 2. *an.* 1279. *n.* 9. *Chronolog. Ord. pag.* 32. *) Patres Ordinis præfato Nicolao III. D. Matthæum Rubeum Vrsinum, Vrsi, Pontificis fratris, filium, ex Diacono Cardinali S. Mariæ in Porticu Archipresbiterum S. Petri à se creatum vnanimiter peterent in Protectorem Ordinis, pientissimus Pontifex oculorum aciem in charissimum sibi nepotem, Matthæum præfatum intendens, coram præfatis Patribus ità tenerrimè affatus est.* Ad Te sermo noster dirigitur. Si, dilecte fili Cardinalis, beneficia, quæ tibi proueniunt per nos recensere vellemus, inuenirentur magna, vtilia & misericordiosa; sed in nullo sic è vicino dedimus tibi hauriam vitæ æternæ, sicut in ipso quod modò tibi præstamus. Damus tibi melius, quod habemus, tradimus tibi cordis delicias, pupillam oculorum nostrorum. *Hic interruptus sermo ex frequenti singultu, & profluente lacryma, atque ex nimia amoris teneritudine, veluti intercluso anhelitu, tanti viri veneranda maiestas in eiulatum prorupit, adstantesque flere cum flente, eiulare cum eiulante, tacere cum tacente coegit. Tandem sedato vtcunque spiritu, voce reassumpta, dixit:* Interior prohibet passio longiorem de re omnium charissima sermonem intexere: *& extensa manu proprium dedit anulum Cardinali dicens:* Committimus tibi dilectum Ordinem Fratrum Minorum: Te secundum eorundem Regulæ præscriptum, instituimus Gubernatorem, Procuratorem, & Correctorem sancti huius sodalitij. *Et illa Regulæ verba,*

qui

qui sit Gubernator, Protector, & Corrector, *explanans, subintulit :* Attamen Te scire velim, gubernio tuo minimè egere : abundat enim prudentissimis, & doctissimis Præsulibus, qui integras possent Respublicas gubernare : neque correptione, dum prudenter omnia sint constituta, vt vnicuique Fratrum plures præsint, neque vno dissimulante, desint alij, qui puniant. Vltrà Præfectos locales habent Custodes, his præsunt Prouinciales, super hos sunt Generales, atque istos in ordinem redigunt Comitia generalia. Illud vnum est, propter quod tuo indigent patrocio : pauperes sunt, & imbecilles, aduersarios habent plurimos & potentes, a quorum molestijs nequeunt se defendere, aut potentiæ resistere, hic tua protectione, & auxilio opus est, vt conterantur, qui eos conturbant, & liberes eos ab omnibus pressuris : Hoc, inquam, potissimum est, in quo tua ipsis cura & protectio adesse debeat, &c.

§. 3. *Genealogiam itaque Etrusco-Minoriticam retexuri, præclaras eiusdem propagines cum Heroibus suis in medium allaturi, Proceres, Primates, Ducesque Etruscos tùm in toto Ordine, tum in triplicata sobole : atque quadruplicata ( vti præfati sumus ) Prouincia recensuri, dignitatis Ordinem sequendum duximus. Cum itaque Eminentiss. ac Reuerendiss. DD. Cardinales a S. Sede Apostolica Ordini pro Cardinibus destinati, & si extrà Ordinem, iuxta Regulæ præscriptum, sint Gubernatores, Protectores, & Correctores totius Fraternitatis, primum locum habeant, cunctis præsint, omnibus præcedant ; & post Romanum Pontificem iurisdictionem, potestatem, & authoritatem in Crasine habeant posterem : quinam ex Etruscis Cardinalibus paterno præfato affectu gubernarint, protexerint, & nutati sint Ordinem Minoriticum, vel secundum se totum, vel secundum peculiares sodalitates primò aperiendum nobis erit, & Ordine ipso, quo Protectores fuerunt recensendi, suisque sodalitijs adscribendi. Deinde qui intrà Ordinem &c.*

*Vnde,*

# SERIES I.

## PROTECTORES TOTIVS ORDINIS MINOR.

I. SS. DD. N. Leonem X. Medicesum, Florentin. Pontificem Opt. Max totius Ordinis Protectorem extitisse suis ex verbis in Bulla, quam vocant *Vnientis*, dat. an. 1517. 4. calend. Iunij Pontif. sui an. 5. incip. *Ite vos in vineam meam*, (apud Bullar. tom. 1. const. 23. pag. 433. Gonzag. par. 1. pag. 36. Vuad. tom. 8. an. 1517. n. 23. Chronolog. Ord. pag. 221.) elicitur, dùm ait: *Quare Nos cuius animus ab ætate tenera ardenti deuotione efferbuit ad huius Ordinis Professores, & Ordinem ipsum totum; nunc verò ex communi cura Procurationis, & Pastoralis regiminis, quàm immeriti sustinemus, &c.* Nec non satis indicat Annalista noster, Pater Lucas Vuadd. tom. 8. an. 1521. n. 22. in Elogio tanti Pontificis: *Nostrum sanè Institutum*, inquiens, *suas ei debet laudes, quòd illud plurimum fouerit, auxerit protexerit, honoribus, & gratijs toto affecerit dominatu*. Concessit enim septem Septanorum Martyrum Etruscorum; S. Elisabethæ Lusitaniç Reginç, atque B. Margaritç Cortonensis cultum: Canonizationi B. Ioan. de Capistrano intendere cœpit, sed morte prçuentus perficere non potuit: Solemnitatem immaculatç Conceptionis V. M. excepit ab interdicto. Vnionem Obseruantum statuit, eisque antiquum Sigillum, & Ministeriatum Generalem constituit. Inter Obseruantes & Conuentuales concordiam firmauit: Ordinem Annunciatarum Franciscanarum confirmauit: Tertiarijs in Congregatione viuentibus Regulam adaptauit, & confirmatam tradidit; aliaque innumera fauorabilia in pertijt, vti videre est apud Vuad. tom. 8. an. 1513. nu. 7. & 23. 1514. n. 42. 1515. num. 13. & 41. 1516. n. 3. 6. 7. 29. 48. 50. & 62. 1517. nu. 23. 30. 37. 46. & 64. 1518. nu. 6. 1519. n. 3. 4. & 38. 1520. n. 60. 1521. n. 2. 17. 18. & 39. Iure itaque & merito inter Patres, & Protectores numerandum duximus.

II. Iulius Medices Leonis X. Frater Patruelis, Archiep. Florentinus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica, deinde S. Clementis, posteà S. Laurentij in Damaso, S. R. E. Vicecancellarius, ac postremo Sum. Pontifex Romanus, CLEMENS VII. à Leone consanguineo a. 1521. Minoribus in Protectorem datus, per bienniũ Ordinem peramanter gubernauit, protexit. Fuit n. (teste Vuad. tom. 8. an. 1534. nu. 1.) Vir valde grauis, sagax maximoq; ingenio, summo erga Franciscanos affectu. Protegens Ordinem Minorum (inquit Didacus de L'Equile Hierarch. Franciscana tom. 2. pag. 98.) in plurimi amoris signum donauit Ecclesiæ nostræ Montis Aurei Romæ celebrem eam picturam Raphaelis Vrbinatis, quæ in maiori Altari exposita. Christi transfigurationem, & alia ex Euangelio ad viuum exprimens, cuncta ferè penicilla, exemplaria ex illa retrahentia adhuc fatigauit, hac superposita inscriptione.

D. PETRO PRINCIPI APOSTOLOR. IVLIVS MEDICES CARD. VICECANCELL. A. D. M. D. XXII.

Eodem

Eodem autem anno donauit Iulius Franciscanis suis de Obseruantia hoc insigne opus, quo Deus ipsum in donum toti Ecclesiæ suæ dedit, vt nomine & re Clemens esset huius cognomento VII.

Assumptus ad Pontificatū an. 1523. eius duorum annorum erga Franciscanos Protectio ex eminenti gradu transiuit ad summum, vti videre est in eius vita, & apud Vuad. tom. 8. an. 1523. n.52.53.54.& 57.1524.n.33.34.35 37. 40. & 49. 1525. n.25, 27. & 39. 1526. n.54. & 46. 1527. n. 2.3.& 8. 1528. n. 2. 5. 15. 20. & 24. 1529. n. 17. 20. 34. 40. 1530. n. 7. 8. 11. 16. 18, & 35. 1531. n. 4; 13. 14. & 20. 1532. n.7.19 21. & 40. 1533. n. 9. 10. 12, 14, & 27, 1534. n. 1. 6. & 75. fouit prætereà, aluit firmauitque Patrum Capuccinorum pręclaram sobolem; & FP. Retorm atorum Aciem emergentem intrà Regularem Obseruantiam statuit atque roborauit; quibus & alijs, affectu, patrocinio ac frequenti beneficio, cùm adhuc Cardinalis esset, Protectoris rem & titulum (si reuera non extitisset officio, dubitat .n. vti mox dicemus, Vuad.) adeptus est, ipsomet Vuad. teste an. 1521. nu. 9. Tossinian. histor. Seraph. lib. 2. Didacus de L'Equile loc. cit.

*Dubitat inquam, Vuaddingus, an* Iulius *verè Protector officio fuerit, an nomine, & affectu solummodò, eò quòd Dominicus Grimanus Episcop. Portuen. à multis annis Cardinalis Ordinis Protector vitam protrax rit ad an.* 1523. *& ipse Iulius in limine sui Pontificatus, die* 11. *Decembris* 1523. *Andream de Valle Presb. Cardinalem in Protectorem Minorum instituens, per obitum dicti Domini. ci, non per suam ad Pontificatum assumptionem dicat instituere.*

*At cùm Acta Capituli Generalis Carpensis an.* 1521. *celebrati (ipso Vuad. an. præf.* 1521. *n.* 9 *& Chronolog. Ord. pag.* 250. *testibus) decretando suffragia habeant*: Pro Reuerendissimis Cardinalibus, præsertim Reuerendiss. DD. Cardinali de Medicis Protectore Ordinis, & S. Crucis, & Ss. Quatuor, & alijs. &c. *nulla facta mentione de Grimano, qui si tunc vixisset, & Protector extitisset, tacendus profectò non erat, aut aliers Protectoris titulum asserere; eò vel maximè, quia pro Cardinalibus* S. Crucis *&* Sanctorum Quatuor, *solo affectu, & beneficio Ordini adaictis statuuntur suffragia: quare non pro Protectore tam benemerito & longeuo? aut ergo tunc temporis non viuebat* Grimanus, *aut Protectionem in alium transtulerat; vel alia de causa fortasse ab ipso Pontifice* Iulius *subrogatus fuerat. Id mihi persuasum facit, quod (vt ait Vuad. an.* 1519. *n.* 14.) *in litteris Leonis X. datis an.* 1518. *die vltima Octobris Bernardinus Caruaialius Cardinalis S. Crucis, Ordinis* Protector *appellatur, & in alijs datis* 14. *Aprilis* 1519. *ipse Caruaialius* Vice-Protector *nominatur. Aut igitur tunc temporis Grimanus, si viuebat, Protectionem renunciauerat, aut senectute grauatus, vel infirmitate pressus in Bernardinum præfatum transfuderat. At an.* 1521, *tempore Capituli Carpensis præfati, Bernardinum nec Protectorem, neque Viceprotectorem esse acta capitularia præfata ostendunt, dùm pro eo suffragia decernunt, sub titulo* Card. S. Crucis, *ipse n.* [*teste Vuad. an.* 1521. *n.* 9.] *semper nuncupatus est Card S. Crucis, nulla facta mentione de titulo Protectoris, aut*

*Vicepretectoris : sed Iulium Protecto-rem appellant. Fortassis itaque, relicto Grimani Protectoris titulo, Leo X. ipsa Protectoris officium per se, ob innatam suam, quam diximus, in Franciscanos deuotionem, gerere voluit ; inde Carnaialium præfatum sibi substituere, ac post obitum huius Iulium consanguineum suum an. 1521. in officio Protectoris subrogare : qui propterea ad Pontificatum assumptus, defuncto Grimano, Protectoris titulum & officium Andreæ de Valle, vti diximus, conferens, ob mortem præfati Grimani potiùs, quàm per sui assumptionem ad Pontificatum, in suis litteris, à Vuad. an. 1523. n. 50. relatis, & in quibus suam ipse Vuad. fundat opinionem, conferre dixit. Quod quidem vlteriùs confirmatur, dùm Andream præfatum, non ad petitionem Ord. vti tunc temporis fieri consueuerat, sed* Motu proprio, *vti littera sonant, Pontifex Ordinis Protectorem constituit, & Gubernatorem.*

III. Sereniss. ac Reuerendiss. Princeps FERDINANDVS MEDICES Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica, deinde S. Eustachij, ac posteà S. Mariæ in Via lata, Diaconorum Cardinalium Primus, S. Didaci Ord. Minorum Obseruantum Apothesi, & Hispaniarum simulque totius Ordinis Minor. Protector, nouissimè Magnus Dux Etruriæ: Defuncto enim Francisco Mediceo germano suo Tusciæ Magno Duce, in Principatu ipse succedens paterno, Purpuræ dignitate, publico in Senatu, coram Syxto V. sum. Pontifice an. 1588. dimissa, Principatus Coronam assumpsit, & Imperium, Annis quatuor Ordinem totum Minoriticum, ac totidem deinde Obseruantium cœtum sub purpura Ferdinandus protexit ; Ferdinando etenim totum Ordinem protegente ( testibus Tossinian. histor. Seraph. lib. 2. pag. 233. & Didaco de L'Equile Hierarch. Francisc. tom. 2. pag. 112. ) ad instantiam Reuerendiss. P. Magistri Generalis Minorum Conuentualium, Petri Antonij Nucesini facta est diuisio Protectorum in Ordine Minorum, remanente pro Obseruantibus eodem Ferdinando, pro Conuentualibus subintrante Philippo Guastauillano, & Cardinale de S. Seuerino Iulio Antonio Sanctorio pro Capuccinis. Ferdinàndus autem factus, vti diximus, Magnus Etruriæ Dux, euasit etiam Magnus Pater, & defensor Franciscanorum, & sigillatim ex Obseruantia, transferens ad hæredes & successores maiori argumento; & decore hanc auitam dilectionem Principibus Florentiæ præcipuam atque genuinam.

# SERIES II.

## EMIN.MI AC REVER.MI DD. CARDINALES ETRVSCI MINOR. OBSER. AC TERTII ORD. PROTECT.

I. SERENISS. FERDINANDVS MEDICES PRINCEPS præfatus, post diuisionem præfatam, vti diximus, annis quatuor, antequam ad Principatum Etruriæ ascenderet, Minor. Obseruantum sodalitatem, ac Tertium

Tertium B. P. N. Francisci Ordinem strenuè protexit, & ad mortem vsque tenerrimè dilexit. *Gonzag. par. 1.*

II. SS. DD. N. VRBANVS VIII. PONT. OPT. MAX. BARBERINVS patria Florentinus pro suo in Obseruantes Franciscanos summo affectu ab anno 1624. per obitum Fabritij Veralli Obseruantium Cardinalis Protectoris, voluit esse immediatus Ordinis Protector, vsque ad annum 1632. quo anno, cum paterno filios fouisset affectu, charissimum Nepotem suum, Franciscum Barberinum, vti mox dicemus, in Protectorem suffecit.

III. Eminentiss. ac Reuerendiss. Princeps FRANCISCVS BARBERINVS, Florentiæ natus, SS. D. N. Vrbani Papæ VIII. ex Carolo Fratre Nepos, a quo anno 1623. in limine Pontificatus ad Cardinalatum sub titulo S. Onuphrij assumptus, inde S. Agathę; Episcopus Sabin. S. R. E. Vice Cancellarius, postea Episc. Ostiensis, & Sacri Collegij DD. Cardinalium Decanus: anno, vti diximus, 1632. à Patruo Vrbano in locum suum ad Minorum Obseruantium custodiam Gubernator, Protector, & Correctordelectus, paternè non minus quam sollicitè ac publico gregis sibi commissi bono præfuit atque protexit. Tandem senectute grauatus, varijs languoribus pressus, ac perturbationibus in suo mu ere agitatus, cum rexisset annis 47. Protectionis munus sponte abdicauit anno elapso 1678. atque hoc ipso 1679. die 11. Decembris, communi merore Romę Sarcinam corporis deposuit.

IV. Eminentiss ac Reuerendissimus Princeps ALDERANVS CYBO, Episcopus olim Æsinus; ac S. Pudentianæ titul. S. R. E. Presbiter Cardinalis Amplissimus, Vrbini, Rauennæ, atque Ferrariæ Legatus: nunc verò SS. D. N. Innocentij Papæ XI. feliciter regnantis à Secretis, in rebus agendis Primarius Agens, Legatúsque Auinionis vigilantissimus, & summo pretio habitus, atque ideò motu proprio Minorum Obseruantium ab ipso sum. Pontifice Protector constitutus Mens. Nouembr. anno 1678. feliciter sollicitéque patrocinatur, præest ac prodest.

# SERIES III.

## MINOR. CONVENT. CARDINALES PROTECTORES.

I. EMinentissimus, ac Reuerendiss. MARCELLVS LANTES PISANVS SS. Quirici, & Iulittę Presbit. Cardinalis, Sac. Collegij Apostolici DD. Cardinalium dignissimus Decanus, PP. Minor. Conuentualium Protector à Paulo V. sum. Pontif. die 7. Octob. 1608. designatus, ad annum vsque 1654. & fortè vltrà erga eosdem piam & fructuosam Protectionem protraxit, & erga egenos latam exhibuit charitatem. Fuit .n. (teste Vuad. tom. 8. ad an. 1517. n. 32.) Vir pijssimus, insigni liberalitate erga pauperes, Religiosos, & loca pia hoc nostro sterili sęculo (scribit autem Aut. an. 1654.) commendatissimus: quem (vti opinari licet) proinde Deus annis nonagenarium, & vltrà,

vltrà, corpore vegeto, & firmâ valetudine in egenorum singulare subsidium seruat incolumem.

II. Eminentiss. ac Reuerendiss. Princeps FLAVVIVS S. R. E. Presbiter Cardinalis CHISIVS Alexandri VII. recol. mem. ex Fratre Nepos, cum iam ab anno 1662. MINIMORVM Ordinem, Patruo annuente, paterna complexus fuisset Protectione, sub Clemente X. felic. reco d. paternum sinum dilatans, & MINIMOS retinuit, & MINORES CONVENTVALES in eodem adiecit, aggregauit, sociauit, adiunxit anno 1671. Quos omnes in hodiernum vsque diem, summa vigilantia & admirabili sollicitudine portat, protegit, gubernat, regit.

# SERIES IIII.

## MINOR. CAPVCCINORVM CARD. PROTECTOR.

I. EMinentissimus, ac Reuerendiss. P. Fr. ANTONIVS BARBERINVS, MINOR: Capuccinorum Alumnus, Vrbani VIII. Pont Max. germanus frat. ab eodem die 7. Octob. an. 1624. tit. S. Onuphrij Presbiter Cardinalis renunciatus est; & simul Minoritis suis Capuccinis in Protectorem designatus; familiam suam Minoriticam Purpura non minus, quàm multiplici beneficio, beneuolo fauore, ac virtutibus, toto orbe notis, valde decorauit. Demum cum mortalitate anno 1646. vel sequenti paternam & suorum in terris deseruit Protectionem.

II. Eminentissimus, ac Reuerendiss. Princeps D. D. IACOBVS ROSPILIOSIVS, Pistor. Clementis IX. sanc. mem. Pont. Opt. Max. ex fratre Nepos, S. R. E. Presb. Card. S. Syxti sub Clemente X. Protectoratus officium adeptus sedulè ad biennium circiter patrocinatus est; varijs indè infirmitatibus vexatus, curis distractus, cùm non posset ex animo in omnibus adesse, nè quid propterea incommodi gregi sibi commisso accideret, Protectoris curam reliquit, non affectum, non pietatem, non liberalitatem erga dilectum Institutum;

III. Eminentissimus, & Reuerendiss. princeps D. Nicolaus tit. SS. Cosmæ, & Damiani S. R. Ecclesiæ Presbit. Card. Acciaiolus Florentinus, Iacobo successit anno 1677. & ad præsens patrocinatur, regit, gubernat. Hic Bononiæ hoc anno 1680. Legatus missus, Vice Protectorem delegauit *Eminentissimum ac Reuerendissimum DD. Felicem Rospiliosum*, Iacobi præmemorati Cardinalis germanum S. R. E. Presbiterum Cardinalem, qui vices suas gereret in Curia Romana.

Alium inuenio Illustrissimum, ac Reuerendiss. DD. Cardinalem Etruscum Vice Protectorem substiturum ab Illustrissimo, & Reuerendiss. P. & D. Frat. Francisco Quinnonio, olim Ministro Generali totius Ordinis S. Francisci, posteà Cardinale, & Protectore circà annum 1534. Illustriss. videlicet, ac Reuerendiss. DD Antonium S. Sabini Aretinum, Cardinalem de Monte, tit. S. Vitalis, Iulij III. Patruum.

# TITVLVS SECVNDVS.

## MVNIA SVPREMA RELIGIONIS.

### PRÆFATIO

*Recensitis Cardinalibus Etruscis Nostri Ordinis Protectoribus, ad supremos Religionis, intra Ordinem, RECTORES, & Assessores Etruscos ordinatè ascendendum est. Nullum autem fuit in Ordine Officij munus, nulla præfectura, nulla dignitas ad quam Minoritæ Etrusci assumpti non sint. Relictis verò & ad THEATRVM APOLOGETICVM remissis (parum .n. aut nihil ad præsens conducunt institutum) controuersijs: An PP. Elias Cortonensis Assisias, aut Apulus, aut Pedemontanus (vti nonnulli dictitant) fuerit? Cortonæ, aut in Gallijs defunctus sit? immediatus, vel mediatus S. P. D. Francisci in officio Generalatus Successor subrogatus fuerit? An P. Franciscus Sanson Senensis, vel Brixianus dicendus sit? Vbi de communi Scriptorum nostrorum apud Vuadd. sententia: Eliam ciuem Cortonensem, Cortonæ defunctum; Sansonem Senis natum & initiatum sustinemus. His verò eundem Vuad. & communiorem ac tutiorem sententiam sequentes, præfatum Patrem Eliam Cortonensem primum & immediatum S. P. D. Francisci, post eius felicem transitum Successorem in officio Generalatus, secundum verò B. Ioannem Parentem Florentinum, non ex ciuitate Castellana vti quidam minùs verè enunciant, asserimus ac numeramus; omissisque D. Bonauentura Balneoregiensi S.R.E. Cardinali, & Doctore, Matthæo Aquaspartano S.R.E. Presbit. Cardinale, Marco Viterbiensi, item S. R. E. Presbit. Card. Angelo Perusino, ac Aegidio Amerino successiuis temporibus Ministris Generalibus, & inter Etruscos à Mariano tract. de Orig. cit. cap. 10. enumeratis, vt statutam Prouinciæ Tusciæ metam teneamus; reliquos Etruscos Minoritas Ministros, Vicarios Magistros, Commissarios quocumque nomine censeantur Superiores Generales, vel totius Ordinis, vel Sodalitatum, vnà cum Diffinitoribus & Assessoribus Generalibus, Procuratoribus denique Generalibus ac Romana Curia Commissarijs, distinctis seriebus in Theatro producimus. Vnde*

*insit*

# SERIES VI.

## MI REV. PATRES MINISTRI GENERALES TOTIVS ORD. S.P.D. FRANCISCI EX PROVINC. TVSCIÆ ASSVMPTI.

I. SAnctissimus Pater & Patriarcha FRANCISCVS, qui sub Innocentio III. anno D. 1208. Ordinem suum instituit, & sub eodem, ac Successore Honorio III. per se, suosque Vicarios vsque ad mortem, an. videlicet 1226. eundem Ordinem rexit, ac gubernauit eadem sanctitate qua fundauerat.

§. 1. II. P. ELIAS CORTONENSIS S. P. D. F. discipulus, & aliquando pius sectator, ideoque felix in principio, sed infelix in medio, atque iterum felix in fine. Felix, inquam, in initiatione, franc. sc. imitatione, vitæ austeræ sequela, & arduis negotijs pro Ordine, & Ecclesia vniuersa summa cum gloria perfunctis. Infelix autem Francisci contraditione, vitæ & Ordinis relaxatione, & immoderato quodam dominandi appetitu, quibus in barathrum semet ipsum coniecit malorum; gladio Ecclesiæ percuti, extrà Ordinem agi, priuilegioque clericali priuari promeruit. Tandem denuò, & perpetuò felix in postrema & vera pœnitentia; iuxtà eremum S. P. Francisci oraculum, extrà Ordinem, verè pœnitens, christianè confessus, in pristinum restitutus; atque in numero saluandorum (vti piè creditur) meritis, & intercessione eiusdem beatissimi Patris Francisci ex hac vita migrauit. Vir adeò magnus fuit, adeò clarus adeò potens opere & sermone, adeoque officijs in Ordine, legationibus, plerisque alijs rebus præclarè gessit celebrem sui reddidit memoriam, vt nihil mirum, si (vti in *Apologetico videbimus*) multi contendant de huius hominis ortu, ad modum illorum, qui decertant de Homeri, & Pythagoræ origine. Etenim, licèt non tam adæquauerit vitam suam ad præscriptam sibi à Patriarcha Francisco Regulam, quantùm fas erat; attamen magna fecit & gessit, & tanta sapientia præditus fuit, vt ad magna negotia peragenda videretur ab ipsa natura progenitus, neque in Italia pares habere; obinde sum. Pontificibus, Imperatoribus, Regibus & Principibus vtriusque Ordinis perquam familiaris & charus.

§. 2. Vir iste ineunte anno 1211. Cortonę in Patria à Francisco initiatus, anno 1216. primus Tusciæ Minister Prouincialis, deinde anno 1219. ab eodem Sanctissimo Institutore in Syriam, & Ægypto proficiscenti, vt Martyrij palmam concupitam obtineret, primus totius Ordinis in Occidente Vicarius Generalis relictus; anno verò sequenti depositus, iterumque an. 1221. non sine speciali Dei nutu & reuelatione, in Vicarium Generalem vniuersi Ordinis reassumptus est. Post felicem verò S. P. transitum, anno vid. 1227. in profesto Pentecostes Romæ coram SS. D. N. Greg. Papa IX. à patribus capitulariter congregatis vnanimi consensu & voto primus *Minister Generalis*, & S. P. immediatus successor, ex Vicario Generali electus est. & à

Summo Pontifice confirmatus, atque ad triennium, licèt parum proficuè & laudabiliter, vniuerso præfuit Instituto, a quo anno 1230. absolutus fuit.

§. 3. Iterum verò an. 1236. in Æde S. Mariæ Portiunculæ congregatis Patribus, tumultuariè potiùs, quàm canonicè, in supremum Ordinis Rectorem reassumptus est; & ab eod. Sum. Pontifice confirmatus, iterum vniuersum moderatus est Ordinem ad triennium; sed denique anno 1239. cùm annis tredecim Vicarij, & Ministri Generalis titulo Sodalitium gubernasset, ad clauum sedisset, peremptoriè depositus, & deiectus est; ac demùm in se reuersus & pœnitentis atquè Christiani hominis præmissis officijs, Cortonæ in patria, anno 1253. Patribus appositus est die 22. Aprilis.

III. B. IOANNES PARENS FLORENTINVS, (cuius acta Theat. 1. Ord. tit. 4. dedimus), S. P. Francisci & ipse discipulus, Florentię anno 1211. initiatus, homo sanctus & iustus, Iuris Consultus, magnus in populo Causidicus anno 1230. Romæ præsidente Gregorio IX. præfato Sum. Pontific. communi vocalium consensu & Suffragijs, ex Ministro Prouinciali Hispaniæ, in Ministrum Generalem totius Ordinis cooptatus est, ac confirmatus, verèque parentis munia ergà omnes exercuit, multaque viriliter & religiosè constituit, atque verbo & exemplo præiuit, præfuitque, ac sanctè ad sexennium Ordinem gubernauit. Denique pluribus pro Ecclesia, & animarum salute exthlantis laboribus, sancto fine in Insula Corsicæ & Conuentu S. Francisci Ornani circà an. 1250. quieuit in Domino.

IV. B. ALBERTVS PISANVS S. P. D. Francisci dignus discipulus, Pisis an. 1211. adscriptus, (cuius etiam acta Theat. 1. Ord. titul. 4. dedimus) Germaniæ, & Angliæ Minister, in Synodo Generali Romæ à Gregorio IX. Summ. Pontif. indita anno salutis 1239. ob exploratam eius virtutem, agendarum rerum peritiam longa experientia comprobatam, atque sanctimoniæ famam in profesto Pentecostes, 15. Maij anno præfato, communi omnium suffragio in Ministrum Generalem loco Patris Eliæ Cortonensis subrogatus & confirmatus est. Sed heu, Vir verè probus, magni zeli & virtutis, ad res magnas obeundas à natura factus, intra paucos menses consumatus in breui expleuit tempora multa, diem vltimum, omnium mœrore, claudens eodem anno sub festo Natiuitatis Virginis Mariæ.

V. P. ARLOTTVS, siue ATHOLOTTVS à Prato, olim Minister Prouincialis in TVSCIA, vir pius & prudens, magnus vndique Parisiensis Doctor, clarissima reddidit tempora sua commendatissima in agendo & scribendo sapientia, qua meruit ad supremum Sodalitij verticem an. salutis 1285. in Capitulo Generali Mediolani celebrato, quantumuis absens, assumi, sub cuius regimine non mediocre sperabatur Ordinis incrementum: sed in vndecimum Generalem Ministrum electus, vndecim pariter mensibus tantum ministrare permissus est, è viuis inde sublatus, & Patribus in Parisiensi Conuentu appositus anno 1286. Scripsit, vt erat in sacris litteris versatissimus, *Concordantias vtriusque Testamenti*, quæ opera Amanuensis sui prodierunt an. 1290. & sine nomine Authoris omnium teruntur

runtur articulis. Habuit in Ordine, consodales Patrem suum, nobilem valdè ac generosum virum, & tres fratres germanos sui per omnia similes, & virtutis imitatores. *Pisan. lib. 1. Conf fruct. 8. & 11. pro 2. par.* §. De Prouincia Tusciæ *Marian lib 6 cap. 3. & tract: de Orig. cit. cap. 10. & 11. Firmam. 3. Ord. par. 1. pag. 30.* §. Duodecimus Generalis. Vlisipp. par 2. lib. 5. cap 1. Rodulph. lib. 2. p 184. *Gonzaga par* 1. §. Generales, *n.* 11. *Chronologia par.* 3. *Vuad. tom.* 2. *an.* 278. *n.* 31. *an.* 1283. *n.* 1. 1285. *n.* 4. & 1286. *nu.* 1.

VI P. ANGELVS SALVETTVS, Senis nobilibus parentibus Florentinis à patria exulibus natus, puer sodalitio Franciscano consecratus. In humanis & diuinis litteris eminenter versatus, eloquentia clarus, optimos sui temporis in Italia Concionatores vel æquabat, vel superabat. Ex Magistro Sacri Collegij Bononiensis anno 1419. Minister Prouinciæ Etruriæ delectus est, & anno 1221. in Comitijs generalibus Foroliuij in Æmilia celebratis in Generalem Ministrum renunciatus, multa constituit circa officium diuinum, paupertatis obseruantiam, octo Collegia instituit, modum visitandi Prouincias statuit; alia quæ magna in Religionis decus & ornamentum aggressus est, sed non potuit perficere, breui functus Generalatu. Die namque 6. Octob. an. 1423. in Vrbe natiua Senarum decessit, sepultus honorificè in Ecclesia S. Francisci ante gradus Altaris majoris, cùm anno præcedenti D. Bernardinum conciuem locorum deuotorum Tusciæ, & Vmbriæ Vicarium, & Commissarium instituisset. *Marian. tract. cit. cap.* 10. *Vlysip. par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 38. *Gonzaga loc. cit. num.* 30. *Chronol. pag.* 89. *Rodulph. loc. cit. pag.* 196 *Vuad. to.* 5. *an.* 1421. *n.* 9. & 1423. *n.* 1.

VII. P. ANTONIVS à MASSA MARITTIMA eminentis doctrinæ vir, sacris in declamationibus singularis facundiæ, & Concionator Apostolicus obinde Ioan. XXIII. ac Martino V. summis Pontificibus summè charus, quorum primus an. 1412. per suas litteras *incip: Circa statum Religiosorum locorum*. Dat. Romę 2. Calend: Octob. in hac Tusciæ Prouincia Visitatorem, Correctorem, ac Capituli celebrandi Præsidem Apostolicum voluit, & an. 1414. per alias suas; *Admonet nos*, Dat. Bononię 6. Calend. Octob. authoritate Apostolica, & ad beneplacitum Ministrum Prouincialem constituit, quo in ministerio vsque ad an 1419. perdurauit. Martini verò eâ fuit de homine opinio, vt cum Imperator Constantinopolitanus Legatum misisset de vnione Ecclesiæ Græcæ cum Latina acturum, ille ad eundem non alium; quàm Antonium nostrum Legatum remiserit, sententiam Imperatoris & Græcorum circà postulata exploraturum. Anno verò 1423. defuncto, vti diximus, Angelo Saluetto Ordinis Primicerio, dat. litteris 3. idus Nouembris, incip. *Amabiles fructus* Vicarium Generalem totius Ordinis subrogauerit; & anno sequenti 1424. summè lætatus sit, eundem Antonium Ferrariæ generalibus in Comitijs communi Electorum suffragio in supremum Ordinis Præfectum electum esse. Denique, cùm Ordinem (quia vir placidus erat, & vltrà modum benignæ naturæ, omnibus ideò conuiuebat, nec quicquam magis placebat, quàm nemini displicere) remissè, & supina socordia ad sexennium rexisset, valde interim elanguerit disci-

plina regularis, irrepserint vitiæ corruptelæ, & reformatio ab Angelo Salnetro prędecessore inchoata penitus euanuerit: necesse proinde fuerit Antonium è Ministerio reuocare; id Martinus sine honore fieri non permisit, ipsum transferens ad patriæ suæ Episcopatum Maslanum & Populonensem anno 1430. dat. litter. 2. Idus Iunij incip. *Diuina disponente Clementia* sexta die ante Capituli celebrationem. *Firmam.* 3. *Ord. loc. cit.* §. Tricesimus Generalis. *Vlysip. loc. cit. cap.* 40. *Gonzaga loc. cit. n.* 31 *Chronolog. pag.* 90 *Rodulph. loc. cit. Vuad. tom.* 5. *an.* 1412. *n.* 1. 1414. *n.* 7. 1419. *n.* 8. 1423. *n.* 1. 1424. *n.* 5. 6 *&* 7. 1430. *n* 5. *&* 31. *& in Regesto pag.* 36. *nu.* 10. *pag.* 52. *nu.* 37. *& pag.* 182. *n.* 237. *Marian. tract. cit. cap.* 10. *&* 11.

VIII. P. FRANCISCVS NANIVS agnomento SANSON, Terrę Sanctæ, & Tusciæ Minister die 14. Maij an. 1475. in Comitijs Generalibus Vibini conuocatis in Generalem Ministrum adscitus est, vir quidem hoc munere, & si quo alio illustriore, dignissimus. Honestis hic parentibus, testib. Marian. tract. de Orig. Prouinciæ Tusciæ cap. 10. & Pomp. Senens. tit. 2, n. 25. pag. 181. Patre Brixiano, Matre Senensi, Senis (non Brixiæ, vti habet Vuad. an. præfato *n.* 7.) ortus & educatus. Puer octennis a Matre Deo, sub tutela S. P. Francisci oblatus in Cœnobio Senensi Minor: Conuentualium, ibidem initiatus & litteris imbutus est. Tanta verò studiorum solertia feliciter per omnes, religioso viro dignas scientias peruenit, ab humanioribus litteris ad Rhetoricam, Philosophiam, & Theologiam veloci gressu conscendens, vt breui vir eruditissimus euaserit, Magisterij gradum sit assecutus, & nobili consortio Theologorum Collegij Bononiensis adscriptus. Romæ an. 1477. coram Syxto IV. sum. Pontif. in grauissima doctorum virorum disputatione de immaculata Conceptione B. V. Mariæ, cuius deuotissimus erat, eas partes sustinuit, eaque dexteritate aduersantium nodos obiectionesque dissoluit, vt admiratus Pontifex, SAMSONEM appellarit, quasi ea facilitate difficultatum obiectarum nodos, qua Samson Philistęorum vincula, disciderit. Ad hæsit ergo homini SAMSONIS agnomen, relictoque Patronymico, isto semper audiuit. Minister Terræ Sanctæ anno 1469. die 27. Maij renunciatus cum in Conuentu Senarum iurisdictioni, & filiationi Mediolanensis paternæ Prouinciæ in qua adoptatus fuerat, renunciasset, & huic maternæ reddidisset, anno sequenti 1470. Etrusci Patres in Ministrum Prouincialem sibi præfecerunt; inde, vti diximus, ad sum premam Ordinis Præfecturam assumptus, prudentissimè, & sinè querelis, æqua Conuentualium & Obseruantum laude & bono, Clauum cum tenuisset annis 24 & mensib. aliquot, die 27. Octob. 1499. ætatis suæ 85. Florentiæ in Conuentu S. Crucis res deseruit humanas, marmoreo in medio templi donatus sepulchro. *Marian. tract. cit. cap.* 10. *Firmam.* 3. *Ord. loc. cit.* §. Tricesimus septimus Generalis. *Vlysipp. loc. cit. lib.* 5. *cap.* 51. *Rodulph. loc. cit. pag.* 194. *Gonzag loc. cit. n.* 39. *Chronolog. pag.* 138. *Vuad. tom.* 6. *an.* 1475. *n.* 7. *tom.* 7. *an.* 1477. *n.* 1. 1482. *n.* 81. 1491. *n.* 1. 1495. *n.* 1. 1499. *n.* 1. *&* 2. *item de scriptorib. & alibi sæpius.*

*GVIDVS de SVBRETO Sacr. Theologiæ Magister fuit Generalis Ordinis, vti testantur verba incisa in lapide eius sepulcrali, sed fortè in Schismate, ait* Rodulphus *lib. 2. pag. 265. At (si opinari liceat) id euenisse putauerim circà annum 1310. Eo enim tempore* [ *teste* Vuad. *tom. 3. ad an. 1310. n. 7.*) *Fratres Etruriæ, qui* Spirituales *vocabantur, nimirum, Regulæ puritatem sectantes & affectantes contra quosdam abusus & corruptelas introductas, varijs vexationibus & angustijs afflicti, cum nullum adesse cernerent remedium, ob distantiam Sedis Apostolicæ Auinioni tunc commorantis, recesserunt à communitate, ac elegerunt sibi Ministrum Generalem, & inferiores quosque Prælatos secundum Minorum consuetudinem.*

*LVCAS NINI SENENSIS, Sacr. Theologiæ Magister famosus, Theologus, & Orator pro patria Republica in Concilio Basileensi, Conciues suos inde per litteras præfato Concilio firmiter vt adhærerent, hortatus, se subscripsit:* Fr. Lucas Nini Minister Generalis Ordinis Minorum. Fuerit ne, quomodo, quando, vbi, & à quo creatus? omnino incorpertum est: nec mirum, multa n. nomina Generalium (teste *Rodulpho* loc. cit. pag. 190.) ignorantur. Quare nec ego inter Generales Ministros Etruscos hos numerare ausus sum.

# SERIES II.

## MINORITÆ ETRVSCI VICARII GENERALES TOTIVS ORDINIS.

REuerendiss. P. ELIAS CORTONENSIS, cuius suprà ser. 2. meminimus, Tusciæ Minister S. P. D. Francisci primus Vicarius Generalis ab ipso Institutore relictus & institutus fuit; anno 1219. atque iterum anno 1221. quo in munere viuente S. Patriarcha, ac post obitum eius perdurauit vsque ad an. 1227. quo Minister Generalis, vti diximus, renunciatus fuit.

II. Reuer. P. ANTONIVS MASSANVS de quo supra, in locum P. Angeli Saluetti Ministri Generalis prædefuncti, Vicarius Generalis à Martino V. sum. Pontif. subrogatus fuit, per suas incip. *Amabiles fructus.* dat. Romæ 3. idus Nouem. an. eius 6. Christi verò 1423. Vicariã rexit potestate donec an. sequenti Minister Generalis renunciatus est.

III. BEATVS P. ALBERTVS BERTINIVS à Sarteano Regularis Obseruantiæ alumnus, Columna & basis, propugnator & propagator, vti Theatr. 1. Ord. tit. 4. diximus, vir prædicatione, vitæ sanctitate ac miraculis illustris, Græcis & Latinis, humanis & diuinis litteris apprimè eruditus, Martino V, Eugenio IV. & Nicolao V. sum. Pontificibus summè charus; sanctissimis namq. documentis immaculatam coniunxit vitam, & opera sanctissima, quibus Orientales multos, varijs apud eos Legationibus functus, ad fidem conuertit, Iacobinos Græcos ad vnitatem Ecclesiæ in Concilio Floren-

no à schismate adduxit, & reuocauit, credibilem multitudinem ab errore traxit, & plurimos Religiosorum etibus adiunxit. Tot præclaris meis radiantem eius animam vidit B. annes Capistranus in cęlos ascenntem ipsa Assumptionis Virgineæ l uitate an. 1450. Hûc post gloriosissos pro Ecclesia Catholica, & fidei opagatione labores, an. 1442. miro nium consensu Patres Conuentua- Prouinciæ S. Antonij capitulariter ngregati Ministrū Prouincialem sibi efecerunt, ac Eugenius IV. sub dat. orentię 16. Calend. Augusti eiusdem ni incip. *Meruit ardens tua Religionis lus. Vicarium Generalem totius Ordi-* , in locum demortui P. Gulielmi de ilati, elegit, facta facultate Capium Generalem conuocandi ac præendi, optans etiam ad Generalatum ehere; vti latè in eius vita diximus; iuersam rexit, & sanctissimè guberuit Sodalitatem vsque in annum sentem 1443. & die 8. Maij, quo Fai Generalem Capitulum celebrauit, um, docta oratione, eligendum in ctorem curauit.

IV. PETRVS MAZZANTVS à glino Sac. Theologiæ Magister, ac ualis huius Prouinciæ Tusciæ Minir, ob mortem Reuerendiss. P. Franci- Sansonis præfati anno 1499. in Vicarium Generalem totius Ordinis, iuxtà Ordinis statuta, subrogatus fuit.

V. GVLLIELMVS à MASSA Maritimæ Minor. Conuentual. virum Doctissimum ac prudentia plurima prę- ditum, Vicarium & Commissarium Generalem extitisse ferunt *Pompa Senenses* par. 1. tit. 15. n. 19. At in sola Italia relictum fuisse anno 1432. seù veriùs 1440. à Reuerendiss. P. Gulielmo de Casali tunc Ministro Generali, qui Pontificia Legatione apud Regem Galliarum functurus, ex Italia discessit, vti habet Vuad. tom. 4. an. 1440. n. 2. puto.

VI. NICOLAVS SPINELLVS Florentinus, sacræ Theologiæ Magister, egregiusque Scriptor à Reuerendiss. P. Iacobo de Scarzola Generali Ministro, Vicarius, seù Commissarius Generalis totiùs Italiæ pro PP. Conuentualibus relictus fuit anno 1459.

VII. P. Mag. ANGELVS SENENSIS Vicarius Apostolicus Ordinis, in schismate tamen, à Gregorio XII. qui Renatus sedit ab anno 1407. vsque ad sequentem 1408. constitutus fuit: Sed & hic in partibus Italiæ tantùm fuisse credendum est: Nam in partibus Vltramontanis Ordinem regebat Reuerendiss. Pater Antonius de Pyreto, titulo Generalis Ministri, Canonicè electus anno 1405. rexitque vsque ad annum 1421.

# SERIES III.

## MINORITÆ ETRVSCI MAGISTRI ET MINISTRI GENER. PP. CONVENT. POST DIVISIONEM.

REVER. P. ANTONIVS SASSOLINIVS Florentinus, vir humanis & diuinis littereris honestatus, Sac. Theologiæ Magister insignis, qui

qui piè & doctè, vti infrà suo loco dicemus, scripsit, Tusciæ Prouincialis Minister, Bononię anno 1519. ipso Ss. Trinitatis die Magister Generalis renunciatus, rexit Ordinem an. quatuor, inde à Clemente VII. sum. Pont. ad Episcopatum Minerbinum in Calabria assumptus, tandem Florentiæ in patria dormitionem accepit anno.....

II. Reuerend. P. IOANNES TANCREDVS à Colle Vallis Elsę, nobilis genere, sac. Theolog. Mag. & insignis Ecclesiastes, Romę anno 1569. ex Vicario Generali in supremum Ordinis Rectorem electus, præfuit ad quadriennium, Florentiæ defunctus anno 1573. ac in Conuentu S. Crucis, vnà cum Antonio Sassolino præfato sepultus.

III. Reuerend. P. ANTONIVS FERA de Plano - Castanearum agri Senensis, summus sui ęui Theologus, honestatis amator, & aspera vitiorum lima, Visitator Apostolicus in Regno Siciliæ, inde Vicarius Generalis, postea Magister Generalis electus est anno 1581. Post triennium exacti regiminis, ad regendam Ecclesiam Marsicanam à Gregorio XIII. translatus est. Postremo & isto spontè exoneratus onere Episcopali anno Iubilei 1600. in patrio Cœnobio simplex & ipse Cœnobita factus, eodem anno & loco carnis sarcinam deposuit, in communi fratrum *tumulo prout ordinauerat*, sine pompa sepultus.

IV. Reuerendiss. P. EVANGELISTA PELLEVS, Senensis, vir doctissimus, & prædicatione clarissimus GENERALIS MINISTER electus anno 1587. per triennium ad clauum sedit, postque huic mundo nequam valè dixit supremum.

## SERIES IV.

### VICARII, SEV COMISSARII GENERALES OBSERVANT. EX PROVIN. TVSCIÆ ASSVMPTI ANTE DIVISIONEM FACTAM ANNO MDXVII. SVB LEONE X.

B. *PAVLVTIVS TRINCIVS, Fulginas, qui Regularis Obseruantiæ in Italia, annuente & fauente Reuerendissimo P. Thoma Frignano totius Ordinis Generali Ministro anno salutis* 1368. *firmas radices fixit, solidà perpetuàque fundamenta iecit, fauoribus, indultis, ac beneuolentià successorum Ministrorum Generalium Leonardi de Giffonibus, Ludouici Veneti, Petri de Cassana dilatauit, loca acquisiuit, consodales multiplicauit, & sedulam omnium curam egit. Prædecessorum pietatem imitatus, imò supergressus Reuerendiss. P. Henricus Alferius indulta cuncta confirmauit, fauores ampliauit, addiditque: Et eundem B. Paulutium super loca habita & habenda, consodales adscriptos, & admittendos suum COMMISSARIVM cum plenitudine potestatis instituit, alios sui loco instituendi subrogandique authoritatem concessit anno salutis* 1388. *B. autem Paulutius senio confectus, viribus destitutus, oculis orbatus, prædictà fretus authoritate anno* 1390. *socium suum Ioannem de Stronconio eximiæ sanctitatis virum, doctum, egregium Concionatorum*

*cam atorem, & Regularis Obseruantiæ zelatorem super omnia loca, & fratres sua curæ commissos COMMISSARIVM suum instituit, suasque vices, ex eiusdem Generalis Ministri facultate per omnia commisit.*

I. B. itaque IOANNES Stronconius COMMISSARIVS GENERALIS præfatus in Tusciam perueniens anno præfato 1390. felic a sanctaque Regularis Obseruantiæ semina iecit, & ædificatis acceptisque Monasterijs dilatauit. Et eodem, vel sequenti an. 1391. defuncto B. Paulutio, Commissarius in capite à præfato Henrico, atque Antonio de Pyreto Ministris Generalibus successor confirmatus, vniuerso Obseruantium cœtui in Italia vigilantissimè sanctissimèque præfuit vsque ad mortem, quàm feliciter obiuit anno 1418.

II. Sanctus BERNARDINVS SENENSIS post optimum finem B. Ioan. præfati super familiam Obseruantium in Tuscia, & Vmbria ex præcepto, & ordinatione Martini V. Sum. Pontif. à Patre Angelo Salsetto concique Ministro Generali, vti supra diximus, ann. 1421. VICARIVS GENERALIS institutus fuit. Cum eadem authoritate successit anno 1424.

III. B. NICOLAVS VZANIVS Patritius Florentinus, à Patre Antonio Massano Ministro Generali confirmatus: quique anno 1414 recedente in Apulia Ioan. Stronconio dilatandi Instituti ergò, eius vices gesserat in Tuscia, & Vmbria, vti in eius vita Theat. 1. Ord. tit. 4. narrauimus. Successiuis deindè temporibus vsque ad annum 1438. *Vicarij Prouincialis* titulo per Vicarium à se delectum vnaquaque Italiæ Prouincia recta fuit & gubernata;

licet super totam Obseruantum familiam B. Ioannes de Capistrano, ex ordinatione Eugenij IV. sub anno 1431 facta, quandam haberet commissionem, & non paruam authoritatem.

*Cæterum, & si B. Ioan. Stronconius, S. Bernardinus, B. Nicolaus Vzanius præfati, vnà cum B. Paulutio Primicerio Commissarij Generales dici possint, quatenus à Ministris Generalibus instituti, generalem quandam, vti diximus, in suos respectiuè authoritatem sibi commissam exercuirunt: quia tamen eatenus plenam & absolutam non habuerunt potestatem, qualem Successores; nimirum talem ac tantam, qualem & quantam habent Ministri Generales visitandi, vocandi, citandi, admonendi, corrigendi, puniendi, capitula conuocandi, Prælatos, & Officiales instituendi, puniendi, suspendendi, amouendi subrogandi, Commissarios, Visitatores, Reformatores destinandi, & demùm, omnia & singula faciendi, & exercendi, quæ Generalis ipse facere potest & exercere; ideo communiter in Catalogo Vicariorum Generalium non recensentur; sed Vlysip. par. 3 Gonzaga par. 1. Chronolog. & Vuad. in Annal. ib. ss, ac Didacus de L'Equil Hierarch. Franciscana tom 2 sequentes tantùm recensent, qui præfatam authoritatem habuerunt. Vno aut more & ca amo. S. B. rnardinum Senensem omnium primum constituunt, licèt in institutionis anno discrepent: etenim Vlysip loc cit. lib. 1. cap. 57. an. 1436. institutum subindicat, Gonzaga verò pag. 44. apertè statuit; At Chronolog pag 99 & Vuad. tom. 5. n. 1438. institutum referunt, & ex litteris institutorijs Gulielmi de Casali Ministri Generalis datis Senis anno præfato 1438. 22. Iulij, ac confirmatorijs Eugenij IV. dat. Ferrarò*



*raró*

*raria Calend. Septemb. eiusdem anni confirmant. Nos tamen rei claritatis gratia sub vna eademque seriè reposuimus, atque ideò numerandi inchoatum ordinem sequimur. Itaque.*

IV. SANCTVS BERNARDINVS PRIMVS OBSERVANTVM VICARIVS AC COMMISSARIVS GENERALIS a Patre Gulielmo de Casali Ministro Generali institutus, & ab Eugenio IV. sum. Pontif. confirmatus est an. salutis 1438. Pusilli gregis curã, & si egrè instantibus fratribus, suscepta, expectationem communem de felici futuro regimine statim probauit, & miro Ordinis incremento, virtutisq; profectu longè superauit. Ætate longa iam grauatus, multisque laboribus, & doloribus cõfectus, Vicariatus Generalis cură, quãvel inuitus susceperit, sub finem anni 1440. deponere tentauit. Noluit Eugenius Pont. assentiri, probè sciens quantum profecerit institutum sub viri sapientissimi atque sanctissimi disciplina. Vt verò laborem alleuiaret, authoritatem impertijt, quem vellet coadiutorem assumendi, qua fultus B. Ioannem Capistranensem Collegam, die 14. Februarij an. 1441. Visitatorem ac Commissarium instituit in Prouincijs Ianuensi, Mediolanensi, & Bononiensi. Regulæ expositionem vnà cum salutaribus constitutionibus in Epistola encyclica inclusis per vniuersas misit Prouincias. Obseruantum Monasteria Tusciæ & Vmbriæ in vnam adhuc Tusciæ Prouinciã vnita in duas, Prouincias diuisit. Denique anno 1442. summis præcibus rogauit Eugenium Pontificem, vt exonerari permitteret, causas exponens grauis senectutis, liberæ prædicationis, & mortis propinquæ. Quod aliàs negauit, concessit Eugenius, viro sanctissimo complaciturus: noluit tamen alteri Vicariatus officium committi, sed per Vicarios Prouinciarum, vsque ad nonam noui Ministri Generalis electionem, regi ac gubernari: *ità factum*

V. B. IOANNES CAPISTRANENSIS præfatus, S. Bernardini discipulus & collega, in vita & in morte propugnator ac (vti diximus in vita eiusdem S. Bernardini theat. 1. Ord. tit. 2.) strenuus patrocinator, huius Prouinciæ inclytus alumnus anno 1443. à Reuerendissimo Patre Antonio de Rusconibus Ministro Generali nouiter electo, iubente Eugenio IV. Obseruantibus in secundum Vicarium Generalem, & S. Bernardini successorem datus est. Commissum munus, quò difficiliùs suscepit, eo diligentius exercuit Capistranus, per omnes Prouincias discurrens, vitia eradicans, virtutes infundens, bonos premijs, malos supplicijs afficiens, & quòd caput est, religiosissimæ vitæ suæ exemplo omnes ad suscepti instituti obseruantiam sua cogens virtute. Vt verò scirent quibus tenebantur legibus, & ordinatè omnia procederent, per aliquot dies in sacram sacri Montis Aluernæ solitudinem abijt, ibique salutares scripsit Constitutiones, adhibitis in Regula Commentarijs, per quæ quid oportebat, quid expediebat ad salutem, apertè declarauit. Absoluto triennio regimen deposuit, sed iterum reiumere anno 1449. coactus est, iterumque ad triennium sanctissimè præfuit, & valde profuit.

VI. Reuerendissimus P. TIMOTHEVS LVCENSIS litteris, & pieta-

te insignis, sicuti Theatr. 1. Ord. titul. 9. diximus, ac prudentia & regimine commendatissimus semel & iterum Vicarij Prouincialis, in Tuscia officio fun ctus, nec non Sedis Apostolicæ Nuncius, & Commissarius pro fabrica Basilicæ Vaticanæ, an. salutis 1512. Neapoli in Conuentu s. Mariæ Nouæ generalibus in Comitijs die 2. Iunij Vicarius Generalis renunciatus est. At vir magnæ expectationis parum in officio superuixit. Diem namque 23. Octob. an. sequentis 1513. Senis in Conuentu Capriolæ spiritum reddidit Creatori.

VII. Reuerendissimus P. BERNARDINVS de Ptolomæis nobil Senensis doctrina & multipl ci experientia clarus, Timotheo Lucensi præfato, an. 1512. in Vicariatu Prouinciæ Tusciæ successit, & in obitu eiusdem Commissarius Generalis subrogatus fuit an. 1513. prudenterque rexit, donec die 24. Iunij anni sequentis 1514. conuocatis ad Comitia Generalia Vicarijs Prouincialibus in Cœnobio S. Mariæ Angelorum Assisiate, successorem elegerunt Christophorum Foroliuiensem, qui posteà Minister Generalis, & S. R. E. Cardinalis fuit.

P. LVDOVICVS de Senis Vicarius Generalis cum plenitudine potestatis in Prouincia & partibus Orientalibus institutus fuit ab Eugenio IV. summ. Pont. anno 1444. teste Vuad. tom. 5. ad an. cit. 1444. nu. 49.

P. BARTHOLOMÆVS LVCENSIS, vir eruditus & pius, vti Theatr. 1. Ordinis tit. 9. diximus, *bis Vicarius Prouincialis extitit* (inquit Gonzaga par. 2. Conu. 4. huius Prouinciæ) *ac totius Ordinis Definitor, nec non eiusdem Ordinis Vicarius Generalis*. Sed hoc, & fortè non immeritò, in dubium reuocat Vuad. tom 7. ad annum 1500. n. 16. Cui standum sit, meliori com nitto iudicio, Monumenta Prouinciæ certè dictis Vuadd. adstipulantur.

*Alij alia munera obierunt, & commissiones acceperunt: sed cum certa non adsint monumenta praetereunda potius duximus, quam incerta proponere.*

# SERIES V.

## RR. PP. OBSERVANTES ETRVSCI COMMISSARII, AVT VICARII GENERALES CISMONTANÆ FAMILIÆ POST DIVISIONEM.

I. PHILARION SACCHETTVS Patritius Florentinus, cùm doctrina, tùm prudentia & in agendis dexteritate, ac sacra prędicatione commendatissimus, huius Prouinciæ Vicarius, ac semel atque iterum Sacri Montis Aluernæ Guardianus vigilantissimus, Primo quo Aluernæ prę fuit anno, hoc est, 1501. Clusentinam Vallem adorta fame, re quidem vera, visus est Hilarius *fidelis ille seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, vt daret illis cibum in tempore, & tritici mensuram.* Matth. 24. v. 45. Omnes. n. famelicos aduentantes opportuni & liberali cibi

ſuffragio releuauit, adeoque viguit Miniſterium, vt prodigij habitum loco fuerit, non defuiſſe, imò redundaſſe farinam. Tandus itaque Vir iuxtà Sanctionem Leonis X. in *Bulla Vnionis, Ite vos in Vineam meam*. Dat. 4. Calend. Iunij an. 1517. anno 1523. feria 6. infra Octau. Pentecoſtes in Generali Synodo Burgis in Hiſpania celebrata Primus Generalis Commiſſarius electus, & cum plenitudine poteſtatis confirmatus, ad triennium prudentiſſimè miniſtrauit, & denique in patria ann 1535. in pace quieuit. *Vuad. tom. 8. an. 1521. n 3. & 1523. n. 1.*

II. P. ANTONIVS à Popilio Piſtorien. inter Scotiſtas, & ſacros Declamatores ſui, æui nulli ſecundus, annis enim 30. & amplius in præcipuis Religionis ſcholis ſacram interpretatus eſt Theologiam, ac ſupra 40. ſacra prædicatione vniuerſam luſtrauit illuſtrauitque Italiam. Prudentia item & regimine clarus quater Diffinitoris munus, quatuorquoque annis Etruriæ hanc Prouinciam gubernandam in capite ſuſcepit, atque à Reuerendiſs. P. Chriſtophoro à Capitefontium Miniſtro Generali Vicarius, & Commiſſarius Generalis deputari promeruit. Cum itaque actualis Miniſter Prouincialis in Tuſcia eſſet, illèque in eunte anno 1579. Pariſijs ad Comitia generalia celebranda proficiſceretur, ſuas in Italia, & familia Ciſmontana vices ei commiſit, quas, à Reuerendiſs. P. Franciſco Gonzaga Miniſtro Generali noviter electo confirmatus, per annum ingenuè ſuſtinuit: ac denique cùm in Conuentu Omnium Sanctorum Florentię Præfecturam gereret, an. 1584. migrauit ad Dominum, ætatis ſuæ anno 70.

III. P. FRANCISCVM SENENSEM, cuius Theatr. 1. Ordinis tit. 4. acta dedimus, bis Commiſſarij Generalis officio functum eſſe, refert Vuad. tom. 6. anno 1459. nu. 18.

IV. TIMOTHEVM Caſolanum Senenſem, cuius animi dotes, & virtutes enarrauimus Theatr. 1. Ord. tit. 9. ſpectac. 12. num 9. Bononiæ in Congregatione Generali de anno 1550. Commiſſarium Generalem electum eſſe, perhibet Dionyſ. Pulinar. Chronic. M. S. huius Prouinciæ, par. 1. pag. 73. & par. 2. pag. 185. idipſum repetit; atque Gonzaga Conu. 4. huius Prouinciæ confirmat.

V. FRANCISCVS Alpinius Aretinus, vir pius & doctus, aſpectu venerabilis, & Concionator Apoſtolicus, ſepties Diffinitor Prouincialis, bis Cuſtos Vocalis, ac totidem Miniſter Prouincialis in Tuſcia à Pio IV. ſpeciali Diplomate anno 1562. Vicarius, & Commiſſarius Generalis inſtitutus, per biennium gubernauit, ac tandem nonagerio maior in Conuentu Sergiani extrà Aretium anno 1572. menſ. Oct. Patribus appoſitus eſt.

VI. P. EVANGELISTA de Trauerſarijs à Momigno Piſtor. Lector Iubilatus, inſignis in Italia Concionator, ac egregius Scriptor, multipli eruditione, rerum agendarum experientia refertus, Prouinciæ S: Didaci, ac Etruriæ communi applauſu præfuit, Ordinis Diffinitor, Vicarius Generalis Reuerendiſs. P. Ioannis Baptiſtæ à Campanea delectus in Comitijs Generalibus Toletanis anno 1633. ad triennium præfuit; ac demùm grandæuus die 11 Septemb. 1646. Florentię in Conuentu Omnium Sanctorum curis humanis finem impoſuit.

VII. P.

VII P. BENIGNVS BRVNI Florentinus Concionator Clarissimus, Lector Iubilatus, Metropolitanæ Florentinæ, ac Fesulanæ Diœcef. Examinator Synodalis, S. Officij Consultor, singularis prudentiæ atque doctrinæ vir, ad magna peragenda à natura factus, morum suauitate, affabilitate, magnanimitate atque ingenuitate omnium sibi conciliauit amorem, magnam apud omnes adeptus est authoritatem. Custodis ergò, Ministri Prouincialis ac Diffinitoris Perpetui dignitatibus in natiua Prouincia cohonestari promeruit, ad alias visitandas à Superioribus Generalibus destinari, in Definitorem Generalem Ordinis, assumi, ac demum à Clemente IX. sanctæ mem. die 8. Augusti 1669. Vice Commissarius ac paulò post Commissarius Generalis deputari, sed strenuè munus aggressus, grandæuus iam & laboribus fessus die 29. Ianuarij an. 1670. ætatis suæ 70. in Conuentu Aræcælitano de Vrbe viuendi finem fecit.

# SERIES VI.

## MINORITÆ, MINORISSÆ, AC TERTII ORDINIS SECTATORES ETRVSCI GENERALI REGIMINE DECORATI.

*VNicum ex Tuscis Generalem Præsidem elegerunt Patres Capucini, Institutricem ac Rectricem vnam Clarissa, ac Tertij Ordinis sequaces suos suasque Primicerios & Primicerias habuere, qui quadam Generali authoritate præfuerunt. Hos præsenti seriè complectimur. Itaque.*

Reuerendiss. P. BERNARDINVS OCHYNVS Senensis vir olim inter Obseruantes prudens, sapiens, sagax, sobrius, sui temporis celeberrimus Concionator, magnì nominis in populo, & acceptissimus Prouinciæ Tusciæ Senẽsis ad triennium Minister Prouincialis. Ad Patres Capuccinos postea translatus, in Comitijs Generalibus Florentiæ celebratis anno 1538. in quartum Generalem Vicarium electus æquissimè per quadriennium gubernauit, & instit.tutum dilatauit.

Ven. Virgo, famula, & sponsa Christi PASSITHÆA Senensis sæculi nostri ornamentum, sanctitatis prodigium, & gratiæ portentum, Clarissarum Coletanearum (Italicè *Capuccine* nuncupantur) Senarum, S. Floræ, Massæ, ac Plumbini Parens, Magistra, Moderatrix ac Gubernatrix præsenti sæculo prudentissima extitit, verbis & exemplis excoluit, & vitę sanctitate ad diuinum allexit amorem. Denique signis & prodigijs clara die 13. Maij, anno 1615. Senis in Monasterio à se ædificato migrauit ad sponsum, vti Theatr. 2. Ord. titul. 1. spectat. 6. latè narrauimus.

BEATVS LVCCHESIVS à Podio Bonitij S. P. D. Francisci Primogenitus & Antesignanus in Tertio Ordine ab ipso Seraphico Institutore generali facultate & authoritate Decoratus

alios

alios ad prędictum tertium Institutum admittendi, incorporandi, instruendi, regendi, ac gubernandi; vti Theat. 3. Ord. tit. 4. spect. 1. retulimus; prçclaros asciuit discipulos, celebres habuit sectatores, viuendi & induendi normam per totam diffudit Etruriam, vnà cum sanctitatis fama.

Frater FRANCISCVS BRVNIVS Florentinus Minister Generalis Tertiariorum in Congregatione viuentium totius Italiæ electus anno 1465 præfuit ad triennium.

B. CAROLVS MONTIS GRANELLI Comes, Tertij Ordinis Professor, vti Theatr. 3. Ord. titul....... narramus, Congregationis Eremitarum S. Hieronymi in montibus Fesularum, atque ideo Fesulana dicta, à Clemente IX. anno 1669. suppressa, initium dedit & incrementum ab anno 1405. ad 1417 seù veriùs 1419. quo clarus miraculis Venetijs migrans ad Christum suorum in terris reliquit ministerium.

Tertiar js quoque Sororibus Etruscis quorundam Monasteriorum in suam Primiceriam Generalem creandi facultatem fuit Eugenius IV. sum. Pont. anno 1435 Ministram pro tempore existentem in celebri *Monasterio S. Hieronymi*, vulgò à populo & Parochia *S. Georgij* in qua fundatum & erectum est *S. Georgij* nuncupat. Florentinç ciuitatis: quam facultatem alijs additis priuilegijs confirmauit & ampliauit ipse Eugenius anno 1442. subsequenti tenore.

Ad perpetuam rei memoriam.

*Pastoralis officij debitum, &c. Dudum siquidem sub data 4. Nonas Maij, Pontif. nostri an. 4. dilectis in Christo filiabus Ciza, Claræ, Elisabeth, Magdalena, Mariæ, Ioanna, Nicolaa, Gerarda, & Brigida, caterisque Sororibus Domus S. Hieronymi Florentin. Tertij Ordinis S. Francisci* de continentia, &c. *Nos igitur, &c. eisdem Sororibus præsentibus & futuris de cætero perpetuis futuris temporibus in Aretin. & Cortonien. ciuitatibus, & in Prato Pistoriens. Diœces. Congregationem faciendi, & Ministram Generalem, qua Sororibus in Aretin. & Cortonien. ciuitatibus. & Prato prædictis nunc & pro tempore constitutis præsit, ac vnam Generalem Ministram, quæ omnibus Sororibus in dictis Ciuitatibus, & Prato constitutis singulis triennijs, quæ cum Visitatoris consilio pro tempore existentis loca huiusmodi Sororum reformare, particularesque Ministras locorum eorundem male se gerentes deponere, ipsaque Generalis Ministra eo ipso, quò canonicè electa fuit, confirmata censeatur, eligendi; nec non etiam Generali Ministra in eius absentia vices ali ri, vel alijs ex Sororibus huiusmodi locorum, prout sibi videbitur, committendi; ac mulieres loca ipsa intrare, ac profiteri Ordinem volentes recipiendi, &c. Non obstantibus &c. indulgemus. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno Dominicæ Incarnationis* 1442. *pridie Nonas Octob. Pontificatus nostri anno duodecimo*. apud Wadd. Regest. tom. 5 pag. 302. const. 28. *Pastoralis Officij*

Præfatis autem Monasterijs Aretin. Cortonen. & Praten sub regimine eiusdem Ministræ Generalis accesserunt Monasteria *S. Hieronymi Montis Pulitiani*, & *Castillionis* Aretinç Diœces. *S. Bernardinij* intrà Ciuitatem Pistor. vulgò *Sancti Georgij* ob dependentiam à præfato Monasterio, sicuti alij duo S. Hieronymi titulum mutuarunt, simul

cum

Magiſtris, Inſtitutricibus ac du-cibus ex eo miſſis. Ex iſto etiam bri Collegio omnium primo in E-a, in quo collegialiter viuere cæ-nt Sorores Tertij Ordinis, circà an. 1392. erecto, tanquam ex fœcun-do virtutis ſeminario prodierunt Ma-giſtræ ac Inſtitutrices Sanctimonialiū Clariſſarum S. Claræ Florentiæ, S. Lini Volaterrarum, ac S. Claræ in Terra S. Ioannis Vallis Arni ſuperioris exiſten-tium.

# SERIES VII.

## D RR. MINORITÆ OBSERVANTES DEFINITORES GENERALES.

*Efinitoris generalis munus, nimi-rùm vnà cum ſuperioribus Genera-actibus capitularibus praeeſſe, leges, ta, & alia Ordinis regimen concer-s ſtatuere, decernere, definire, ini-inter obſeruantes ſumpſiſſe ex Con-tonibus à B. Ioanne Capiſtrano Vica-eneralt editis an.* 1443. *innuere vi-r. Patres noſtri, Mantua ann.* 1467. *ulariter congregati, vti videre eſt a-hronolog. Ord. pag.* 136. *At vſus & na electorum ante ann.* 1489. *non in-intur, teſte Vuad tom.* 7. *an. cit.* 1489. *Reſtat proindè illos praſenti Serie ſcos recolere, qui de cætero vſque in rnum diem electi ſunt, & nomina n. nobis innotuerunt. Sunt ergo.*

IMOTHEVS LVCENSIS, cuius à ſer. 3. nu. 6. meminimus, Tu-ſecundò Vicarius, indè Vicarius eralis Ciſmontanus, in Capitulo nate ann. 1501. Diffinitor Gene-electus eſt.

BERNARDINVS PTOLOMÆI enſis, de quo ſuprà loc. cit. nu. 7. arius, & Miniſter Prouincialis in cia, itemque Tuſciæ Senenſis Pro-ciæ Miniſter, & Commiſſarius Ge-alis, in Definitorem Generalem aſ-ſumptus eſt in Capitulo Aſſiate an. 414. iterum Lugduni ann. 1518. & Parmæ tertiò anno 1529. qui tandem an. inſe-quenti 1530. Senis in Patria Patribus appoſitus eſt.

III. P. N. huius Prouinciæ Cuſtos electus Lugduni an. 1518.

IV. BARTHOLOMÆVS à Plebe S. Stephani, ſeptimo a Sac. Aluernæ Monte Lapide, vltimus Vicarius, & primus Miniſter Obſeruantum in Tu-ſcia, Deffinitor Generalis Romæ ele-ctus 1517.

V. ANDREAS de ALAMAN-NIS Florentinus, ex Curiæ Romanæ Commiſſario Diffinitor Generalis eli-gitur Aſſinij ann. 1526. atque iterum Niciæ anno 1535.

VI. FRANCISCVS de Pontremu-lo Prouinciæ Bononiæ alumnus Meſ-ſanæ electus anno 1532.

VII. ALBERTVS à Sarteano Mi-niſter, & Cuſtos Prouinciæ Senenſ. Definitor Generalis electus Mantuæ anno 1541.

VIII. FRANCISCVS de Bartho-lomæis Florentinus ter Definitor, ac ſe-mel Miniſter Prouincialis, Definitor Generalis Salmanticæ eligitur a. 1553. qui

qui Florentiæ anno 1557. obijt.

IX. SILVESTER PVPPIENSIS ter Definitor, semel Custos, actualis Minister Tusciæ, Aquilæ in Vestiis an. 1559. Definitor Generalis electus, Aretij in Tuscia postmodum grã ̃iguus diem clausit extremum anno 1578.

X. BERARDVS Dragoncinius Florentinus Cosmi Primi Magni Ducis Etruriæ Theologus & Confessarius, quater Definitor, & semel Minister Prouinc al s, Custos actualis Tusciæ, e Difinitor Generalis Romæ eligitur anno 1571. & anno 1575. die 27 Septemb. huic mundo vale dixit, Aretij sepultus.

XI. PAVLVS à Souagio, Lector & Concionator eximius, quater Definitor, Tusciæ, ac Principatus Minister Prouincialis, Parisijs an. 1579. Definitor Generalis electus, apud Salernum anno insequenti 1580. vitæ cursum consumauit.

XII. IOANNES-MARIA à Colle Vallis Elsæ ex Definitore Prouinciali in Generalem assumptus Romæ anno 1587. qui in sacro Aluernæ Monte demum requiem accepit anno 1604.

XIII. FRANCISCVS COCCHIVS Florentinus ex Ministro Prouinciali fit Definitor Generalis in Capitulo Vallis oletano 1593, obijt Florentiæ die 14. Februarij an. 1604.

XIV. FRANCISCVS de Pitigianis Aretinus facundissimus Concionator scripsit in *formalitates* Antonij Sirretti, in 1. & 2. *Posteriorum* Aristotelis, in v i i. libros *Physicorum*, in Tertium, & Quartum *Sentent. Scoti*, & Regulæ edidit Expositionem. Serenissimi Ferdinandi Primi Magni Ducis Etruriæ Theologus, à sacris Confessionibus, & Ecclesiastes, Serenissimi item Ferdinandi Gonzaga Mantuæ, & Montis Ferrati Ducis, ac S. R. E. Cardinalis amplissimi Theologus, & à consilijs Prouinciæ Tusciæ Minister, ac demum Definitor Generalis Romæ electus an. 1603. Mantuæ die 29. Octob. a. 1616. consumationem accepit.

XV OCTAVIANVS SPATARIVS de Incisa insignis Theologus, ac Concionator, Tusciæ Minister, Definitor Generalis Toleti electus an. 1606. doctè & luculenter scripsit, *Methodum de modo corrigendi Regulares; Centuriam Concionum quadripartitam; Conciones Quadragesimales & pro Aduentu.* Serenis. Magn. Ducum Florentiæ Ferdinandi Primi, & Cosmæ I. eius filij à secretis fuit Confessionibus, & Eminentissimi Cardinalis Columnæ Theologus, in cuius obsequio Romæ circà annum 1626. diem clausit extremum.

XVI CHRISTOPHORVS DE RENA Nobili Florentina familia procreatus, a Colle Vallis Elsæ dictus, bis Definitor, & semel Minister Prouinciæ, Romæ a 1615. in Definitorum Generalium numero adscriptus, in Conuentu s. Luchesij extrà [illegible] Bonitij anno 1623 migrauit a sæculo.

XVII GREGORIVS de Raffina pluries sacri Montis Aluernæ Guardianus, Tusciæ olim Minister, Salmanticæ anno 1618. Definitor Generalis renunciatus, tandem in Conuentu s. Viualdi die 2. Aprilis 1640. in aliam translatus est vitam.

XVIII. EVANGELISTA a Momigno, de quo supra ser. 5. nu. 6. Romæ anno 1639. Definitor Generalis renunciatus est.

XIX. BENIGNVS BRVNIVS Florentinus, de quo itidem sup. loc. cit. nu.

u, 7 electus Toleti anno 164?.
X. FRANCISCVS MANCINIVS heologus, & Concionator Generalis, Definitor, ac Minister Prouincialis Tusciæ, in Capitulo Toletano Definitor eneralis renunciatus anno 1657, de-um in Conuentu Omnium Ss. Floren-e die 8. Nouemb. Anno 1670. ætatis æ 54. vel circiter Patribus appositus t,

XXI. FRANCISCVS – MARIA ANCINIVS Florentinus, Francisci æfati frater germanus, ex Minimo inor factus, Theologus eximius, oncionator in tota Italia celeberri-is, talem hominem prædicant Bono-, Florentia, Genua, Mediolanum, eapolis, Padua, Pisæ, Pistorium, ma, Venetiæ, Verona, Viterbium, m alijs Ciuitatibus semel, & iterum, tiò, ac quartò prędicatione illustra-, solus inter tot superstes, Metropolitanæ Florentinæ, ac Fesulanum Diœcesis Examinator Synodalis, S. Officij Consultor, olim Custos ac Minister Prouincialis, demum Definitor Generalis renunciatus Romæ 1676.

XXII. HONORATVS LVCENSIS Prouincię Romanæ alumnus, ac Minister Prouincialis, Lector Iubilatus, & Concioator egregius, Almi Conuentus Aracælitani de Vrbe pluries, & prudens moderator, Generalis Definitor electus Toleti Anno 1645. Tandem Romę circa anno 1680. naturæ debitum soluit.

XXIII. ÆGIDIVS LIBVRNENSIS Prouincię Reformatæ Romanæ alumnus, & Custos, Theologus, & Concionator Generalis, Romę anno 1676. Diffinitor Generalis electus, ibidem Anno 1678. in Conuentu S. Francisci Transtyberim vitæ cursum confecit.

# SERIES VIII.

## RR. MINORITÆ ETRVSCI PROCVRATORES GENERALES TOTIVS ORDINIS IN CVRIA ROMANA ANTE DIVISIONEM.

### *PROLOQVIVM.*

1. PRAEFATIS *Superioribus Generalibus in rebus Ordinis pertractandis, & onere faciliùs ferendo adlaborant & administrant alij commilitones* Procuratoris Generalis Ordinis & Commissarij Curię Romanæ *titulis insigniti.* Procuratoris General's *honorificum munus ab exordio ferè Religionis demandatum* ...s *Ordinis iura, priuilegia, gratias, immunitates apud S. Sedem Apostolicam est tue-* ... *opportuna negotia pertractare, statutis diebus coram Sum. Pontifice, orare, solemni-* ...s *Consistorijs & in Cappella Pontificia interuenire, aliosque actus publicos, qui ad* ...*ocuratoris Officium spectant, exercere.*

§. 2. *Is autem, sicuti Minister Generalis unus erat in toto Ordine, unus, & penes* ...*tres Conuentuales solummodo fuit usque ad An. 1517. quo tempore Leonis X autho-* ...*te in duas Sodalitates diuiso Ordine, & Ministeriatus Generalis dignitate, ac præ-*

*eminentia ad Obseruantes translata, Procuratoris Generalis quoque authoritas & praeminentia simul communicata est; Atque exinde suum vnaquaeque Sodalitas suum deputat Procuratorem Genrralem,*

§. 3. *Patres Obseruantes autem ab Anno* 1445. *vsq; ad praefata tempora Leonis X. per duos Commissarios, iuxtà duplicem familiam Cismontanam & Vltramontanam, sua negotia respectiuè in Curia Romana pertractarunt. Anno in praefato* 1445. *deuoluto ad ipsos praeclarissimo Aracalitano Conuentu de Vrbe. B. Ioan. Capistranus Vicarius Generalis ex praecipuis nationibus Patres aliquot discretos in eodem loco constituit, qui & sua gentis negotia curarent, & aduentantibus satisfacerent conterraneis,*

§. 4. *Duos etiam ex Eugenij IV. Sum. Pont. assensu deputauit* COMMISSARIOS, *qui duarum Familiarum citrà, & vltra Montes existentium res pertractarent in Curia Romana, praescriptis vnicuique rebus & terminis, sua Commissionis. Ab illo ergo tempore prudentissima haec rerum dispositio perdurauit summo vtriusque familiae consensu: Atque hinc origo sumenda est bipartita inter Obseruantes, nimirum, inter Procuratorem Generalem, & Commissarium Curiae authoritatis, quam prius integram exercebat solus Procurator Generalis hoc modo distributa.*

§. 5. *Anno* 1518. *Lugduni capitulariter congregati Patres conscripti ac duobus Officialibus praefatis, qui negotia Ordinis curabant in Curia Romana statuerunt, vt vnus* Procurator Generalis Ordinis *appelletur, locum in Capella Pontificia, &c. isque ille sit, qui eiusdem familia fuerit, ex qua Minister Generalis assumi contigerit, quiq; eiusdem familiae negotia agitet. Alius verò ex altera familia assumptus* Commissarij Curiae Romanae *nomen retineat, cum omnimoda authoritate, quoad negotio familiae suae, quam hactenus habuerat. Itaque sicuti Ministri Generalis, ex ordinatione Leonis X. vicissim eliguntur: ità, & Procuratores, & Commissarij modò ex Cismontana, modò ex Vltramontana instituuntur familia, quos triplici sequenti Serie recensemus; hoc ordine. Primo Procuratores Generalis totius Ordinis, secundo Procuratores Obseruantium & denique Commissarij Curiae. Ex Etruscis Minoritis itaq. fuerunt.*

I. PETRVS PRATENSIS Sacr. Theologiae Magister, cum An. sex apud Ioan. XXII. Ordinis negocia vigili Procuratione tractasset, an. 1327 Minister Prouincialis Prouinciae. S. P. Francisci à Reuerendiss. P. Michaele Caesenate Ministro Generali institutus ad triennium eam gubernauit, indè An. 1330. ad hanc Etruriae euocatus, hanc quoque simul cum S. Inquisitionis munere prudentissimè rexit. *Vvad. tom.* 3. *An.* 1327. *n.* 8. *&* 1331. *n.* 4.

II. PETRVS de Strata Procurator Generalis erat apud Benedictum XII. cui Praefatus Pontifex Anno 1340. literas quasdam Reuerendiss. Patri Geraldo Ordinis Ministro Generali transmittendas commisit. *Vvad. tom. & An. cit. num.* 8.

III. ANGELVS FEDVCCIVS à Bibiena sac. Theologiae Magister. Procurator Generalis ad sexennium apud Vrbanum V. & Gregorium XI. videlicet ab an. 1366. ad 1372. varijs legationibus praeclarè functus. in Tuscia nimirum sub Vrbani ad confederandos Genuenses, Florentinos, Pisanos, & Lucanos Ann. 1370. contra Bernabonem

onem Mediolanensem: anno 1373. b Gregorio ad pacificandos Roma- s inter se se diffidentes, inde in Ger- maniam, & Poloniam ablegatus, ob s benè gestas à Gregorio Episcopa- Pisauriensi cohonestatus, vti aliàs cemus. *Vuad. tom. 4. ann.* 1370. *n.* 372. *num.* 5. 1373. *nu.* 12. 1375. 45. 1376. *num.* 8.

IV. THOMAS de Phocecchio sac. Theologiæ Magister, Angelo præfato n Procuratoris Generalis munere suc- cessit anno 1372. quem Gregor. XI. Nuncium ad Pisanos destinauit. Vuad. tom. 4. an. 1372. nu 5.

V. LVCAS SENENSIS insignis sac. Theologiæ Professor Generalis Procuratoris munus sustinebat anno 1424. apud Martinum V. atque anno 1937. & 38. Concilio Ferrariensi sub Eugenio IV. intererat. Vnde cùm præf. Pontifex distributis grauioribus controuersijs, quæ erant in Concilio agitandæ, Patribus nostris duas disputandas materias commendasset, *de Primatu Ecclesiæ Romanæ*, & de *Attributis diuinis*, quæ manuducebant ad præcipuam cum Græcis controuersiam circà processionem *Spiritus Sancti a Filio*. Vt exactius hæc discuterentur, instituti sunt peculiares inter Ordinis Magistros congressus, ter in hebdomada habendi, in quibus *Lucas* noster vnus ex duobus Assistentibus delectus est. *Vuad. tom. V. an.* 1424. *num.* 9. 1737. *nu.* 3. 1437. *nu.* 2.

LVCAS CAPPELLVS Senensis, vir doctus, & in agendis prudens, ab anno 1500. ad 1506. Procuratoris Generalis pondere honorificè protracto, Minister Prouincialis Tusciæ, institutus an. præfato 1506. mox Nuncius Apostolicus, & Commissarius amandatus est à Iulio II. sum. Pontifice in Lusitaniam, inde regressus obijt Senis ætatis anno septuagesimo octauo. *Vuad. tom. 8. an.* 1506. *num.* 85.

# SERIES IX.

## A RR. PP. OBSERVANTES ETRVSCI PROCVRATORES GENERALES.

I. HILARION SACCHETTVS Florentinus, de quo suprà ser. 5. nu. 1. in Capitulo Generali apud Carpuum celebrato anno 1521. Procurator Generalis Ordinis electus fuit, atque post biennium Commissarius Generalis renunciatus. vti loc. citato diximus.

II. IOANNES DE STHYA, vir doctus, & celebris Concionator, quater in Tuscia Definitor, anno 1531. cum P. Thomas de Cotignola Procuratoris Generalis munus acceptare noluisset, Vice-Procuratoris Generalis titulo substitutus, per annum munus exercuit, ac tandem in senectute bona in sacro Aluerniæ Monte anno 1560. mortalitatem deposuit.

III. HONORIVS CAIANVS Florentinus, Concionator egregius, & insignis Theologus, semel & iterum Diffinitor Prouincialis, Clementis VII. sum.

sum. Pontif. toto tempore Pontificatus Confessarius, & Visitator Apostolicus in Prouincia Bononiensi, Procurator Generalis renunciatus Messanç in Cõgregatione Generali anno 1532. Ioanni præfato successit. Multa bona hominis istius interuentu accesserunt huic Prouinciæ, prçsertim Cœnobio S. Michaelis Ducciæ propè Fesulas, Clementis præfati, & Serenissimorum Principum Etruriæ pietate. Tandem spretis honoribus & Prælaturis optimo fine in Conuentu S. Mariæ propè Mõtopolim, vulgò *S. Romani*, ex hac vitâ migrauit, circà an. 1546.. *Vuad. tom.* 8. *an.* 1532. *nu.* 11. *&* 1534. *nu.* 4. *Pulinar. par.* 1. *pag.* 67.

IV. INNOCENTIVS à Cruce, haud procul à sacro Aluernæ Monte, Custos Strictionis Obseruantiæ in Tuscia electus anno 1636. ad triennium æquissime præfuit, atque anno 1645. pro Reformatis Procurator Generalis in Curia Romana deputatus, inde an. 1649. in Tusciam reuocatus Minister electus est.

# SERIES X.

## ADM. RR. PP. OBSERVANTES ETRVSCI CVRIÆ ROMANÆ COMMISSARII.

I. ANDREAS DE ALAMANNIS Florentinus in Curia Commissarius residebat anno 1482. ad cuius preces Sixtus IV. Põt. Opt. Max. ex Minoritis assumptus, eodem anno indulsit, vt quicumque Catholicus Episcopus posset conferre Ordines Minores & Sacros Fratribus Minoribus in eorundem Ecclesijs, temporibus à iure statutis. Posse à fratribus benedici omnia sacra paramenta, & quæcumque habentur in Ministerium Altaris, præter Calices & Corporalia. Vetuit quenquàm sepeliri in habitu cuiuscumque ex tribus Ordinibus à Sancto Frãcisco institutis, nisi in eorundem Ordinum Ecclesiis. Concessit vt dici posset in festiuitate S. P. Francisci Præfatio propria (*Qui venerandum Confessorem, &c.* a B. Ioanne Aluernicola composita. *Vuad. tom.* 7. *an.* 1482. *n.* 101.

II. ANDREAS ALAMANNIVS Florentinus Patrui nomen innouauit, vt in Commissariatu Curiæ Romanæ successit anno 1523. & post triennium muneris, anno v. 1526. Definitor Generalis (vti suprà ser. 7. n. 5. diximus) institutus est, atque iterum anno 1535. *Vuad. tom.* 8. *an.* 1523. *nu.* 1. 1526. *num.* 10. 1535. *num.* 31.

III. CELSVS MARIA BILLO patritius Senensis, Concionator Generalis, Lector Iubilatus, actualis huius Prouinciæ Tusciæ Minister, vir pius, prudens iustus, canus sensibus non ętate, magnæ expectationis & rerum agendarum peritiæ, hoc anno 1679 in Congregatione Generali Romæ habita communi applausu Commissarius Curiæ deputatus est.

TIT-

# TITVLVS TERTIVS.

## MVNIA PROVINCIALIA IN ETRVRIA.

### P R O L O Q V I V M

AD GENEALOGIAM Huius ALMAE & PRIMOGENITAE PROVINCIAE TVSCIAE, ex qua pramemorati Superiores Generales, & Heroes par. 2. & 3. ...entibus memorandi prodierunt, iam descendamus, & SVPERIORES PROVIN... ...LES, qui eam à sui exordio, hoc est, ab anno 1211. vsque ad nostra hac tempora, v. ... 1680. gubernarunt, iuxta temporum rationem, partitis Seriebus pro singulis so... ...ätibus in ea existentibus producamus, congruum erit. Sed pro Prima Serie. Qua ...istros Prouinciales ab initio Ordinis vsque ad diuisionem eiusdem factam sub Leone ...um. Pont. anno 1517. continebit, notandum est.

... 2. Primò quod TITVLO PROVINCIAE TVSCIAE decorata fuit ab ipso Sanctis... Institutore FRANCISCO in prima distributione Prouinciarum, quam idem Sera... ...us Patriarcha fecit anno 1216. atque sub eodem Titulo Prouinciæ Tusciæ totam ...uriam, & Vmbriam complexus est, subiecitque Patri Elia de Coppis à Cortona Mi... ...ro Prouinciali primitus à se instituto omnia loca, ex quibus posteà tres Prouincia, ...pè, S. Francisci, Romana, & Tusciæ coaluerunt: quæ quidem sub vno illo titu... ...rouincia Tuscia, sub vno item Ministro Prouinciali militarunt (nisi fallor) saltem ...e ad annum 1239. quo Gregorius IX. sum. Pontif. Roma coacto Capitulo Generali ...agiaque ipso Pont. regulante, Minister Generalis renunciatus est B. Haymo Anglus ...o Capitulo ipse Pontifex ex consilio & assensu Generalis, & Prouincialium Ordi... ...iterum Prouincias disterminauit vti habet. Firmam 3. Ord. par. 1. pag. 28. Vlysip. ... lib. 1. cap. 10. Vuad, tom, 1 an, 1239. n. 9. Chronolog. Ord. pag. 24. nisi fortè ...nam perseuerauerit Prouinciam vsque ad annum 1260. quo sanctus Bonauentura ...ralis Minister in capitulo Generali Narbona eo anno celebrato egit de numero, or... & terminis Prouinciarum, taxatis iam antea per Gregorium IX. certos limites præ... ...fit, nouas ex multiplicatis domicilis Custodias eisdem adiunxit, vt ait Vuad. tom, ... 1260. n. 14. vbi numerum habet & Ordinem Prouinciarum tunc existentium; ...e Prouinciam S. Francisci primo loco memorat Roma 3. Tuscia 7.

... 3. Secundò, quod non constat, quantum temporis Pr. Elias Cortonensis primus Mi... ...r Tuscia Prouinciam sibi creditam gubernauerit; qua in re mihi opinari licet, ad ...um vsque 1230. eam per se aut per Custodem, aut per delegatum alium rexisse ti... Ministri Prouincialis licet Vicarius primo, inde Generalis Minister extiterit. Id ...persuadet Elia auida dominandi cupiditas summa apud suos authoritas, magna... Pontificum & Principum hominis existimatio. Persuadet quoque ratio St. n. (vt ...uad. tom. 1. an. 1236. n. 2. licebat tum temporis Ministro Generali quascunque ...ferioribus seu Prouincialibus Ministris sua absoluta authoritate ab officio dimoue... & alium quemcunque subrogare: credibile est vsque ad annum illum 1230. quo

Elias

*Elias Generalatum tenuit, Ministeriatus Prouincialis officium non resignasse, sicuti non nisi coactus Generalatum deposuit, quis enim eo priuare poterat, aut ausus fuisset? Item ea potissimũ de causa an. 1236. à suis sequacibus, vel tumultuarie ad Generalatum reassumptus quia eundem in supremum Rectorem constituerat S.P.D. Franciscus vnde immerito depositum dictitabant; quomodo permisissent, aut coegissent deponere Ministeriatum Prouinciæ Tusciæ ab eodem S.P. sibi collatum? neque à sum. Pontifice depositum legitur à Ministeriatu Prouinciali, sed à Generali, probabile est igitur in officio Ministeriatus Tusciæ perdurasse ad libitum suum ambitionum. Eo tamen anno 1230 saltem sponte cessisse crediderim: nam videns se Generalatu priuari, ex ficta profunda humilitate nihil sibi amplius fore dixit cum Prælaturis nec Ordinis regimine: & fortè vnà cum cura ædificandæ Basilicæ S. Francisci, & Ministeriatus Prouincialis officium resignauit.*

§. 4. *Tertiò. Defectum monumentorum & actuum Capitularium, quæ vel perierunt vel penes Patres Conuentuales sunt, nec perscrutari mihi licuit, non apponet quis Eliæ successerit; quinimo nec electorum institutio nec omnium nomina, nec tempora quibus præfuerunt. Vnde illos tantum recensere cogimur quos sparsim* P. Lucas Vuad. *in suis Annalibus Ministros extitisse refert. Omnes igitur quos prima sequenti Serie complectimur, Ministri Prouinciales in hac Tusciæ Prouincia fuerunt, & eo ordine quo numeramus, sed an. præfixus non est electionis, sed Ministerij: idest illo anno Prouinciam regebant. Non n. clarius aut accuratius recensere possumus. Sit itaque.*

✠



SERIES

# SERIES I.

## [M]INISTRI PROVINCIALES IN TVSCIA AB EXORDIO RELIGIONIS VSQVE AD DIVISIONEM EIVSDEM FACTAM SVB LEONE X. PONT. OPT. MAX. A. D. M.DXVII.

[P]RIMVS HIERARCHA RE[C]TOR, & PRIMICERIVS [...]s inclytæ, & Primogenitę PRO[VIN]CIÆ TVSCIÆ fuit Christi Si[gni]fer S. P. & Patriarchæ D. FRAN[CIS]CVS MORICONVS Assisias Mi[noru]m Institutor, sanctificator & re[ctor], qui eam ineunte anno 1211. fun[dare] cępit & regere; eo .n. anno Cor[ton]æ in loco Cellarum primum posuit [dom]icilium, indè Aretij, Gangherreti, [...]ntiæ, Pisciæ, Pisarum, Vici-Pi[sani], S. Miniatis ad Tedescum, S. Ge[mini]ani, Senarum, Sarteani, Cetonæ, [...]j ac Columbarij.

[...]s in Tuscia acquisitis & stabilitis [...] domicilijs in prima excursione, [...] sequenti 1212. Assisium redijt [...]de Portiunculæ omnium caput & [...]iceria, quàm solam in Vmbria habebat; indè in dilatando insti[tuto] totus intentus plurima loca in Tu[scia] & alijs Italiæ regionibus accepit, [n]on in Vltramarinis partibus disse[min]auit; quibus omnibus solùs ipse [f]uit vsque ad annum 1216. quo [...]d uisit terram in funiculo distribu[ti]is, ad diuersas nationes misit, Mi[nist]ros Prouinciales instituit.

[P]. ELIAS CORTONENSIS ab [...] S. Institutore Francisco creatus a. [121]6. vti diximus, qui rexisse credi[tur] vsque ad 1230.

B. ALBERTVS PISANVS posteà Minister Generalis, si tamen (vti refert Tossinian.) Minister Prouincialis extitit, electus fuit anno 1227.

P. SIMON ex COLLAZZONO, qui S. P. Francisco adhæsit ann. 1210. de anno 1221. vnà cum B. Cæsario Spirensi in partes Theutoniæ perrexit, vbi aliquandiù mansit, Institutum propagauit, indè Marchię Prouinciam rexit, ac posteà hanc Etruriæ; & demum miraculis clarus ann. 1240. migrauit ad Dominum. *Vuad. tom.* 1. *an.* 1210. *n.* 44. *&* 1240. *n.* 6.

P. THOMAS PAPIENSIS hanc Prouinciam regebat circà an. 1260.

P. PHILIPPVS PERVSINVS Minister erat anno 1279.

P. ARLOTHVS Pratensis sacræ Theologiæ Magister Parisiensis, ex Ministro Prouinciali Tusciæ Minister Generalis electus est anno 1285. sub cuius regimine, non mediocre sperabatur Ordinis incrementum, sed vndecim tantùm mensibus superuixit, vti supra tit. 2. ser. 1. n. 5. diximus.

P. SALOMÆVS de LVCA vir pius, & doctus, cùm ad triennium Sicæni Prouinciam rexisset, an. 1292. ad hanc regendam assumptus est,

P. ANTONIVS de LVCA insignis Prædicator, & Scriptor vti infrà par. 3. ser. 4. dicemus, qui floruit anno

anno 1299. priùs Marchię deindè hãc Etrurię Prouinciam administrauit; sed quo tempore, me latet.

P. THOMAS de S. Omero vir grauis & doctus in Tuscia diem clausit extremum an. 1299. dùm huius Prouinciæ Ministrum ageret.

P. BARTHOLOMÆVS quidam, Thomæ præfato in Ministeriatu Tusciæ successit, qui ann. 1301. 12. Calend. Aprilis à Bonifacio VIII. Fesulanus Episcopus designatus fuit, sed electioni de se factæ renunciauit. His tribus præcessit, vel successit in Ministeriatu,

P. RAYNERIVS SENENSIS, fuerunt enim (*testè Vuad. tom. 2. ad an. 1297. n. 28.*) successiui Prouinciales, approbaruntque legendam Vitæ B. Margaritæ de Cortona Tertij Ordinis à P. Iunta Beuegnate eiusdem Confessario scriptam; quæ quidem obijt die 22 Februarij an. 1297.

P. PHILIPPVS de CARFAGNANA Sac. Theologię Doctor, longo tempore hęreticę prauitatis Inquisitor, sępius ad præfecturas & officia in hac Prouincia vocatus fuit inquit, *Vuad. to. 3. an. 1316. nu. 8.* quo tempore florebat, sed quo Prouinciam rexerit, incorpertum est.

P. IACOBVS de TVNDO Senensis sacrę Theologiæ Magister *Parisiensis*, vir magnæ deuot onis ac spiritus, qui anno 1285. Minoribus nomen dedit, S. Francisci primùm postea hanc natiuam Etruriæ Prouinciam rexit.

P. BERNARDVS de ARETIO Mag. Sac. Theologiæ Marchiæ Prouincia benè administrata Tusciæ gubernandam suscepit, vt arbitror anno 1307. Eius enim in Ecclesia Conuentus S. Ioanni Bapt. in Terra s. Geminiani vbi viuendi finem fecit, in lapide sepulchrali adhuc legitur. *Hic iacet Religiosus P. Fr. Bernardus de Aretio Sacr. Theolog. Mag. & Doctor eximius .... ac olim in Prouincia Marchiæ Minister Prouincialis .... felix anima .... migrauit ad Christum .... die 5. Mens. Octob. an. D. 1313. anno scilicet 6. Ministerij Prouincialis Tusciæ. Si igitur an. 1313. & 6. Ministeriatus obijt, electus an. 1307.*

B. P. MINIVS Altimanni senensis Bernardo Aretino successit ann. 1313.

*P.* Pax, aliàs *P*acificus Senensis Minio successit an. 1316.

*P.* PETRVS cuius patria, & cognomen desideratur; *P*rouinciam Tusciæ regebat anno 1321.

*P.* PETRVS PRATENSIS sacræ Theologiæ *M*agister, de quo titulo præced. scr. 8. num. 1. ad sexennium Procurator Generalis in Curia Romana, apud Ioan. XXII. anno 1327. Prouinciæ S. Francisci Minister delectus, post triennium anno 1330; ad istam Etrurię gubernandam euocatus est.

P. PETRVS DE AQVILA PRATENSI in Ministeriatu Prouinciæ, ac in inquisitoris munere subrogatus est anno 1334.

*P.* GVERRINVS CAPPELLETTVS Plumbino eminentissimus sac. Theologiæ Magister, insignis Ecclesiastes, ac Tusciæ Minister florebat circa annum 1340.

*P.* FRANCISCVS LVCIANVS Plumbinensis optimorum sui Instituti in Italia studiorum Regens, ac Tusciæ Prouinciæ Minister florebat circa annum 1350.

P. FRANCISCVS EMPORIENSIS Sacr. Theolog. Doctor famosus,

dus Concionator, & in Iure Ca-
o versatissimus, olim in Tuscia
ter Florentiæ florebat an. 1358.
; anno Ac ei Minoriticæ Dux fa-
publicis Concionibus, Disputa-
bus, ac etiam scriptis sustinuit
is Pietatis erectionem licitam esse
e vlla odiosæ & iniustæ vsuræ la-
cuniam istiusmodi Montium mu-
dari posse accepto pignore, vel
denariolo, obolo, sextante,
agatino per singulas l bras deten-
cuniæ in mercedem officialium.
pendium gubernatorum, qui pio
operi inseruiunt, aliarumque ex-
arum leuamen; quod alij è contrà
bant. &c.

PAVLVS LOMBARDIVS de
terio, vir doctus, & prudens Tu-
Rector florebat circa an. 1360.

BERNARDVS GVASCONIVS
entinus an Lucensis? ignoro. Sac.
logiæ Magister Tusciæ Prouin-
regebat anno 1368. in quo ex-
cepto Vrbani V. Sum. Pontificis
ream Magistralem contulit Fr. Io-
Vallensi Anglo, atque nondum
leto Ministeriatu a præfato Vrbano
nno 1370. 10: Kalend. Februarij
cordiensis, inde 4. Kalendas Apri-
nni præfati 1370. Ceruiensis Epi-
pus creatus fuit, vti infrà par. 2. tit.
er. 3. dicemus.

IACOBVS LEONIS à PLVM-
NO, qui doctrina & prædicatione
ebat anno 1370. hanc Prouinciam
it, sed quo anno &c.

Anno 1375. Vicarius huius Prouin-
Tusciç erat P. BARTHOLOMÆ-
ALVERNICOLA, qui a Capitu-
Generali Aquilæ hoc anno celebra-
Commissarius missus est Ierosolymis
commissa ei prouincia, loca Sancta in
uisendi, & dissoluta reformandi, quam
ille, vt erat vir optimus, mitis, & pla-
cidus, feruidus tamen zelator honoris
diuini & Franciscani, prudenter ab-
soluit anno sequenti 1377. vti videre
est apud Vvad. tom. 4. an. 1376. num.
13. & 14.

P. MICHAEL ZAPPVS Prouin-
ciam hanc regebat an. 1379.

P. ANTONIVS PETTONVS à
Monte Varchio in Theologicis erudi-
tus; & in rebus agendis prudens, cir-
ca eadem tempora Minister fuit in Tu-
scia.

P. GARGANVS SENENSIS à
Massa Marittima, item circa eadem
tempora Prouinciam administrauit.

P. GABRIEL VOLATERRANVS
insignis Concionator, Sac. Theologię
Magister, & Hæreticę prauitatis in Vr-
be Senarum Inquisitor, cum annis no-
uem (continuatis aut interpollatis non
constat) hanc Prouinciam rexisset, an-
no 1382. die 3. Iunij in Conuentu Lu-
cæ decessit, cui consodales Sepulcro
marmoreo insculpta eius imagine antè
& propè Altare templi præcipuum tu-
mularunt, in quo hanc posuerunt In-
scriptionem.

*HIC IACET VENERAB. FR. DOC-
TOR, ET MAGISTER GABRIEL,
QVI FVIT MINISTER PROVIN-
CIALIS TVSCIAE AN. VIIII. OBIIT
A. D. MCCCLXXXII. DIE 3. IVNII.*

Anno 1392. Prouinciam hanc rege-
bat A. R. P. AMERIGVS MARTINI
de MASSA Sac. Theologiæ Magister.
Hic die 25. Nouembr. anni præfati in
generali Consilio Communis, & Po-
puli Cortonæ nomine Ordinis pro Fra-
tribus Obseruantibus acceptauit Con-

uentum conſtruendum iuxta Oratoriũ, ſeù Eccleſiam S. Baſilij & S. Margaritæ, vti, ex publico documento, Theatro Chronologico, in recenſu præfati Conuentus Sanctæ Margaritæ narrabimus.

§. 2. *B. BARTHOLOMAEVS PISANVS, qui ſcribebat anno* 1380. *&* 1399 *Opus conformitatum abſoluerat, obijtque circà an.* 1401. *Lib.* 1. *Confor.* 11: *pro* 2. *par. de Conuentu Pratenſi loquens, præter Patrem Arlottum Miniſtrum præmemoratum Prouincialem & Generalem ait,* habuit & alios Fratres in Miniſteriatus officijs in prouincijs Ordinis exemplo & regimine venuſtatos: *quorum nomina nos latent, præter Petri Pratenſis, quem an.* 1330. *Miniſtrum inſtitutum eſſe diximus. Plures itaque præter Pratenſes, Miniſtri fuerunt antè annum* 1400. *quàm nos huc vſque retulimus, quorum notitia perijt; vel ad nos non peruenit; vnde incompletam, ſicuti & in ſequentibus dare cogimur:*

§. 3. *Sub ijſdem temporibus, nempè ab ann,* 1368. *pullulare cœpit REGVLARIS OBSERVANTIAE SOBOLES agmine ducente B. PAVLVTIO TRINCIO FVLGINATE, atque in dies augumentum ſuſcipere; Cuius ipſe B. Paulutius Commiſſarius & Rector prius à Miniſtro Prouinciæ S. Franciſci, indè à Miniſtro Generali conſtitutus, ampliùs excreuit. B. autem Paulutius anno* 1390. *ſuum Commiſſarium & coadiutorem in Vmbriam conſtituit, & in Tuſciam amandauit B. Ioannem de Stronconio. qui eodem anno Feſulis primum Obſeruantibus in Tuſcia poſuit domicilium & celebre ſanctitatis ſeminarium, inde Cortonæ S. Margaritæ locum obtinuit, poſteà Columbarij, & S. Proceſſi, alias Montis Compatrum; defuncto que Primicerio B. Paulutio an.* 1390. *vel ſequenti. idem B. Ioan. Stronconius in Commiſſarium & Directorem puſilli gregis Regularis Obſeruantiæ à Miniſtris Generalibus ſucceſſiue confirmatus ampliùs Obſeruantum ſtatum conſtabiliuit: Et vt Reformatio Regularis Obſeruantiæ inſtitutioni Ordinis correſpondere t, loca Vmbriæ, & Tuſciæ ſub* titulo Prouinciæ Tuciç, *aggregare voluit & regere, ſub quo, & vnico Prælato militarunt vſq; ad annum* 1441. *quo D. BERNARDINVS SENENSIS VICARIVS & COMMISSARIVS Generalis in Capitulo Cortonæ cèlebrato in duas diuiſit Prouincias nimirum* S. Franciſci, *&* Tuſciæ: *vndè non immeritò & ratione Originis, & etiam Reformationis Tuſciæ Prouincia PRIMOGENITA appellari poteſt. In ſequenti ergò centuria Seriei Miniſtrorum Prouincialium incompleta, Lateralem certam & integram Superiorum Regularis Obſeruantiæ in hac Prouincia Tuſciæ addere decreuimus iuxtà temporum rationem, Vndè*

*SERIES Prima continuatur.*

Anno 1402. quo D. Bernardinus Senensis Senis initiatus est, Minister Prouincialis in Tuscia erat Pater MARCOVALDVS a S. Miniate ad Tedescum, vir doctissimus, & deuotissimus, qui annis xv. [continuatè an interpollatè me latet) Prouinciam hāc gubernauit, & sanctissimè admiuistrauit.

Anno 1404. eandem regebat pater ANTONIVS, cuius patria & cognomentum desideratur.

Anno 1407. Minister electus fuit P. MICHAEL Ioannis Salui de Saluiatis Senensis, qui doctrina, prudentia, & bonitate ad triennium Prouinciam gubernauit, atque anno 1422. Inquisitor Generalis Senarum institutus fuit.

Anno 1411. P. IOANNES Ioannis Florentinus ad Clauum Prouinciæ assumptus est; sed quibusdam subortis discordijs anno sequenti, Ministeriatui in manibus Commissariorum renūciauit. Vndè Ioan. XXIII. sum. Pontif. vt præfatis discordijs, & scandalis imminentibus obuiaret,

Anno 1412. P. ANTONIVM Massanum, posteà Generalem de quo suprà tit. 2. ser. 1. n. 7. Commissarium Visitatorem, Correctorem destinauit & Capitulum suspendit, & motu proprio anno 1414. 6. Calen. Octob. in ua *Admonet nos, &c. apud Vuad. in Reg. om. 5. pag.* 52. *nu.* 37. eundem ANTONIVM MINISTRVM declarauit,

Anno 1417. Antonio suuenit Pater NICOLAVS BERTELLVS.

Anno 1418. defuncto Nicolao prætto, iterum P. ANTONIVS MASSANVS in Ministrum creatur, qui anno

# SERIES II.

## SVPERIORES REGVLARI OBSERVANT. IN TVSCIA ab exordio vsque ad ann. MDXVII.

B. IOANNES STRONCONIVS huius Prouinciæ Tusciæ fundator in officio Vicariatus, Commissariatus Obseruantum Italiæ post obitum B. Paulutij confirmatus à Reuerendiss. P. Henrico Alfero Ministro Generali valde auxit familiam, & loca Prouinciç S. Francisci & Tusciæ sanctissimè rexit vsque ad annum 1414. Eo vero anno in Calabriam dilatandi institutum ergò proficiscens, super loca Etruriæ, & Vmbriæ Commissarium instituit.

Anno 1414. B. NICOLAVM VZANIVM patritium Florentinum, qui eadem authoritate ea rexit vsque ad a. 1418. quo Lucesiç Saracenorum Strōconius virentibus, miraculis, & spiritu Prophetiæ clarus è viuis sublatus, confirmationem obtinuit à Reuerēdiss. P. Antonio de Pyreto Generali Ministro, atque ità vsque ad annum 1422. prçfuit.

Anno 1422. S. BERNARDINVS Senensis Martino v. Pont. annuente à Reuerendiss. Patre Angelo Saluetto conciue Ministro Generali Obseruantum Tusciç & Vmbriç Vicarius institutus fuit; quo tempore à Martino v. obtinuit, vt Obseruantes Capitula celebrare possent, & Superiores Prouinciales sibi eligere à Ministris Prouincialibus confirmandos. Itaque

Anno 1424. virtute huius indulti Obseruantes Tusciæ & Vmbriæ capitulariter

SERIES *Prima continuatur.*

no sequenti à Martino V. Pontifice ad Constantinopolitanum Imperatorem Nuncius missus Ministeriatus officium resignauit.

Anno 1419. Antonio in Ministeriatu subrogatus fuit P. ANGELVS SALVETTVS SENENSIS, qui post biennium minister Generalis vti suprà tit. 2. ser. 1. n. 6. præfati sumus, renunciatus, Ministeriatui Tusciæ ipse renunciauit.

Anno 1421. Angelo ad Generalatum assumpto Prouinciam Vicario commisit, &

Anno 1423. in Comitijs Prouincialibus præficiendum curauit P. FRANCISCVM CVRTII de Monte Alcino Tusciæ Inquisitorem qui posteà Senis diem clausit extremum, ad Sepulchrum hoc cœnotaphio apposito innotescit. *Fatri Francisco Curtij an. D. 1411. Tuscia Inquisitori Generali designatus: S. Crucis Florentia plurtes Guardiano instituto; & anno* 1423. *Tuscia Ministro Prouintiali*, quantum verò tempor.s fuerit, me latet.

P. PETRVS PRATENSIS, vir venerabilis, sacræ Theologiæ Magister, hereticæ prauitatis Inquisitor, & huius Prouinciæ ex Minister obijt in Patria, anno 1430. sepultus apud PP. Conuentuales ante gradus Altaris maioris sub lapide Marmoreo, istud habet Epitaphium. *Hic iacet Reu. P. Fr. Petrus de Cacciafuochis de Prato, qui fuit Minister Fratrum Minorum, & Inquisitor hæreticæ prauitatis, & plura officia habuit. Obijt anno* 1430.

P. PHILIPPVS LVCENSIS sacræ Theologiæ Magister, erga Obseruantes beneuolus, Tusciæ Prouinciam regebat, anno 1434 sed quo anno

SERIES *Secunda continuatur.*

tulariter congregati in primum Vicarium Prouincialem elegerunt B. Nicolaum Vzanium Florentinum præfatum, qui per triennium adhuc sanctissimè præfuit, paulòque post in Conuentu S. Saluatoris extrà Florentiam sanctè obdormiuit in Domino.

Defuncto, vti diximus, B. Ioanne Stronconio anno 1418. successit in regimine per Prouincias P. Angeli & Calabriæ B. *Thomas* Florentinus, Laicus vir pius, & prudens cuius opera & sollicitudine, multa constructa sunt in illis partibus Cœnobiola. In Tusciam *Thomas* reuersus circà an. 1422. Martini V. authoritate fretus alia Cœnobia addiecit, nempè *Scarlini, Nauis, Scansani*, Radicondoli, & S. Cerbonis in Insula Elbæ, quæ veluti Commissarius Apostolicus independenter rexit vsq; ad annum 1430. circiter, & posteà Prouinciæ incorporauit, & in Insula Corsicæ ad noua acquirenda transiuit. in qua Obseruantiæ Regularis semina iecit, & primus VICARIVS Prouincialis extitit.

Anno 1427. expleto triennio P. Nicolai Vzanij Secundum Capitulum celebrarunt Obseruantes, & secundum VICARIVM Prouincialem sibi crearunt B. ANGELVM à Ciuitella Comitatus Aretij, qui ad triennium præfata loca Tusciæ, & Vmbriæ in omni sanctitate gubernauit, licet Laicus esset professione.

Anno 1430. Angelo à Ciuitella subrogauit Beatum IOANNEM RICCIVM nob. Florentinum, Laicum diuinæ sapientiæ plenum, ac prudentia, & in agendis dexteritate præditum; qui item ad trienniu Regularis Obseruantiæ

*SERIES Prima continuatur*

no electus fuerit, non constat; gubernauit autem vsque ad annũ 1439. successorémque habuit sequentem.

P. SCOLARIVS de MONTE ILCINO, vir doctissimus & sapientissimus semel & iterum Guardianus Aræcælitanus in Vrbe, Venetiarum & totius Marchiæ Taruisanæ Generalis Inquisitor; an. 1439. Philippus Lucensis successit in Ministeriatu; qui cùm ad triennium & vltrà Prouinciam rexisset, senis decessit, apud suos sepultus, hoc indicante cœnotaphio in marmore incisio. *Fr. SCHOLARIO Ser Ludouici, an. D. 1433. Venetiarum, & totius Marchiæ Taruisanæ Generali Inquisitori destinato; & an. D. 1439. Tusciæ Ministro Prouinciali.*

Anno 1442. Scholario successit, P. IOANNES PETRVS de Monte Ilcino, qui posteà Tusciæ Inquisitor fuit, & demum in patrio Conuentu sepultus hoc Epitaphio ad tumulum posito. *Fr. Ioanni Petro an. D. 1442. Tusciæ Ministro Prouinciali, & an. D. 1468. eiusdem Prouinciæ Generali Inquisitori instituto, & pluries confirmato,* viuebat anno 1417.

Anno 1445. Minister erat P. IACOBVS BLADIVS Florentinus; qui assensum præstitit pro recipendo ab Obseruantibus Conuentu S. Hyeronimi extra Volaterras.

Anno 1448, Minister erat Pater NICOLAVS de SPINELLIS Nob. Florentinus, quo anno confirmauit abbatissam in Monasterio B. Ioan. Pistorij vir fuit in Philosophia ac Theologia Doctor eximius, in prædicatione tuba resonans celebris suo tempore per totam Italiam habitus, scripsitque in Philosophia, ac Theologia. NI-

*SERIES Secunda continuatur*

uantiæ incremento præfuit.

Sub Vicariatu præfati B. Ioannis Lucæ prædicaturus venit anno 1430. B. Herculanus de Piagale comitatus Perusini, tertio circiter a Castro Plebis milliario, feruentissimus Euangelij Præco, qui prædicatione, vitæ sanctimonia spiritu prophetiæ, ac sanctis operibus Lucensium animos ita sibi conciliauit, vt eodem anno Locum pro Obseruantibus sibi concesserint, loco dicto *Pozzuolo*, inde apud Bargam anno 1434. & sequenti 1435. extra Castrum nouum in tractu Capharoniæ atque circa an. 1440. locum S. Cerbonis de licentia tamen P. Philippi Lucensis Ministri præfati. Quæ loca B. ipse Herculanus tanquam Commissarius Apostolicus rexit vsque ad annum 1441. & tunc Prouinciæ incorporauit.

*Anno 1530. propter vnionem factam in Generali Capitulo exauthorati sunt omnes Vicarij Prouinciales Obseruantium & Generali Ministro sub directione tamen B. Ioannis Capistranensis subiecti Obseruantes, & dissoluta vnione anno sequenti sub Eugenio IV. in pristinum restituti, iterum B. Ioan. Riccius Vicariatus officium reassumpsit.*

Anno 1434. expleto triennio præfati Ioan. Riccij, iterum Vicarium Prouincialem prefecerunt præfatum B. Angelum à Ciuitella, cui expleto triennio.

Anno 1437. subrogatus est pro secunda vice B. IOANNES RICCIVS prememoratus.

*Hi duo viri misericordia professione similes, similes & vita sanctitate, quomodo in vita sua dilexerunt se, in officio successerunt, in morte quoque non sunt separati.*

*eodem*

*SERIES Prima continuatur.*

NICOLAO (ni fallor) succeſſit P. BARTHOLOMÆVS SENENSIS sac, Theologiæ Magiſter, olimque Terrę sanctæ Miniſter, qui ſenio confectus anno 1455. Senis in patria deceſſit, ſepultus in Eccleſia s. Franciſci ſub ingenti marmore inciſa eius effigie.

Anno 1455. Miniſter erat in Tuſcia, P. SIMONETTVS de MARCHIA, qui inter fuit Capitulo Generali eo anno apud Aſſiſium celebrato.

Anno 1456. Miniſter electus fuit loco Simonetti præfati P. MATTHÆVS de Figlino, aut de Fucecchio, qui confirmauit Abbatiſſam Monaſterij s. Ioan. Piſtorij,

Anno 1459. in Miniſtrum Prouincialem ſubrogatus eſt P. IOANNES ANTONIVS Cremonenſis, qui infrà biennium diem clauſit extremum,

Anno 1461. in locũ demortui Ioan. à Cremona delectus eſt Ven. P. LAVRENTIVS IVSTI de Senis, qui ann. 1437. in Tuſcia, & anno 1441. in Prouincia s. Antonij, Venetijs, & in diſtrictu Marchiæ Taruiſinę Generalis Inquiſitor delectus fuerat, ſenio confectus anno, Senis diem ſuum obijt; quẽ ſubſtituerint haud inuenire potui.

Anno 1468. Miniſter erat P. ANTONIVS de MEDICIS Nobilis Florentinus, poſteà Epiſcopus Marſicanus creatus an. 1484,

Anno 1470. Prouinciæ regimen aſſumpſit doctiſſimus ac ſolertiſſimus P. FRANCISCVS Nanius cognomento *Sampſon*, Senenſis, (quem Brixianum eo quòd Patre Brixiano Senis natus ſit, nonnulli faciunt] poſteà Generalis Miniſter electus anno 1475,

Anno 1473. ſeù veriùs 1475. P. Fran-

*SERIES Secunda continuatur eodem namque loco & tempore agrotare caperunt, eadem hora migrarunt ad Chriſtum, & eodem tumulo conditi ſunt, in Conuentu Sergiani extrà Aretium;*

Anno 1440. P. IOANNES de Peruſio, Diſcalceatus dictus, eò quòd nudis pedibus ſemper incedebat, vir vitę auſteræ ſectator, paupertatis extremæ zelator, alijſque virtutibus clarus Vicarius Prouincialis renunciatus eſt.

*Hic anno vno Canobia cuncta Tuſcia, & Vmbria, ſicut & pradeceſſores rexit, & gubernauit in vnam Tuſcia Prouinciam vnita ſicuti in principio huius ſeriei diximus. Cum autem interim pietate eorum qui praerant, pracipuè verò S. Bernardini Senenſis, Beatorum Ioannis ae Capiſtrano, Iacobi Piceni, & Alberti Sarteanenſis, omnes Tuſcia Prouincia alumni, domicilia, & habitatores in Tuſcia, & Vmbria multi dicati eſſent, nec, ob diſtantiam, locorum, vnus poſſet aquè bene ea omnia regere & gubernare, Sanctus BERNARDINVS Senenſis Vicarius & Commiſſarius Generalis Obſeruantum Italia in duas Prouincias diuidere ſtatuit, duoſque Vicarios Prouinciales cõſtituere. Conuocatis itaque Tuſcia & Vmbria Patribus Cortona anno* 1441. *Vnicuique Prouincia,* S. Franciſci *&* Tuſc æ *loca & limites, & proprium Vicarium Prouincialem conſtituit. Vndè relicta Prouincia Vmbria P. Ioan. Peruſino Diſcalceato prafato regenda,*

Anno 1441. in eodem Capitulo Cortonæ celebrato præſidente eodem S. Bernardino Tuſciæ Vicarium pro tertia vice reaſſumpſerunt B. Angelum à Ciuitella præfatum,

Anno 1444. Piſis die 25. Aprilis coacta

*SERIES Prima continuatur*

Francisco Samsoni subrogatus est P. LAVRENTIVS de Gangherato, Tusciæ Inquisitor, qui etiam præerat anno 1478.

Anno 1484. P. ANTONIVS MEDICES Florentinus pręfatus iterum Tusciæ Prouinciam regebat, a qua ad regendam Ecclesiam Marsicanam in Regno Aprutino a Sixto IV. Summ. Pont. translatus est eo dem anno, 4. Idus Iulij, vbi nondum expleto anno vitæ cursum absoluit.

Circa eadem tempora præfuit in Tuscia P. LAVRENTIVS adhuc ignotæ patriæ, & cognominis.

Anno 1488. P. N. à Castro Planiagri Senensis præerat in hac Prouincia

Anno 1499. Minister Prouincialis erat P. PETRVS MAZZANTVS a Figline Sacrę Theologiæ Magister qui ob mortem Reuer. P. Francisci SAMSON Ministri Generalis & Prouincialis pręmemorati, quę Florentię contigit anno præfato 1499. die 17. Octoobris, Vicarius Generalis totius Ordinis institutus fuit, rexitque vsque ad sequentem Capitulum Generalem quantum verò temporis Ministeriatum Prouincialem tenuerit, me latæt.

Anno 1503. Minister electus fuit P. FRANCISCVS GHINSIVCIVS à Monte varchio sacrę Theologię Magister vir intrepidus & propterea amandatus à XIV. Ministris ad Sedem Apostolicam acturus de abrogando Ministro Generali Ægidio Amerino anno 1500. in locum demortui Sansonis electo.

Anno 1506. P. LVCAS CAPPELLVS Senensis, insignis Theologus, de quo supra tit. 1. ser. 8. n. 6. egimus, ex coacta Synodo Vicarius successit B. LVDOVICVS PETRI de Latinis Senensis, Laicus virtute decorus, qui per triennium præfuit ea vitæ sanctimonia vt etiam quarto, cum infra dicemus) electus fuerit.

Anno 1447. die 28. Aprilis, Volaterris capitulariter congregati ven. P. IVLIANVM de Cortona Vicarium primo sibi præfecerunt, qui ad triennium gubernauit, & laudabiliter præfuit.

Anno 1450. Mense Aprilis in Capitulo in sacro Aluernæ Monte celebrato B. Ludouicus Petri de Latinis præfatus secundò Tusciæ Præfecturam suscepit.

Anno 1453. in Conuentu Aretij secundo electus fuit in Vicarium ven. P. IVLIANVS CORTONENSIS præfatus, qui tandem pietate, & sanctimonię laude clarus, in patrio Sanctæ Margaritæ Conuentu migrauit ad Dominum vti nos *Theatr. 1. Ord. tit. 4. spect. 8. n. 27. innuimus.*

Anno 1456. di 24. Aprlis in Conuentu Pistorij B. Ludouicus de Latinis præfatus tertio Vicarius electus est.

Anno 1459. die 13. Aprilis, in Conuentu Sænælongæ ven. P. PAVLVS IOVA Lucensis, Doctor Parisiensis, Concionator Apostolicus, omni virtute præditus primitus Vicarius Prouincialis renunciatus fuit.

Anno 1462. Lucæ die 7. Maij, B. LVDOVICVS de Latinis præmemoratus iterum pro quarta vice in Rectorem Prouinciæ electus fuit; qui iteratò ad triennium rexit. Cumque an. XII. sanctissime Prouinciam rexisset, meritis plenus, clarus miraculis in Conuentu Capreolæ extra Senas anno 1468. obdor-

Pro-

*SERIES Prima continuatur.*

Procuratore Generali Ordinis (quod munus subierat anno 1500.) institutus est Minister in Tuscia, mox Nuncius Apostolicus & Commissarius amandatus à Iulio II: sum. Pont. in Lusitaniam, tandem in patria reuersus obijt.

Anno 1516. P. ANTONIVS SASSOLINVS Florentinus vir humanis,& sacris litteris apprimè eruditus, Minister Prouincialis electus, anno 1519. Magister Generalis renunciatus, Ordinem rexit vsque ad annum 1525. quo die 21. Iulij assumptus est ad Episcopatum Minertinum in Calabria.

*Tempore huius facta est diuisio inter Patres Obseruantes & Conuentuales anno sequenti 1517. Leone X. sedente; quam per extensum videre est apud Vuad. tom. 8. an. 1517. a n. 20. ad 34. & Chronolog. Ord. a pag. 219 ad 233 Ecce quot vsque ad hunc annum RECTORES Prouinciæ Tusciæ ex Vuad. habere potui: nec aliunde, licèt nihil intentatum relinquerim, alij innotuerunt: & tamen plures alios Ministros extitisse temporis diuturnitas suadet, seu conuincit.*

*Hic addere proposueram Seriem Ministrorum Prouincialium PP. Conuentualium, qui a præfata diuisione vsque ad currentia tempora hanc Prouinciam gubernarunt, sed quia Seriem sæpius repromissam, & nunquam transmissam frustra huc vsque expectaui, atque eam habendi spes excidit, sileam.*

*SERIES Secunda continuatur.*

obdormiuit in Domino. *Huius acta damus Theat. 1. Ord. tit. 4. Spect. 7. n. 8.*

Anno 1465. die 3. Maij Magister Paulus Ioua præfatus, iterum Ludouico subrogatus fuit in Capitulo celebrato in Conuentu S. Luchesij extra Podium Bonitij.

Anno 1468. Volaterris congregati Paulo successorem dederunt ven. P. Iacobum ab Alexandria Palearum, virum doctum & pium, qui postea anno 1475. die 21. Maij sacri Montis Sion in Ierusalem Guardianus, & Terræ Sanctæ Præfectus institutus, cum anno 1478. ad sultanum Babyloniæ Sanctorum locorum negotia peracturus proficisceretur, in vasta solitudine in Crucis amplexu animam religiosissime reddidit Creatori die 20. Martij *Vide latius Theatr. 1. Ord. tit. 10. spect. 1. n. 7.*

Anno 1471. Clauum Prouinciæ iterum reassumpsit P. Paulus Ioua præmemoratus, qui per biennium tantum præfuit, sponte cædens officio. Tandem virtute clarus, signis conspicuus non sine sanctitatis opinione anno 1480. in patrio S. Francisci Conuentu dormitionem accepit *Huius præclara gesta damus Theatr. 1. Ord. tit. 4. spect. 10. n. 3.*

Anno 1473. in Capitulo Podij Bonitij die 7. Maij celebrato Vicarius Prouincialis renunciatus est Petrus PAVLVS VGVRGERIVS nobilis Senensis, cognomento *Barbarossa.*

*Hic in suo primo Vicariatus triennio Ædiculam Conuentus Capriolæ Senarum à D. Bernardino constructam ampliauit, extulit & ad venustatem, quam modò præsefert, Senensium ciuium eleemosynis adiutus, reduxit.*

Anno 1476. P. BLASIVS Senensis

Petro

# SERIES III.

## MINISTRI PROVINCIALES PP. OBSERVANTVM.

P. BARTHOLOMÆVS à Plebe P. Stephani, (qui vti diximus) Vicarius Prouincialis institutus fuit an. 1515. & anno 1517. à Leone X. cum cœteris MINISTER declaratus, vti Minister Prouinciam rexit anno vno, fuitque PRIMVS MINISTER PROVINCIALIS REGVLARIS OBSERVANTIÆ in TVSCIA.

Anno 1518. expleto triennio Præfecturæ P. Bartholomæi præfati ad electionem secundi MINISTRI procedentes, subrogatus fuit P. BERNARDINVS de PTOLOMEIS patritius Senensis, vir doctus, & in agendis sagax; de eo infrà redibit sermo, rexit .n. etiam Prouinciam Senensem post diuisionem, quam hìc indicamus.

*Hi duo totam Prouinciam Etruriæ gubernarunt: subortis enim sub BERNARDINO quibusdam dissensionibus in Prouincia inter PP. Florentinos & Senenses, haud liberum fuit Ministro, Conuentus & fratres districtus Florentini visitare; vndè R. P. Paulus a Soncino Vicarius Generalis Cismontanus Commissarium instituit in Dominio Florentino P. FRANCISCVM BAMBOCCIVM Florentinum, atque interim actum est de separatione Prouinciæ in duas, Florentinam & Senensem. Separationem hanc non solùm Fratres, sed et Senatus Florentinus vrgebat, Missis Nuncijs ad Capitulum Generalem Carpensem anno 1521. quàm tamen Patres Capituli constanter negarunt, confirmarunt tamen in Dominio Floren-*

*SERIE Secunda continuatur.*

Petro Paulo conciui subrogatus fuit in Capitulo P.storij celebrato.

Anno 1479. Lucæ die 30. Aprilis Blasio successit Ven. P. FRANCISCVS Brandius Florentinus, litteris & pietate illustris, cuius acta damus *Theatr. 1. Ord. tit. 9. spectac. 4. num. 3.*

*Hic anno 1481. Legatus & Nuncius Apostolicus à Sixto IV. Sum. Pontifice institutus fuit ad publicandam in Tuscia Cruciatam.*

Anno 1482. Volaterris die 12. Iunij P. FRANCISCVS de Aretio olim Vicarius Prouincialis Candiæ ad natiuam Prouinciam regendam assumptus fuit rexitque ad triennium.

*Hic Monasterium S. Claræ Aretij, vulgò* le Murate, *erigendum curauit anno* 1485. *& tandem virtutibus & meritis clarus, ac sanctitatis opinione, in patrio* Sergiani *Conuentu anno* 1495. *in pace dimissus est, cum & ipse Legatus & Nuncius Sedis Apostolicæ ad prædicandã Cruciatam per biennium extitisset vti diffusius narramus Theat. 1. Ord. tit. 9. spect. 4. n. 1.*

Anno 1485. in Conuentu Pratensi die 22. Aprilis secundò electus est Vicarius P. Petrus Paulus Vgurgerius præfatus.

Anno 1488. Senis die 3. Maij Ven. P. FRANCISCVS BRANDIVS præfatus iterum præfecturam Tusciæ obtinuit, & ad triennium sanctissimè præfuit; qui tandem relicta sanctitatis fama anno 1499. die 14. Februarij. qua prædixerat hora, in Conuentu S. Saluatoris extrà Florentiam viuendi finem fecit.

Anno 1491. die 29. Aprilis in Cõuentu S. Ioan. Vallis Arni Ven. *P. Hieronymi*

*SERIES Tertia continuatur.*

*Florentino* Commissarium, *seu vt alijs placet, crearunt in* Ministrum *præfatum* P. FRANCISCVM BAMBUCCIVM, *atque acta Capitularia Prouincialia suspenderunt, licèt triennium Ministeriatus Bernardini Senensis exp'etum esset.*

*P. FRANCISCVS præmemoratus ergò, velut Commissarius aut Minister Prouinciam rexit vsque ad annum* 1522. *quo migrauit in Cælum; & quia non satis constat an Minister creatus fuerit, ideo non reposuimus in Serie Ministrorum.*

*Defuncto P. Francisco præfato, Commissarius institutus fuit P. CHERVBINVS MALEGONNELLIVS Florentinus, atque à P. Paulo Soncino Ministro Generali confirmatus, in tractu verò Senensi & Lucensi P. CHRISTOPHORVS de Gabriellis Senensis; vsque ad futurum Capitulum similiter ab eodem institutus, atque vterque confirmatus à Capitulo Generali Burgensi celebrato anno* 1523. *in quo capitulo denique diuisio & separatio Prouinciæ decreta & stabilita fuit* (vide sententiam apud Vuad. tom. 8. anno 1523. n. 5.) *die 7. Iunij, atque ab Adriano VI. sum. Pont. die vltima Iulij eiusdem anni speciali diplomate, incip.* Ad hoc circa Regularis Obseruantiæ professores &c. (vid. apud Vuad. loc. cit. n. 7.) *confirmata, hoc modo.*

*EX omnibus Conuentibus* (inquit sententia Capituli Generalis) *seu locis tàm fratrum, quàm Monialium S. Claræ, ac Sororum Tertij Ordinis in toto Dominio Florentino existentibus, Prouinciam vnam facimus, & ordinamus, quæ nomen antiquum PROVINCIAE TVSCIAE vnà cum consueto SIGILLO eiusdem, & locum pariter in ordine Prouinciarum, & in alijs agendis* (quoad titulum & locũ postea

*SERIES Secunda continuatur.*

*ronymus* à Cortona pius & feruidus Minorita Vicarius deputatus omni æquitate ad triennium *Prouinciam* gubernauit.

Anno 1494. die 4. Iulij, in Capitulo Podij Bonitij pius prudens & doctus P. IOANNES TEVTONICVS, huius *Prouinciæ* alumnus Hieronymo ad regendam *Prouinciam* subrogatus fuit

*Hic tàm suis concionibus Florentia in Ecclesia S. Crucis habitis anno* 1497. *acceptus fuit, vt Florentini ciues publicò edicto expulsis Iudæis à ciuitate & dominio suo,* Montem Pietatis *à B. Bernardino Feltrensi, & Dominico Puteo celeberrimis Concionatoribus, atque sermone & opere valentibus tentatum, minimè tamen ad effectum deductum, construxerint.*

Anno 1497. die 22. Aprilis P. HIERONYMVS Cortonensis iterum præficitur in Vicarium in Capitulo Podij Bonitij; qui cum rexisset vsque ad festum Omnium Sanctorum de an. 1498. Senis in Conuentu Capriolę sanctissimè spiritum cælo reddidit. Cuius vices vsque ad futurum Capitulum gessit P. BERNARDINVS del VECCHIO Senensis, Senarum tunc Guardianus.

Anno 1499. die verò 14. Aprilis in Conuentu Podij Bonitij iterum congregati Electores, P. IOANNEM THEVTONICVM præfatum iterum Rectorem delegerunt, qui anno sequenti in eodem Conuentu Podij Bonitij coacta Synodo onus inuitè susceptum spontè renunciauit, igitur.

Anno 1500. die 15. Maij, renunciante Ioanne, Ven. P. TIMOTHEVS Lucensis litteris & pietate insignis, de quo supra, par. 1. tit. 2. scr. 3. nu. 7. *egimus*

*SERIES Tertia continuatur.*

postea aliter decretum fuit, & Senensi collata, eò quòd non Senenses, sed Florentini diuisionem hanc petierant &,procurauerant] *retineat, &c.*

*Aliam insuper disponimus & ordinamus Prouinciam, quàm* PROVINCIAM SENENSEM *vocari volumus & iubemus; videlicèt, ex omnibus Conuentibus seù locis tàm Fratrum, quàm Monialium, & Sororum Tertij Ordinis præfata Prouinciæ Tusciæ antiquæ vbique existentibus extrà Dominium Florentinum; adeò quòd antedictam Prouinciam Tusciæ Senensem comprehendere volumus & continere omnes & singulos Conuentus tàm Fratruum, quam Monialium atque Sororum in antiqua Prouincia Tusciæ respectiuè extrà Dominium prædictum Florentinorum existentes; &c.*

*His finibus & locis præscriptis statutis & Apostolica authoritate roboratis, anno præfato 1523. ex vna Tusciæ Prouincia duæ factæ sunt, & ad præscriptum diuisæ ac ad inuicē segregatæ: Anno verò 1526. Prouincia Senensis in duas diuisa est, in* Senensem *&* Lucensem [*illa tractu Senensi, ista in tractu Lucensi & vicinis Conuentibus. Prouinciæ huic Lucensi, sub titulo* Sanctæ CRVCIS *erectæ in Congregatione Generali eo anno in Conuentu S. Mariæ Angelorum extrà Assisium celebrata, sequentes adscripti sunt Conuentus,* Lucensis, S. Cerbonij, Petræ Sanctæ, Massæ *Ducalis*, Bargæ, Castrinoui, Fiuizzani, Villæfranchæ, *At ista anno* 1530. *Prouincia Florentina reunita est, Superioris Generalis placito; ac mandato Clementis VII. sum. Pontificis. Senensis verò & ipsa anno* 1563: *FLORENTINAE accessit, atque ità in vnam Tusciæ Prouinciam loca cuncta Etruriæ coiuerunt*

*SERIES Secunda continuatur*

egimus, licèt absens omnium consensu Prouinciæ Rector institutus fuit, qui etiam secundò præfuit Prouinciæ, ac per annum & menses aliquot totius familiæ Cismontanæ Præfecturam Generalem tenuit, vti infrà dicemus.

*TIMOTHEO ad Clauum Prouinciæ sedente translatus est à Monte Acuto sacer HABITVS S.P.N.D. Francisci in vrbe Florentina, & Conuentu S. Saluatoris ad muros Florentiæ die 29. Ianuarij, anno* 1503. *vti refert P. Marianus Florentinus vnus ex portitoribus in peculiari huius rei narratione quæ habetur Florentiæ in Bibliotheca Omnium Sanctorum.*

Anno 1503. Lucæ die 2. Iunij Timotheo in Vicariatu subrogatus est Ven. *P.* MARIANVS ZEFFERINIVS nobilis Cortonensis, qui integerrimè ad triennium gubernaculum tenuit.

*In hoc Capitulo ordinatum fuit, vt in Commemoratione S. Bernardini post Completorium facienda, pro Antiphona* O doctor optimè *hactenus decantata, substitueretur* O splendor pudicitię zelator, *cum vers. & Orat. à B. Ioanne de Capistrano composita, prout vsque in hodiernum diem decantatur.*

Anno 1506. P. HILARION SACCHETTVS nobilis Florentinus (posteà Commissarius Generalis, ac Ordinis Generalis Procurator in Curia Romana, vti suprà tit. 2. ser. 6. nu. 1. & ser. 9. n. 1. præfati sumus) in Capitulo die prima Maij in Conuentu Podij Bonitij celebrato, Vicarius Prouincialis electus fuit.

Anno 1509. eodem in loco Podij Bonitij die 27. Aprilis Vener. P. MARIANVS CORTONENSIS præfatus iterum in Prouinciæ Prælatum reassumptus

*SERIES Tertia continuatur.*

*erunt denuò; sed non perpetuò: Anno namque 1591. iterum Florentina & Senensis separatæ sunt; quæ tandem anno 1603. (vti suis locis dicemus) in vnam redierunt, prout ad præsens sunt Prouinciam. Harum igitur duarum Prouinciarum Prælati duplicata serie addúcemus, Tuscia Florentina nimirum sub inchoata serie III. Senarum verò sub IV. &c.*

## *Series III. continuatur, continetque Ministros Prouinciales Prouinciæ Tusciæ Florentinæ.*

ANno 1523. die 25. Septembris Patres Florentini Florentiæ in Conuentu S. Saluatoris extra Ciuitatem congregati in Primum Ministrum Prouincialem sibi delegerunt Ven. Pr. ANDREAM à Monte Pulitiano; vir prudentissimus, doctissimus integerrimus, atque celeberrimus Concionator, qui communi stupore quinquies successiuè per Quadragesimam in Metropolitana Florentina maiori semper populorum frequentia & applausu cōciones habuit. *In hoc Capitulo Præsidente P. Hilarione Sacchetto Florentino Commissario Generali multa salubriter constituta sunt; quæ in Regesto Prouinciæ habentur.*

Anno 1526. die 13. Aprilis in Conuentu S. Saluatoris extra Florentiam ad Synodum coadunati successorem elegerunt P. FRANCISCVM Siluestrinum Florentinum, qui eodem in loco anno 1528. Mense Iulio diem clausit extremum.

Eodem anno 1528. die verò 17. Septembris in festo Sacrorum Stigmatum P. Andreas à MontePulitiano præfatus

*SERIES Secunda continuatur.*

sumptus est: sed die 9. Septembris eiusdem anni in Conuentu Montis S. Miniatis extra Florentiam pietatis & sanctimoniæ editis signis patribus appositus est. *Huius acta damus Theatr. 1. Ord. tit. 9. spect. 8. n. 4.*

Defuncto Mariano eodem an. 1509. Senis conuenientes Vocales die 17. Nouembris Vener. P. TIMOTHEVM LVCENSEM secundò in Vicarium Prouincialem delegerunt; qui Neapoli in Congregatione Generali anno 1512. die 2. Iunij Vicarius Generalis Cismontanus creatus fuit: sed communi mœrore parum in officio superuixit, die namque 23. Octob. anni in sequentis 1513. Senis in Conuentu Capriolę vnà cum officio corporis sarcinam deposuit.

*Præclara eius gesta damus Theatr. 1. Ord. tit. 9. spect. 12. n. 8.*

Anno 1512. in Sacr. Aluernæ Monte conuenientes Patres conscripti Timotheo successorem dederunt P. BERNARDINVM de PTHOLOMEIS patritium Senensem, qui sicuti successerat in Vicariatu Prouinciali Timotheo; ità eidem post obitum eius in Præfectura Generali successit, & veluti Commissarius Generalis rexit Ordinem vsque ad diem 24. Iunij Anni sequentis 1514. quo Generale Capitulum celebrauit, quique postmodum, vti infra dicemus, Minister Prouincialis extitit.

Annò denique 1515. expleto triennio Bernardini Senensis, in Vicarium Prouincialem subrogatus fuit P. BARTHOLOMÆVS à PLEBE S. Stephani, qui fuit vltimus Vicarius Obseruantum in Tuscia, & etiam primus MINISTER PROVINCIALIS; etenim vti

*SERIES Tertia continuatur.*

fatus, Prouinciæ Commissarius deputatus in locum demortui Prouincialis ad Comitia vocauit Patres in sac. Aluernæ Monte, in quibus ipse iterum Minister Prouincialis electus est: & nondum expleto anno secundi Ministeriatus, communi mœrore die 2. Iulij ann. 1529. è viuis sublatus est, æqua doctrinæ ac pietatis laude, in patrio Montis Pulitiani (licèt alij dicant Montis s. Miniatis extra Florentiam) sepultus.

Anno 1529. die 18. Octob. in sac. Aluernæ Monte conuenientes electores, vnanimi consensu in locum demortui Andreæ subrogarunt Patrem FRANCISCVM ALPINIVM de Aretio (de quo suprà; tit 2. ser. 5. n. 5. atque ideò diuersum ab illo, de quo suprà ser. 2. ad an. 1482. egimus) vir pius, & doctus, Concionator Apostolicus, Custos Custodum, Custos tertiò Reformatorum, secundò Minister, vti infra dicemus, ac Generalis Commissarius Cismontanus.

Anno 1532. die 12. Iulij in sacro Aluernæ Monte iterum Comitia celebrarunt, atque in Ministrum subrogarunt P. ALEXANDRVM GAIVM Pistoriensem, virum genere, litteris, prudentia, & pietate nobilem, multis ante & post, summa cum laude functus officijs, vti infra narrabimus.

Anno 1535. in Conuentu Podij Bonitij, die 7. Aprilis succesit in Ministeriatu vtriusque Prouinciæ Florentinæ & Lucensis in simul vnitæ P. ANDREAS de ALEMANNIS Florentinus, olim Definitor Generalis, & Commissarius Curiæ Romanæ, vti suprà, tit. 2. ser. 10. nu. 2. narrauimus.

*SERIES Secunda continuatur.*

Vicarius rexit annis duobus, inde Minister declaratus an. 1517. à Leone X. in Capitulo Generalissimo, anno vno vti Minister ministrauit, cum quo expleuit triennium officij, & locum cessit successori, vti infra narrabimus.

*In Capitulo itaque Generalissimo Romæ sub festo Pentecostes an. 1517. à Leone X. Pont. Opt. Max. congregato, omnes Vicarij Prouinciales Minorum Obseruantium ab eodem Sum. Pontifice declarati fuerunt* MINISTRI, *&* *DISCRETI PROVINCIALES* CVSTODES; *& ita deinceps eligendos esse, & vocandos suo Pontificio Diplomate statuit ac declarauit. In sequentibus ergo dabimus Seriem Superiorum & Prælatorum Prouincialium Obseruantium sub titulo MINISTRORVM, cui collateralis danda esset Series Magistrorum, (ità n. vocari iussit idem Leo Pontifex, quos tamen in pristinum titulum restituit Sixtus V.) & MINISTRORVM PATRVM CONVENTVALIVM, sed quia frustra eam expectauimus, alibi dabimus si subministrabuntur. Suis autem temporibus addemus Series Superiorum Prouincialium PP* Reformatorum, *atque Capuccinorum, integras, vel diminutas prout accepimus. Vnde sit.*

*SERIES Tertia continuatur.*

Anno 1538. apud Podium Bonitij die 20. Maij P. PAVLVS, aliàs PAVLINVS PISANVS; vir ſtatura pusillus, animo & virtute magnus, vti Theat. 1. Ord. tit. 9. ſpect. 10. nu. 5. diximus, Apoſtolicus in tota Italia Cōcionator, ſummus Theologus, verè Minorita, ter Definitor, *Miniſter* Prouincialis hoc anno electus, pręfuit ad triennium, ac denique grandæuus in patrio s. Crucis Conuentu non ſine ſanctitatis opinione anno 1552. Patribus appoſitus eſt.

Anno 1541. die 13. Maij in ſacro Aluernæ Monte Miniſter ſecundò renunciatus fuit *P. Alexander* Gaius Piſtorienſis, qui iterum prudentiſſimè ad 3. annos præfuit, & denique pietate clarus, regimine commendatus: fuit .n. ter Definitor, ter Cuſtos, ſemel & iterum Commiſſarius, bis Miniſter, in patrio Iacherini Conuentu extrà Piſtorium anno 1549. die 20. Maij fatis ceſſit.

*Laudabile, & proficuum* Reformatorum Fratrum Inſtitutum *ab anno* 1518. *per varios caſuum anfractus* [illegible] *cœperat, anno* 1525. *ſtabile poſuit initiū, augumentum recepit ſub Clemente* VII, *atque in dies in Tuſcia floruit. Hoc itaque anno in præfato Aluerna Capitulo tres Conuentus in hac Tuſcia Florentina Prouincia (de Senenſi nihil inueni) in quibus Reformatè viuere poſſent, receperunt, videlicet,* S. Mariæ fontis Caſtelli apud Montem Pulitianum: S. Franciſci extrà Florianum, & S. Marię aliàs S. Franciſci Cerbarioli ad Plebem S. Stephani. *Anno verò* 1543. *in ſecundo Capitulo intermedio præfati Miniſtri Prouincialis, in eodem ſacro Aluerna loco celebrato,*

PRIMVM

# SERIES IV.

## MINISTRI PROVINCIALES PROVINCIÆ TVSCIÆ SENENSIS.

*Patres Senenſes, defectu monumentorum, omnia .n. acta eorum perierunt ſola & nuda ſuperſunt nomina Prælatorum, neſcio an ſub eodem præfato Commiſſario etiam hoc anno* 1523. *degerint; an vero Capitulum celebrarint, vel in annum ſequentem diſtulerint. Alia namque MS priuata electione ponunt anno* 1523. *alia* 1524. *& ſucceſſiue vſque ad annum* 1530. *anno vno diſcrepant, non vero de electis. Itaque*

Anno 1523. aut. 1524. in primo Capitulo à patribus Senenſibus celebrato Sęnelongę PRIMVM MINISTRVM PROVINCIALEM renunciarunt P. BERNARDINVM OCHYNVM Senenſem, poſteà Vicarium Generalem Patrum Capuccinorum, de quo ſuprà tit 2. ſer. 6. egimus.

Anno 1526. aut 1527. in Conuentu Montis Ilcini P. BERNARDINVS PTOLOMEIVS præmemoratus Prouinciæ Senenſis RECTOR inſtitutus ęſt, atque ad triennium pręfuit, ſiue ad quadriennium atque demum plurimis functus officijs, Commiſſarij Generalis Vicarij, Miniſtri, & Cuſtodis Prouincials, anno 1530. Senis in patria Patribus appoſitus eſt.

*Anno* 1526. *(vti paulò ante prænotauimus Prouincia Senenſis in duas diuiſa fuit, Senenſ m & Lucenſem; quare Prouincia S. Crucis Lucenſis eodem anno* 1526. *Lucæ coacta Synodo MINISTRVM PRIMVM ſibi conſtituit P. FRANCISCVM*

PRI-

*SERIES Tertia continuatur.*

*PRIMVM CVSTODEM obtinuerunt; fuitque P. FRANCISCVS ALPINIVS de Aretio præmemoratus anno* 1529. *At ne plus æquo Seriem Ministrorum interrumpamus, illam etiam, quia nec omnes accepimus, nec à corpore Prouinciæ separati erant sufficiat hic originem enunciasse: Seriem verò dabimus post Ministrorum Senensium enumerationem.*

*Cœpit etiam præclara* Soboles Patrum Capuccinorum *circa annũ* 1534. *in hæc Prouinciæ loca occupare, atque Institutum dilatare; Sed cùm, defectu scripturarum (fortuito incẽdio perierierunt) non constet quando in Prouincia erecta fuerit, nec qui in ea præfuerint, nisi post an.* 1580. *Ideò Seriem Prælatorum inferius dabimus nomine tenus, sicut accepimus.*

Anno 1544. die 25. Aprilis in Conuentu Podij Bonitij peracta sunt Comitia in quibus Prouinciæ Gubernaculum accepit P. FRANCISCVS Guidettus Florentinus, vir prudens, & zelum secundum legem habens; qui tandem clarus virtutibus, meritis cumulatus (vti Theat. Ord. tit. 9. spect. 4. n. 7. narramus) in Conuentu s. Saluatoris extrà Florentiam anno 1557. in pace dimissus, sepultus fuit.

1547 Die 6. Maij in Conuentu præfato s. Saluatoris Francisco Guidetto successit in regimine Prouinciæ Pater FRANCISCVS ARETINVS præmemoratus anno 1529. qui denuò ad triennium præfecturam summa omniũ satisfactione tenuit. Obijt vir pijssimus, doctissimus, in tota Italia celeberrimus Concionator, prudentissimus, & ad magna per agenda per quã idoneus, grandæuus in patrio s. Ioan.



*SERIES Quarta continuatur.*

*SCVM à PISCILLA Lucensem, qui per biennium superuixit.*

*Anno verò* 1528 *defuncto Francisco præfato ad electionem procedentes secundum delegerunt Prouincialem P. SERAPHINVM de COMO; sub quo fratrum & Conuentuum paucitatem, atque districtus angustiam, considerantes Patres Lucenses sano consilio, ad antiquam Tusciæ Prouinciam redire decreuerunt, & vna cum Florentinis sub vno Ministro militare. Habito itaque superiorum Generalium, ac Summi Pontificis assensu & placito, anno* 1530. *P. FRANCISCO ARETINO Tusciæ Florentinæ MINISTRO præfato obedientiam præstiterunt, sanctæ Crucis Prouinciæ titulo iam suppresso, & in vnam Prouinciam cum Florentinis redierunt.*

Anno 1530. Patres Senenses in Conuentu Grosseti Capitulum celebrarunt, & Ministrum renunciarunt ven. P. ANDREAM VERDELLIVM Senensem, virum probum, virtute decorum, prudenti regimine præclarum, hinc secundò, & tertiò Prælatum voluerunt.

Anno 1533. Senis in Ministrum Prouincialem subrogatus fuit Verdellio P. ALBERTVS de Sarteano, posteà Custos & DEFINITOR GENERALIS Mantuæ electus an. 1541. necnon iterum Minister anno 1546.

1536. Senis iterum congregati P. PACIFICVS SARACENIVS nob. Senensis, eximius Theologus, famosus Concionator, atque virtute & prudentia multa prædictus Minister renunciatus est: rexitque annos quatuor summa laude.

*Hic autor fuit Monasterij Monialium S. Claræ in Ciuitate Massana, quas annos pluribus*

*SERIES Tertia continuatur.*

extrà Aretium Conuentu anno salutis 1572.

1550. Die 18. Iunij in sac. Aluernæ Monte congressum habentes Ministrũ renunciarunt P. IOANNEM à Camaiore Lucensem, virum æquè doctum ac pium, celeberrimum Concionatorem, prudentissimum Rectorem; qui cum sex Diffinitoriatus, semel Custodiatus Reformationis, ac Ministeriatus officio laudabiliter functus esset, an 1572. Lucæ Patribus appositus est.

Anno 1553, die 9. Septembris in sacro Aluernæ Monte conscensi, delegerunt Ducem, & Rectorem Patrem FRANCISCVM de BARTHOLOMÆIS à Florẽtia Theologum, & Concionatorem celeberrimum, iam tertiò Definitorem semel Custodem, actualem Definitorem Generalem: qui prudentissimè ad triẽnium rexit, paulòque post anno videlicet 1557. in Conuentu Montis s. Miniatis extrà Florentiam mortalitatem deposuit.

1556. Die 16. Aprilis iterum in sacro Monte Aluernæ celebrata sunt Comitia in quibus P. SILVESTER de PVPPIO vir pius & doctus, magnus & ad magna peragenda idoneus Minister electus fuit. Propè centenarius tandem, multis clarus virtutibus, officijs cohonestatus (nouem enim annis sanctuarium Aluernæ summa cum laude gubernauit, ter Prouincialis, semel Definitor Generalis, Custos atque Minister Prouincialis fuit,) consumptus laboribus & austeritatibus an. 1578. dormitionem accepit, in Conuentu Sergiani extrà Aretium sepultus.

1559. die 17. Iulii Florentiæ in Cõuentu

*SERIES Quarta continuatur.*

*pluribus Confessarius instruxit, direxit; vbi tandem ineunte anno 1564. terrena reliquit.*

1540. In Capitulo Senis celebrato iterum in Ministrum præfecerunt ven. P. ANDREAM VERDELLIVM prememoratum, qui iterum ad trienniũ eadem sanctitatis constantia, & zelo Prouinciam administrauit.

Anno 1543. P. THIMOTHEVS à Càsoli agri Senensis, vir singularis prudentiæ, atque doctrinæ (hunc Gonzaga Conu. 4. huius Prou. Commissarium Generalem extitisse dicit, sed fortè confundit cum P. THIMOTHEO Lucensi,) Minister primo renunciatus est.

1546. P. ALBERTVS SARTEANENSIS iterum ad Clauum Prouinciæ reaccedere cœpit, & ad triennium sedit.

1549. P. TIMOTHEVS Carolanus præfatus denuo Prouinciam gubernandam accepit, sed infra bienniumè viuis abijt.

Anno 1551. Apud Sarteanum ad Synodum conuenientes ven. P. ANDREAM VERDELLIVM prælibatum tertiò in Rectorem delegerunt qui eodem in loco ineunte anno sequenti 1552. laterum dolore correptus, editis pietatis signis in patientia sua possedit animam suam.

1552. In Conuentu Columbarij comitia celebrarunt, vt successorem eligerent, elegeruntque P. BONAVENTVRAM de Seggiano, qui expleto biennio Ministeriatus mortalitatem deposuit.

1554. P. PACIFICVS de NVRCIA, in Conuentu Castri (modò Ciuitas est) Plebis, Prouĩciæ Præfecturam accepit. An-

*SERIES Tertia continuatur.*

uentu S.Saluatoris extrà vrbem P.BERARDVS DRAGONCINIVS Florentinus semel & iterum iam Definitor celeberrimus Concionator, Serenissimi Cosmi Etrur. Mag. Ducis, Theologus & Confessarius Minister renunciatus est, qui summa prudentia annis quatuor Prouinciam gubernauit, eique S. Saluatoris Omnium Ss. Florentiæ ac item S. Saluatoris Elbæ adiecit Conuentus; & die 27. Septembris a. 1575. Aretii diem suum obiit.

Anno 1563. die 5. Februarii, in Conuentu S. Cerbonis extrà Lucam conuocato Capitulo Patres Florentini Ministrũ salutarũt P. VINCENTIVM de Raffina, adolescentem magnæ expectationis ac probitatis virum; humanis & sacris litteris satis instructum; Quem etiam (vti præfati sumus) Patres senenses consalutarunt, & in Ministrũ receperunt. At vt vtrique præesse cæpit, longa & molesta infirmitate correptus, die 19. Nouemb. eodem anno 1563. maximo sui desiderio, pietatis fama, ac patientiæ exemplo relicto, Florentiæ in Conuentu Omnium sanctorum expleuit tempora sua.

*Vnita Prouincia modo præfato & in vnam TVSCIAE more antiquo redacta, Ministro orbata, PP. Florentini & Senenses in vnum conuenientes. De successore eligendo deliberarunt, quare.*

Anno 1564. Patres conscripti omnes vtriusque Prouinciæ ad Comitia celebranda in Conuentu Palci extrà Pratum, die 26. Aprilis conuenerunt, & communi consensu & applausu in communem Superiorem delegerunt.

Adm. R. P. MATTHÆVM aliàs MASSEVM de Bardis Vernii Comitibus

*SERIES Quarta continuatur.*

Anno 1557. In Conuentu S. Bernardini extra Senamlongam ven. P. DIONISYVS BONINSENIVS nobilis Senensis Moderator in capite suæ Prouinciæ constitutus fuit, qui vitæ sanctitate qua præditus erat eam ad biennium administrauit, inde feliciter obdormiuit in Domino.

*Fuit homo iste eximius Verbi Dei Præco, in eo paupertas extrema, profunda humilitas, vita austeritas, pietas in Deum, charitas in proximum Zelus domus Dei, & Diuini honoris, atque reliquæ virtutes veri minoritæ perpetuo tractu refulserunt;*

*Anima huius conglutinata erat Animæ ven. P. ANDREAE de Senalonga, viro pientissimo, omnique virtute prædito: qui sicuti in vita sua dilexerunt se in morte quoque non sunt diuisi; eadem enim hora relicta sanctitatis fama; vnus scilicet ad primum alius ad secundum Campanæ signum in sero in Domino dormierunt; eodem feretro in Ecclesiam delati, iisdem exequiarum precibus suffragati, in eodem quoque tumulo conditi sunt in Ecclesia Capriolæ extra Senas sub finem an. 1559. Dionysii Imago radiis & splendoribus, ac Beati titulo decorata, rudi pennicillo depicta, in Refectorio Senensi etiamũ cõspicitur*

Anno 1560 In ConuentuS. Angeli de Monte haud longè à Castro plebis olim, modo Ciuitas Episcopalis ditionis Perusinæ, Custodiæ vero ab antiquo Clusinæ, sicuti & modo est apud P. Conuentuales, comitia celebrarunt PP. Senenses, atq; in Ministrum sibi delegerunt P. CRHISTOFORVM eo loci oriundum.

*Hic cùm Prouinciæ Senensi præesset, egit cum Superioribus Generalibus de separando*

*SERIES Tertia continuatur.*

tibus, Patritium Florentinum, singularis probitatis ac prudentiæ virum, insignem sui temporis Ecclesiasten, semel & iterum Definitoriatus, ac Custodiatus munere functum, Serenissimi Francisci Medicei Etruriæ Magn. Ducis à Consilis, a sacris Confessionibus Theologum acceptissimum, postea (vti infrà par. 2. tit. 2. ser. 5. nu. 10) Episcopum Clusinum; qui demum an. 1597. senio confectus migrauit à sæculo,

Anno 1567. die 20. Aprilis secundam post vnionem celebrarunt Synodum in sac. Aluernæ Monte, in qua P. PAVLVS de Souaggio, insignis Theologus & verbi Dei Declamator, ex Custode in Ministrum subleuatus, ad triennium gubernauit. Indè Prouinciam Principatus regendam obtinuit, atq; inter Definitores Generales cooptatus qui denique apud Salernum an. 1580. dormitionem accepit.

*Sanctæ Sedis Apostolicæ interim Decreto cautum est, vt de cætero Ministri Prouinciales in vnaquaque Prouincia ex alienis Prouincijs assumerentur cui Patres Etrusci parere parati.*

Anno 1570. Senis in Conuentu Capreolę congregati vnanimiter in Ministrum Prouincialem elegerunt. A. R. P. BONAVENTVRAM de CLAVARO Prouinciæ Genuensis olim Ministrum, qui anno vnico Prouinciã rexit, inde Commissarius Generalis Cismontanus renunciatus.

Anno 1571. Romæ in Capitulo Generali, ad Commissariatum Generalem assumpto P. Bonauentura Tusciæ Ministro; loco eius subrogatus est A. R. P. IOAN. AVOGARDVS Nouarcinsis, Prouinciæ Mediolanensis, olim Minister

*SERIES Quarta continuatur.*

*parando patrio præfato Conuentu S. Angeli à Prouincia Senensi, & Prouinciæ S. Francisci incorporando quod anno 1563. in Generali Congregatione in Monte Aluernæ expensis Sereniss. Cosmi Primi Medices Etruriæ Mag. Ducis celebrata obtinuit; vnde peracta vnione Prouinciarum (de qua mox dicemus) in dicta Congregatione Generali, expletoque ac absoluto à Ministeriatu vna secum patrium Conuentum præfatum Prouinciæ S. Francisci incorporauit.*

*Iam sub his temporibus Ciuitas statusque Senensis sub Serenissimorum Etruriæ Ducum potestate redacta erat. Iam Prouincia Senensis Fratrum penuria, ob locorum intemperiem laborabat, ac alia incommoda sustinebat, quibus vt praeueniret vnionis cum Prouincia Florentina tractatum inijt, penes Principem, penes Superiores Generales ... tum retulit reunionis rescriptum.*

*In Congregatione Generali igitur præfata, in Sacro Aluernæ Monte de an 1563. celebrata in publico generali consessu re proposita, omnes ad vnum, excepto P. Francisco Aretino præfato, in reunionem Prouinciarum consenserunt, atque reuniendas decreuerunt; habito deinde Serenissimi Ducis consensu, & SS. D. N. Pij IV. Sum. Pontificis placito: P. Christophorus Minister præfatus Prouinciæ Tusciæ Senensis, missis Sigillis, suo suorumque ac totius illius Prouinciæ nomine P. VINCENTIVM de RASSINA Ministrum Prouinciæ Tusciæ Florentinæ pro Ministro etiam Senensis salutauit, obedientiam præstitit, atque ità eidem Prouinciam illam Senensem gubernandam submisit anno præfato 1563.*

*VNIO PROVINCIARVM præfatæ*

licet

ster

*SERIES Tertia continuatur.*

ster, posteà Definitor Generalis; qui ad biennium summa cum laude, & cōmuni satisfactione gubernauit.

*Defuncto Pyo V. anno 1572. & ad Pontificatum assumpto Gregorio XIII. relaxatum est mandatum eiusdem Pij V. de eligendo Ministro alienæ Prouinciæ vndè Patres nostri.*

Anno 1573. Florentiæ in Conuentu Omnium Sanctorum celebrarunt Comitia, & in Primicerium voluerunt P. FRANCISCVM PISANVM, virum doctum & prudentem, qui in eodem Conuentu Omnium Ss. an. 1575. infrà Octauam S. P. Francisci vitæ cursum absoluit.

Anno 1576. recurrente tempore Capituli Florentiæ in Conuento Omnium Sanctorum synodum celebrarunt, & P. ANTONIO à POPILIO Pistorien. viro prudentissimo, solertissimo, atque doctissimo, quippe qui annis 30. & vltrà in præcipuis Religiosis Accademijs sacram Theologiam docuerat, & totam Italiam prædicatione illustrauerat, onus Ministeriatus imposuerunt, quod æqua prudentiæ & probitatis laude ad quadriennium portauit: cum quo pariter an. 1579. Vicariatus Generalis Italiæ gloriosè sustinuit. Denique tantus vir Guardianum agens in præfato Omnium Sanctorum Conuentu anno 1584. huic mundo vale dixit.

1580. die 3. Februarij in Conuentu Podij Bonitij Præsidente Reuerendiss. P. Francisco Gonzaga totius Ordinis Generalis Ministro P. PROSPER PAMPALONIVS à Vorno Lucensi, dilectissimus Theologus, & celeberrimus Italiæ Declamator, semel & iterū iam Definitor, in Ministrum Prouincialem.

*SERIES Quinta continuatur.*

*licèt communi applausu & consensu facta, & licet Pontificio Diplomate roborata, tamē successu temporis, [ità fert hominum instabilis conditio, & voluntatis humanæ inconstantia) non fuit perpetua, sed temporanea. Anno namque 1590. sub Ministeriatu P. Danielis de Galletis Senensis [Florentiæ nutritus & in Prouincia Tusciæ Florentinæ, antè præfatam vnionem initiatus) nouis suborentis turbationibus inter Florentinos & Senenses Patres, iterum ad sedandas dissensiones, & praecauenda incommoda ab inuicem separari opus fuit & duas iterum Prouincias in Tuscia finibus instaurare, Florentinam & Senensem, sicuti erant anno 1563.*

*Anno itaque 1590. P. LVDOVICVS PISANVS MINISTER, & P LVCAS de Cutiliano, inter Scotistas sui temporis facilè Princeps, CVSTOS nouiter electi Neapoli in Congregatione Generali separationem Prouinciæ procurarunt, nemo tamen eorum in Prouinciam rediit, sed vterque Neapoli vita functus est.*

*Decretatam separationem per PP. Congregationis Generalis & à Sede Apostolica confirmatam ad effectum mandauit Reuerendissimus P. THOMAS à MASSA Prouinciæ Picenæ Commissarius Generalis anno sequenti 1591. vti sub illo anno in serie Ministrorum dicemus.*

*At quia hæc noua separatio quasi ephimera fuit; quatuor enim tantum Ministri sub ea creati sunt; & iterum anno 1603. in vnum redieruntur; Ideò hic quatuor illos Senenses Ministros subiungemus; vt, sicuti aliàs præfati sumus, locum demus Seriei Prælatorum Patrum Reformatorum. Itaque*

Anno 1591. Reuerendiss. P. THOMAS præfatus Commissarius Generalis

*SERIES Tertia continuatur.*

cialem assumptus est, & ad quadriennium Præfecturam tenuit. Indè Prædicatione verbi Dei totus intentus, indefessus in laboribus, postremò tandem morbo correptus in patrio Lucensi Conuentu ann. 1594. religiosissimè vitam in meliorem commutauit.

*In eodem Capitulo Præsidente eodem Reuerendiss. P. Ministro Generali, Prouincia tota ad quatuor CVSTODIAS redacta est, videlicet FLORENTINAM LVCENSEM ALVERNINAM: & SENENSEM. Florentinam ferè in antiquo statu reliquerunt. Pisanam & Lucanam in vnam Lucensem redigerunt. ARETINAM in ALVERNINAM commutarunt. Clusinam, & Maritimam, vnà cum Senensi in vnam Senensem computarunt. Ità distributis Custodijs, vnicuique terræ tractum, Conuentus numerum, & terminos designarunt, quos vsque in præsentiarum retinent. Obseruantum exemplum PP. Capuccini & Reformati sequuti in quatuor tantùm Custodias & nisi Prouinciam distermінarunt. Patres Conuentuales verò antiquũ Septem Custodiarum seruant Ordinem & numerum.*

Anno 1584. In Conuentu s. Mariæ prope Montopolim acta sunt Comitia, & in ipsis Minister electus est P. CHERVBINVS PICCOLOMINEVS nob. Senensis magnus Theologus & Concionator. Serenis. Etruriæ Mag. Duci Francisco Mediceo acceptissimus; quem familiarem, & Theologum voluit, gratissimum item Reuerendiss. P. Francisco Gonzaga Ministro Generali, quem Secretarium Generalem asciuit, & hoc anno Tusciæ Ministrum eligi curauit, & ad quadriennium Rectorem Prouinciæ confirmauit, qui tādem

*SERIE Quarta continuatur.*

lis Florentiam appulsus. in Conuentu Omnium Sanctorum congregauit ad Comitia Patres, duo simul celebrauit Capitula, duos creari fecit Ministros. Vocales Florentini elegerunt sibi in Prælatum P. FRANCISCVM COCCHIVM Florentinum: Patres verò Senenses.

## MINISTRI SENARVM.

Anno 1591. Florentiæ Præsidente Reuerendiss. P. Thoma à massa Commissario Generali pro Prouincia Senensi Minister electus fuit P. GEORGIVS à S. FLORA, qui per biennium tantùm superuixit.

Anno 1593. Senis Ministrum renunciant P. BERNARDINVM à SENALONGA.

Anno 1596: Sartheani Capitulum agentes in Pigliatum delegerunt Patrem FRANCISCVM CRVCIANVM de Sartheano.

Anno denique 1599. in Conuentu S. Floræ P. MARIANVS GAMBACCIVS sarthianensis Minister Prouincialis renunciatus est, & vltimus fuit illius Prouinciæ Rector. Etenim,

*Hi duo Franciscus, & Marianus de Sartheano viri docti & prudentes strenuè laborarunt pro reunione Prouinciarum, & tandem anno 1603. quòd concupierant obtinuerunt.*

✠✠✠
✠

SERIES

*SERIES Tertia continuatur.*

dem in patria anno 1591. Patribus appositus est.

*Hoc ipso anno Primus apparet Vicarius Prouincialis PP. Capuccinorum Prouinciæ Tusciæ, & si à multis annis Vicarios peculiares, vti ab alijs Prouincijs, seù Vicarijs distincta, habuerit: sed omnium Electorum nomina, acta, tempora vsquè ad hunc annum pariter perierunt; vnà cum cæteris Prouinciæ monumentis. Vel ab isto anno ergò Series Psalatorum huius Instituti texenda & hoc loco inserenda esset. At paginarum status prohibet, ideò inferiùs ministrabimus opportuniori loco.*

Anno 1588. seù sub finem antecedentis in Conuentu Palci extrà Pratum Capitulum celebrarunt, Minister acclamatus est P. *DANIEL de GALLETTIS* Senensis, sed vti præmonuimus Florentiæ educatus & in Prouincia Tusciæ Florentinæ antè reunionem Prouinciarum initiatus, vir doctus, celebris concionator, qui per biennium tantùm præfuit, nouis .n. sub ipso turbationibus excitatis, depositioni sui, & Prouinciæ diuisioni causam ministrarunt, vndè.

Anno 1590. Florentiæ in Conuentu Omnium Ss. congregati Vocales in MINISTRVM subrogarunt P. LVDOVICVM Pisanum, & in Custodem P. LVCAM de Cutiliano, virum in doctrina Scoti, versatissimum, intrepidum, & ad magna peragenda idoneum; sed iuuentutis Flore immatura morte ipso anno sublatus est cum Ministro.

*Hi duo Minister & Custos, hoc ipso electionis anno Neapolim ad Congregationem Generalem profecti Prouinciæ diuisionem*

# SERIES V.

*Ecce iam Soluimus, quod sub Serie 3. hoc est, Ministrorum Prouincialiū Obseruantum, ad annum 1541. sub Ministeriatu PP. Alexandri Gai Pistorien. promisimus SERIEM, videlicet PRAELATORVM & SVPERIORVM Reformationis, seù P. Reformatorum huius Tusciæ Prouinciæ. Sciendum est autem, quòd horum Prælati solo titulo* Custodis *Reformationis Institutum (in Tuscia loquor) rexerunt ac gubernarunt ab anno 1543. (quod tunc n. Primum Custodem, vti suprà innuimus; & infrà narrabimus, obtinuerunt) ad 1639.*

*Deinde MINISTRI titulum sortiti sūt, sicut & alia Franciscana Soboles habebāt, hoc .n. titulo decorauit Vrbanus Pp. VIII. Verum præfatorum CVSTODVM electio vsque ad annum 1579. ad totum Capitulum Minorum Obseruantum Tusciæ Florentinæ spectabat, eodem modo, quo Ministrorum Obseruantum, & in Comitijs Prouincialibus eligebantur. Eo verò anno 1579. vel præcedenti P. Reformàti Obtenta facultat. a Gregor. XIII. sum. Pont. celebrandi comitia, & Custodem, ac alios Superiores locales eligendi, ex tunc à solis Reformatis eligebantur; sub dependentia tamen Ministri Prouincialis Obseruantū, ad cuius Ministri electionem & ipsi Reformati interueniebant, vocem actiuam & passiuam habebant sicuti Obseruantes, Vnde modò Guardiani, modò Definitores, modò Custodes, modò Ministri inter Obseruantes erant: Quoad Ministeriatum, etiam anno 1625. Minister totius Prouinciæ Etruriæ electus fuit P. Bonifacius de Petrasancta Reformatus, qui ad triennium Prouinciam gubernauit. Quo-*

*SERIES Tertia continuatur.*

*uisionem iterum procurarunt, & Congregationis Decretum de separatione obtinuerunt: at effectum non viderunt, eo loco & tẽpore defuncti vti aliàs monuimus, diuisio verò anno sequenti 1591. secuta est. Nam*

Anno 1591. P. Thòmas à Massa Trabariæ Commissarius Generalis in Tusciam deueniens, Florentiæ Pat. Vocales congregauit; & iuxtà Decretum Congregationis Generalis, duas Prouincias constituit, Florentinam, & Senensem, singulisque proprium constitui curauit Rectorem. Vndè eodem in loco Vocales Senenses elegerunt sibi in Ministrum P. Georgium de S. Flora. Florentini verò.

Anno 1591. P. IOANNEM FRANCISCVM COCCHIVS Florentinum, qui summa laude an. 3. rexit, multa industria sua contulit ornamẽta Ecclesię Omnium SS. Florentię, & inter alia fundari fecit Aram Maiorem cum testudine posteà per alios absoluta, nam mortè præuentus consumare non potuit. Ad perpetuam huius rei memoriam; ossa eius in ea translata sunt, & a tergo Aræ maioris, in sacellulo in quo asseruatur Habitus S. P. D. Francisci quo indutus erat quando in sacro Aluernæ Monte sacra Stigmata recepit à Christo, condita, hac addita Inscriptione.

D. O. M.

*Decurrente à die defuntionis suæ anno nono, ob nimiam pietatem hic translata sunt ossa A. R. P. Fratris Ioan. Francisci de Cocchijs, qui in Alma hac Prouincia Minister, in Ord. Pater, & Prædicator eximius fuit. Hoc opus incœpit, consumare non, mors illum rapuit die 19. Mens. Febr. Ann. D. 1603. Ob bene m rita sua Fratres Conuentus posuere A. D. 1613.*

Anno

*SERIES Quinta continuatur.*

*ad Custodem verò ab anno 1543. vsque ad 1561. Custos Reformatorum erat etiã Custos Prouinciæ, vnde Obseruantes Custodem non eligebant; deindè verò duo Custodes instituebant: vnum prò Reformatis, alium pro Obseruantibus: vndè nec separati erant in capite, neq; in membris.*

*Porrò quod Prouinciam Senensem in qua pariter erant Reformati quando, aut quibus in locis reformatè viuere cœperint penitus ignoro: vnde Seriem Custodum aut Prælatorum Reformationis illius Prouinciæ ministrare non valeò: sed tantùm Reformatorum, seù* Custodiæ Reformatæ *(non enim titulum Prouinciæ adepti sunt antè an. 1639. quo & Ministri Prouincialis obtinuerunt)* Tusciæ Florentinæ *Seriem apponam, & erit vt sequitur.*

## CVSTODES CVSTODIÆ TVSCIÆ FLORENTINÆ REFORMATÆ.

ANno 1543. PRIMVS CVSTOS STRICTIORIS OBSERVANTIÆ electus fuit P. FRANCISCVS de ARETIO, qui anno 1529. & iterum 1547. Minister (vti præfati sumus) erat.

Anno 1545. *Custos* P. IOANNES à Camaiore, qui posteà anno 1550. Minister renunciatus est.

Anno 1548 *Custos* P. ANDREAS *del Nente* Florentinus, vir pius & doctus, iterum Custos, ac etiam Definitor, secundò & tertiò.

1551. *Custos* P. Franciscus de Aretio præfatus, secundò eligitur.

1554. *Custos* ANDREAS NENTI præfatus, pro secunda vice qui tandẽ

virtute

*SERIES Tertia continuatur.*

Anno 1594. in Sacro Aluernę Monte acta Capitularia habita sunt, & in Prælatum subrogatus ven. P. FRANCISCVS de PITIGIANIS de Aretio, vir tum litteris, tum virtutibus celeberrimus: prout eius scripta infrà, par. 3. tit. 1. ser. 4. enumeranda, testantur, summus sui temporis Theologus Philosophus, Scoti subtilissimus interpretes, facundissimus per totam Italiam Concionator. Serenissimi Ferdinadi Primi Mag. Ducis Etrurię à sacris Confessionibus, & Theologus: Serenissimorū item Ferdinandi Gonzaga Mantuæ, & Montis Ferrat. Ducis Theologus, familiaris, & à consilijs, atque Francisci ex Ministri Generalis totius Ord. Minor. Episcopi Mantuani Familiaris, Theologus, & Examinator Generalis, in quorum obsequio, & vrbe anno 1616. pijssimam dormitionem accepit.

Anno 1597. die 7. Iunij, in Conuentu S. Mariæ, vulgo *S. Romano*, P. IOANNES BAPTISTA de Terdotio Romandiolæ, cum plurimis annis in præcipuis Italiæ Scholis sac. Theologiam docuisset, & predicando optimas quasque ciuitates circuisset, semel & iterum Definitoris munere functus esset, in Ministrum Prouincialem assumptus est. Rexit ad triennium, & tandem Florentiæ Mense Septemb. anno 1604. mortalitatem expleuit.

Anno 1600. in Conuentu Montis S. Miniatis extra Florentiam, diem 12. Septembris Synodum celebrantes Rectorem constituerunt P. FRANCISCVM de FIVIZANO LECTOREM Concionatorem Generalem, posteà Lateranensis Pœnitentiariæ Præfectus, quo in munere anno 1608. spiritum reddidit Creatori. *No-*

*SERIES Quinta continuatur.*

virtute clarus anno 1561. viam vniuersæ carnis ingressus, in Conuentu Iacherini extra Pistorium sepultus est.

1559. P. FRANCISCVS ARETINVS tertiò Custodis munus suscepit.

*Reliqui Custodes vsq; ad annum 1579 qui Reformationi præfuerunt, desunt, Obtenta interim, vti præfati sumus, facultate celebrandi Comitia, Superiores eligendi sine interuentu PP. Obseruantium, ea vsi sunt, & per se ipsos Superiores deinceps elegerunt. Vndè.*

Anno 1579. in *primis Comitijs* ab ipsis Reformatis in Conuentu Sergiani extrà Aretium celebratis CVSTOS electus fuit P. IOANNES Baptista Rossellius de Aretio, vir pius, doctus, feruentissimus Concionator, vitæ austeræ & Monasticæ disciplinæ tenacissimus, qui etiam semel & iterum deinceps eandem Præfecturam ingenuè & Reformationis incremento sustinuit, sed quando institutus fuerit denuò me latet. Obijt in patrio Conuentu, ann. 1597. Successores habuit Rossellius duos sequentes, quorum electionis tempus non comperi.

P. IACOBVM de TVRCANO, seù TVRLAGO districtus Fiuizani, qui anteà inter Obseruantes Definitoris, & Commissarij Prouincialis munere functus erat, & tandem Aretij anno 1586. abijt, non obijt.

P. VINCENTIVM à FLORIANO, qui in patrio s. Francisci Conuentu an. 1586. huic mundo vale dixit.

*Si qui alij Custodes fuerint vsquè ad annum 1594. omnino me latet; vndè Seriem diminutam texere hucusque opus fuit; integram dabimus Successorum Prælatorum ab anno 1594. ad nostra hæc vsq; tempora*

*SERIES Tertia continuatur.*

*Nomine Prouinciæ Tusciæ Senensis interim instantibus apud sedem Apostolicam Patribus Francisco Cruciano, & Mariano Gambaraccio, ambo de Sarteano, primus officio functus, alter actu Minister, uti in fine Seriei Ministrorum Senensium diximus; nec non apud Patres Prouinciæ Tusciæ; & Serenissimum Mag. Ducem Etruriæ pro reunione Prouinciarum, sequentem S. Sedis Apostolicæ & Clementis VIII. Pont. Max. reportarunt Oraculum, & placitum.*

*Nos Hieronymus Cardinalis Mattheius Fratrum Ordinis Minorum de Obseruantia Protector attestamur, SS. D. N. Clementem VIII. hodie viuæ vocis Oraculo, suum præstitisse assensum, vt eorundem Fratrum Prouinciæ de Florentia & Tusciæ in simul reuniantur. Non obstantibus quibuscunque contrarium facientibus. Datum Romæ in Palatio nostro, Die 31. Maij anno 1603.*

*Hieronym. Cardinalis Mattheius.*

*Vide Decretum Congregationis Generalis Romæ habita anno 1603. apud Chronolog. Ord. pag.* 518.

*Oraculi præfati, nec non et Decreti virtute suffulti, die* 24. *Octob. anno præfato* 1603 *in Conuentu Senarum in simul congreg. Patres & vocales vtriusque Prouinciæ, simul & Reformati Custodiarum præfatarum; Præsidente Reuerendiss. P. Francisco à Belgioioso Generali Commissario in vnam Tusciæ Prouinciam more antiquo redierunt P. Obseruantes. Item & duæ Custodiæ Reformatæ in vnam Tusciæ Custodiam coiuerunt; & vnita remanserunt; atque vnaquæque Sobëlles suum delegit Superiorem; Reformati P. Michaelem de Medicius, vti in Series Custodum Reformationis dicimus, custodem renunciarunt*

*SERIES Quinta continuatur.*

*tempora, sub titulo* Custodis, *vel* Ministri quo præfuerunt: eo modo quo accepimus, itaque.

Anno 1590. Custos electus fuit P. CHRISTOPHORVS à FLORIANO.

Anno 1597. *Custos* P. FRANCISCVS de MENABBIO insignis Lector & Concionator, rexit an. 3. obijt in Conuentu s. Cerbonis extrà Lucam anno 1602.

1600. *Custos* Ven. Seruus Dei P. BARTHOLOMÆVS de Cambis à SALVTIVO, olim inter Obseruantes Lector & Concionator celeberrimus, atquè Definitor; qui quietis & prædicationis ergò expleto anno spontè officio cessit, & Concionator Apostolicus factus, incredibile est quantos ad Christum reduxerit peccatores: tandem vitæ sanctimonia & miraculorum gloria clarus, Romæ in Conuentu s. Francisci Trans Tyberim, anno 1617. die 15. Nouembris migrauit ad Dominum vti latè narramus. *Theatr. 1. Ordinis tit. 4. spect. 2. n. 9.*

1601. Officio cedente BARTHOLOMÆO subrogatus est P. IVLIANVS à Plandischò, rexit vsquè ad an. 1603. & anno 1608. in Conuentu s. Trinitatis ad s. Floram mortalitatem expleuit.

*Interim Custodia Tusciæ Florentinæ & Tusciæ Senensis in vnam conuenire, sicut in vnam Prouinciam redibant Obseruantes decreuerunt Custodiam sub titulo* Custodiæ Tusciæ, *concordarunt, & impetrata Sedis Apostolicæ facultate et Superiorum Generalium assensu, anno* 1603. *Præsidente P. Ioann. Baptistâ à Gademo Iannensi Custodiæ Tusciæ Florentinæ, & Senensis Commissario Visitatore,* in

*SERIES Tertia continuatur.*

*runt; P. Obseruantes vero Ministrum quem subiungimus.*

Anno 1603. Senis in Capitulo præfato vtriusque Prouinciæ consensu & voto Minister electus fuit P. OCTAVIANVS Spatarius de Incisa, posteà Definitor Generalis, de quo supra, tit. 2 ser. 7. ac infra, par. 3. tit. 1. ser. 4. publicus & eximius sacræ Theologiæ Speculatiuę & Moralis in Tuscia, Lombardia, Alemania, Gallia, ac Vrbe Romana Professor, insignisque Concionator, Serenifs. Ferdinandi Primi, & Cosmæ Secundi Mag. Duc. Etruriæ Theologus, à sacris Confessionibus, Illustrissimi Cardinalis Columnę Theologus. In huius obsequium, Romæ circa an. 1626. viuendi docendi, scribendique finem fecit.

Anno 1606. Florentiæ die 29. Nouembris in Conuentu Omnium Ss. P. LINVS MORONIVS Florentinus Prouinciæ regimen suscepit, & prudentissimè præfuit.

1609. Florentiæ die 26. Iunij Lino successit P. VINCENTIVS BERTINIVS de Sarteano, insignis Ecclesiastes, summus sui æui Theologus, sapientia, prudentia, in agendis peritia multa præditus multa atque magna [*vide Theatr. 1. Ord tit. 9 Spectat. 12. n. 12.*) in obsequium S. Romanæ Ecclesiæ Minoritici Instituti, Principum que fecit, gessit, & scripsit, *vid. infrà de scriptoribus* Religiosissimè tandem in Conuentu Montis Ilcin. anno 1643. migrauit a sæculo.

Anno 1612. Florentiæ in Conuentu Omnium Sanctorum die 6 Octob. Præsidentibus Reuerendifs. Patribus Ioanne de Hierio Ministro, & Paulo Sulmonensi

*SERIES Quinta continuatur.*

*in vnam* Custodiam *conuenerunt vnum totius Tusciæ Custodem deleg runt, ipsorũ loca vnluerunt. Fuerunt autem eorum loca, seu Conuentuus, qui sequuntur. Custodiæ Tusciæ Florentinæ Conuentus erant;* Aretis, Fesularum, s. Cerbonis, s. Ioannis Vallis Arni, *Montis Politiani, Burgi Lucensis.*

Custodiæ Senensis verò erant, *Cetona, Beluiridi, Sarteani, Senelonga quibus anno* 1604. Scansani, *&* 1605. S. Floræ *accesserunt. Præmemoratos Conuentus Custodiæ Florentinæ obtinuerunt a Corpore Definitorij anno* 1598. *& fortè eodem anno Senenses Reformati quatuor primos eodem modo obtinuerunt. Hos igitur in vnam* custodiam Tusciæ *redactos, Custodi sequenti regendos submiserunt.*

Anno 1603. die 29. Octobris in Conuentu Sergiani extrà Aretium Patres Reformati Florentinæ & senensis Custodiæ in vnum conuenientes CVSTODEM TVSCIÆ constituerunt P. MICHAELEM de Medicina Mediolanensem huius Prouinciæ alumnum, virum doctum & pium, semel & iterum Discretum, deinque Lateranensis Basilicæ in Vrbe Pœnitentiariũ

Anno 1606. die 29. Iulij apud Senalongam *Custodem* renunciarunt Pat. IOANNEM de IOVIO.

1609. die 26. Iunij, Florentiæ in Conuentu Omnium Ss. subrogarunt P. FRANCISCVM a FALTONA, virum zelotem, prudentem, ac timentem Deum.

1612. Die 6. Octobris, in Conuentu Omnium Ss. Florentiæ P. GENTILIS à BALNEO Æmiliæ Custodiatum suscepit, prudentissimè ad triennium rexit, & iterum reelegi promeruit.

*SERIES Tertia continuatur.*

...ensi Comissario Generali, Minister electus fuit P. CHRISTOPHORVS de Arena de Colle Vallis Elsę siue de Florentia dictus de quo tit. praecedi ser. 7. loquuti sumus vir doctus, celeberrimus Côcionator semel & iterum Prouincialis ac semel postea Definitor Generalis: qui summa prudentia & laude ad triennium praefuit, & profuit. Tandem grandaeuus in Conuentu S. Luchesij apud Podium Bontij; cui plurima bona per eum accesserant; quorū valor ad 1660. scuta argentea ascendere creditur āno 1633. vitam in meliorem commutauit.

1615. In Sacro Aluernae Monte die 28. Septembris Pręsidente Reuerendiss. P. Antonio de Teyo Vicario Generali totius Ordinis ad regendam Prouinciam assumptus est P. GREGORIVS de Raffina, vir prudens, & in agendis dexteritate multa praeditus, eiusdem sacri Montis Aluernae pluries proficuus pręfectus; qui summa ingenuitate ad quadriennium Prouinciam gubernauit inter Definitores Generales cooptari promeruit, & tandem in Conuentu S. Viualdi, die 2. Aprilis 1640. in aliam vitam translatus est.

1619. Florentiae, die 1. Iunij Presidente Reuerendiss. P. Benigno de Genua Ministro Generali, omnium consensu, & applausu Minister creatus est: pijssimus & zelantissimus P. NICOLAVS de SPINELLIS nobilis Senensis, vir potens opere & sermone, extremae paupertatis tenacissimus, vitae austerae sectator, rigidus sibi, mitis & placidus alijs; qui ad triennium aequa prudentię & pietat s laude commissum gregem gubernauit. Hic anno 1625. in Generali Capitulo Romae celebrato Guardianus

*SERIES Quinta continuatur.*

1615. die 30. Septembris, in sacro Aluernę Monte, P. PETRVS PAVLVS à Florentia subrogatus est.

1619. die 1. Iunij, Florentiae in Conuentu Omnium Ss. P. BERNARDINVS à Campilia Custos renunciatus est.

1622. die 16. Octobr. apud Sarteanū, P. GENTILIS à BALNEO praefatus iterum delectus est.

1625. Die 15. Nouemb. P. BONIFACIVS de PETRA SANCTA Minister Prouincialis electus, Obseruantibus & Reformatis praefuit ad triennium.

1628. Florentię in Conuentu Omnium Ss. die 8. Nouembris *Custos* electus fuit *P. Ioannes Baptista* de Casanuoua, quae anno sequenti è viuis abijt.

1629. Faesulis die 15. Nouembris P. PETRVS FRANCISCVS Florētinus subrogatus est in Custodem.

Anno 1632. Fesulis die 1. Octobr. P. ALEXANDER à BARGA Rector institutus fuit.

1636. Aluernae die 9. Aprilis, P. INNOCENTIVS à Cruce vir doctus, intrepidus, & in agendis prudens in Custodem renunciatus fuit; inde Procurator Reformatorum in Curia Romana, atquè demùm Tusciae Prouinciae Reformatae Minister.

1639. Apud Senamlongam, die 3. Martij, P. IOANNES BAPTISTA à MASSA Ducali, vir doctus, celebris Concionator, Custos electus fuit.

*Hic P. fuit vltimus Custos, & Primus MINISTER Reformatorum Fratrum in Tuscia: Hoc n. ipso anno, vel sequenti (nondum diploma licuit videre) 1640. Ss. D. N. Vrbanus Papa VIII. Custodes*

*Generales*

*SERIES Tertia continuatur.*

dianus sacri Montis Sion, Terræ Sanctæ Custos & Præfectus ac Commissarius Apostolicus designatus, dum in Palestinam proficisceretur, Puteolis in Campania eodem anno extremo morbo correptus, religiosissime quieuit in Domino, ibidem honorificè tumulatus. *Vide hominis istius praclaras animi dotes & virtutes Theat. 1. ordinis tit. 9. spectat. 9. n. 6.*

Anno 1622. Florentię, die 17. Aprilis Præsidente Reuerendiss. P. Bernarnardino Moncaluo Vicario Generali subrogatus est P. SERAPHINVS de Florentia, qui per tres annos cum dimidio pręfuit.

1625. Florentiæ die 15. Nouemb. Præsidente Reuerendiss. P. Bernardino de Senis Lusitano Ministro Generali, omnium suffragio in ministrū cooptatus est P. BONIFATIVS de PETRA SANCTA REFORMATVS, qui & Obseruantum & Reformatorum tenuit gubernaculum.

1628. die 3. Nouemb. Florentiæ, subrogatus Bonifatio P. IOANNES de PONSEVIO vulgo *Ponte à sieue*, Concionator & Lector Generalis, ac infrà duos menses, immatura morte, viuendi finem fecit.

Anno 1629. Defuncto, vti diximus, P. Ioanne Ministro, die 6. Februarij Florentiæ Reuerendiss. P. Antonio de Galbiato Commissario Generali præsidente subrogatus P. BONAVENTVRA à CASTELLINA PISTORIENSIS actualis sacræ Theologiæ in Conuentu Omnium Sanctorum Lector Generalis, insignis Ecclesiastes, magnæ expectationis vir atque, probitatis. *Verè hic Minister fuit, quia se suosque rem-*

*SERIES Quinta continuatur.*

*omnes Reformatorum* Ministros, Custodias Prouincias, Discretos Definitores *declarauit, constituit, & ita de catero eligi, appellari & conferri voluit, prout nunc eliguntur, appellantur & regunt.*

*Sequentium Pralatorum Reformata huius Prouincia Seriem damus sub titulo MINISTRORVM PROVINCIALIVM Prouincia Reformata Tuscia.*

# SERIES VI.

## MINISTRI REFORMATI IN HAC PROVINCIA REFORMATA TVSCIÆ.

P. IOANNES BAPTISTA à Massa vltimus Custos pręfatus, Vrbani Papæ VIII. decreto *Primus Minister* declaratus est.

Anno 1642. apud Montem Pulitianum die 22. Februarij, P. Ioseph de Valtellina huius Prouinciæ alumnus, secundus MINISTER subrogatus fuit.

1644. Aluernæ, die 1. Septembr. electus est P. IOANNES MARIA de ROCCHA Vallis Vrciæ.

1646. Fesulis die 21. Septembris P. PETRVS ANTONIVS à S. Petro in Balneo Aemiliæ successit.

1649. Fesulis; die 1. Octob. P. INNOCENTIVS à Cruce, Custos præmemoratus, Ministeriatus titulo Prouinciam gubernandam iterum suscepit & ad triennium rexit:

1652. In Conuentu Sergiani extrà Aretium Prouincialatus munus adeptus est P. GREGORIVS de Coretio.

1655. Die 20. Maij, Fesulis, subrogatus est P. ARCHANGELVS de



Frulciano

*SERIES Tertia continuatur.*

*tempore pestis, Christo, in luentibus ministrauit. Cum enim anno 1630. pestis in Tuscia saeuire cœpisset, & arcem sanctæ Miniatis pro luentibus, Conuentum nostrum verò pro conua esc ntibus in Nosocomium erexissent, & vtriusque Patribus Obseruantibus curam demandassent ipsis id operis flagitantibus, P. Bonauentura omnium caput, & Pater efficaci sermone ad tam mag m pietatis & charitatis opus hortatus strenuos inuenit & obtulit auxiliarios & ministros. At nec his contentus flagranti charitatis ductu exemplo suos confortauit, animauit, relicto namque Ministeriatus officio, posthabita vita propria ratione inter Ministros Xenodochij præfati seipsum addixcit: reductus tamen paulo post Serenissimi Magni Ducis ordinatione. At quod obtinere non potuit in Zenodechio inuenit in Conuentu Omnium SS. ubi infirmis dum ministraret, peste correptus feria 3. Maioris hebdomadæ die 15. Aprilis, anno 1631. migrauit ad Dominum.* V. de plura alia Theatr. 1. Ord. tit. 6 spect. 3. ser. 1. §. 4. & 5. tit. 8. spect. vnde ser. 1. §. 4.

Anno 1631. cum propter pestem Vocales congregari non possent, vt successorem Bonauenturę eligerent, Vrbanus Papa VIII. suo speciali diplomate die 15. Maij Ministrum declarauit P. CHERVBINVM Florentinum virum ingenuum, Zelum secudum legem habentem, qui laudabiliter & fructuosè ad triennium cum dimidio præfuit, ac tandem cum industria sua multa bona accessissent Conuentui omniũ Sanctorum eodem in loco, die 9. Iul. j, anno 1650. huic mundo vale dixit.

1634. Florentię, die 9 Octobris, omnium app. ausu, licet absens, & actualis sac.

*SERIES Sesta continuatur.*

Frešciano pro prima vice.

1659. Die 18. Februarij, in Conuentu Montis Caroli apud Castrum P. Ioan. Vallis Arni P. GREGORIVS de Petra sancta, vir prudens, pluries Sacri Montis Aluernæ Guardianus, Archangelo suffectus est. Obijt Fesulis die 1. Februarij 1680. ætat. suæ 77.

Anno 1661. Fesulis, die 13. Decẽb. Gregorio successit P. IOANNES BAPTISTA à Cutiliano, Theologus, & Concionator egregius.

1664. Aluernæ, die 18. Nouem. P. LEO a s. Petro in Balneo subrogat⁹ est.

1667. Senelongæ, die 29. Septembris. P. ARCHANGELVS de Fresciano præmemoratus secundò Minister renunciatus est.

1670. In Conuentu Montis Caroli Va lis Arni Superioris die 3. Ianuarij successit P. GENTILIS de Siluaplana, q ii hodie inter viuos superest.

1672. Die 29. Octob. in Conuentu S. Cerbonis extra Lucam, Præsidente Reuerendiss. P. Francisco Maria Ribin Ministro Generali subrogatus est P. IOANNES PAVLVS à BALNEO Aemiliæ Theologus & Concionator celebris, qui adhuc viuit.

1675. In Conuentu Montis Caroli præfati die 22. Augusti P. BERNARDINVS à Cutiliano Theologus & facundus Concionator Minister renunciatus est, & sospes est.

1678. Die 7. Decemb. in Conuentu s. Cerbonis extra Lucam Præsidente Reuerendiss. P. Francisco Maria de Cremona Commissario Generali Minister electus fuit P. BARTHOLOMÆVS de Contronio Lucensis, Concionator & Lector Generalis, qui in hodiernum vsq; diem ad clauum sedis

*SERIES Tertia continuatur*

sac. Theologiæ Lector in Conuentu SS. Annunciatæ Bononię in Ministrum assumptus est P. LVCAS BVSONIVS à Cutiliano: in Doctrina scoti versatissimus, Theologorum sui temporis facile Princeps, serui ius item Concionator, &c. (quod maximum est) religiosissimus vir, virtutibus cumulatus *(consule si places, Theatr. 1. Ordinis tit. 9. spe 7. 7. n. 16.)* qui tandem in Conuentu Pratensi, cui bona multa pariter cum illo venerant, relicta virtutum fama, suique desiderio viam vniuersę carnis ingressus est, die 5. Martij, anno 1654.

Anno 1637. Florentiæ die 3. vel 7. Septemb. P. EVANGELISTA à Momigno Pistoriensis, Lector Iubilatus, insignis in Italia Concionator, & scriptor, multiplici eruditione, ac rerum agendarum experientia commendatissimus, olim Minister Prouinciæ S. Didaci, Definitor Generalis, Vicarius item Generalis ad Ministeriatum Tusciç assumptus fuit qui tandem grandęuus Florentiæ, die 11. Septemb. anno 1646 Patribus appositus est.

*Vsque ad ista tempora, & præfatum Capitulum, in Comitijs Prouincialibus, & electione Patrum Definitorij conueniebant etiam Patres Reformati, nempe Custos, Guardiani, & discreti, in quibus vocem actiuam & passiuam habebant. Vnde vti diximus, anno 1625. Minister electus fuit P. Bonifatius de Petrasancta Reformatus, an. 1628. Custos Prouincialis fuit P. Dionysius de Cologuola Reformatus, an. 1629. P. Ioan. Maria à Cutiliano Reformatus, & anno 1631. ac iterum 1637: in præfato Capitulo P. Ioan. Baptista à Massa Ducali, qui (vti in fine seriei 5. & init. ser. 6. diximus) fuit vltimus Custos, & primus*

# SERIES VII.

*Premisimus suprà ser. 3. ad annum 1541. & 1584. dandam esse SERIEM SVPERIORVM Prouincialium Patrum Capuccinorum, ecce iam fide redimimus: sed non nisi nuda nomina, & electionum ordinem præstare possumus, quod accepimus, ab anno 1584 qui enim anteà præfuerint latent: & perijt memoria; & quidem ab anno 1534. Conuentus habere cœperunt in Tuscia, quorum primus fuit Conuentus Montis Pulitiani, breuique varijs in locis alios obtinuerunt antè annum 1540. circà qua tempora cœperunt loca in varias separare Prouincias seù Vicarias, vnicuique suum Vicarium Prouincialem constituere; sed defectu monumentorum Prouinciæ, quæ omnia vnus ignis turbo deuorauit, non nisi sequentes apparent igitur.*

*SVPERIORES PROVINCIALES PATRVM CAPVCCINORVM IN TVSCIA, VICARII primò deinde MINISTRI TITVLO DECORATI.*

## V I C A R I I.

Anno 1584. P. IGNATIVS de Orbeto primus eorum qui in Tuscia præfuerunt inuenitur cui.

1587. P. BERNARDINVS de Vzzano successit.

1590. P. DIONYSIVS Placentinus.

1593. P. MICHAEL ANGELVS Riminensis.

1596. P. GABRIEL à Monte Pulitiano

1599. P. INNOCENTIVS Pisanus.

1602. P. MICHAEL ANGELVS Pisanus.

1605. P. BERNARDINVS de Montecchio.

1607.

*SERIES Tertia continuatur.*

*primus Minister Reformatorum. Sed cum, (vti loc. cit. præfati sumus) Custodia Reformata ab Vrbano VIII. in Prouinciam erecta fuit Custos declaratus Minister, & discreti Definitores, vltra vocati non sunt nec interesse permissi.*

Anno 1640. Florentiæ, die 3. Nouemb. Minister renunciatus fuit ven. P. SEBASTIANVS OLIVERIVS de Petrasancta, disertissimus Theologus, actu Florentiæ Generalis Lector, iuuenis ætate, maturus sensu, morum probitate commendatus, virtute clarus, Serenissimorum Etruriæ Principum Theologus, à Serenis. Ferdinando Secundo in Confessarium exoptatus, humilitate adesse recusauit, Serenis. Cardinali Principi Leopoldo obedientia constrictus annis Decem, & octo obsequium præstitit gratissimum, ac tandem omnium mœrore, diutino languore consumptus, Florentiæ, die 11. Octobris, proh dolor! me præsente è viuis sublatus este, in medio chori tumulatus, hoc addito Epitaphio.

HIC IACET
P. SEBASTIANVS DE PETRASANCTA
PRÆCLARÆ VIRTVTIS.
ORD. MINOR. REG. OBSER.
OBIIT DIE XI. OCTOB.
AN. DOM. MDCLXXIV.

*Vide virtutes Theatr. 1. Ord. tit. 9. Spectac. 11. n. 15.*

Anno 1643. Senis, die 8. Decembris ex Definitore Minister renunciatus est P. PAVLVS RICADONVS a Virguletta Concionator & Lector Generalis Serenis. Ferdinandi II. Mag. Ducis Etruriæ Confessarius, à quo initiatus sum.

1646. Florentiæ, die 20. Septemb. præfi-

*SERIES Septima continuatur.*

1607. P. VICTORIVS de Cigoli.

1610. P. LAVRENTIVS Pistoriens.

1613. IGNATIVS de Orbeto secundò eligitur.

1616. P. LAVRENTIVS Pistoriensis præfatus iterum præfectus, fuit vltimus Vicarius Prouincialis, & PRIMVS MINISTER Tusciæ. Nam

*Anno 1619. Paulus V. Pontif. Max. per suam Bullam incip.* Alias felic. record. *sublata dependentia, quam ab exordio inierant P. Capuccini à Ministris Generali & Prouincialibus Patrum Conuentualium; videlicet, Vicarius Generalis, à Ministro Generali & Vicarij Prouinciales a Ministris Prouincialibus Conuentualium respectiuè confirmationem petere tenebantur; atquè omninò absolutis his Patribus à iurisdictione, potestate & authoritate Patrum Conuentualium; indulsit, vt independenter suum Institutum regerent, gubernerent; Superiores liberè crearent, Insuper, vt Vicarius Generalis deinceps MINISTER GENERALIS, appellaretur, Vicarij Prouinciales MINISTRI, & Superiores locales, qui item titulo Vicary domos regebant, ex tunc GVARDIANI titulo potirentur. Sequentes igitur Prouinciam administrarunt hoc titulo.*

## MINISTRI

PRIMVS MINISTER P. LAVRENTIVS GERIVS Pistoriensis Vicarius præfatus declaratus quibusdam mensibus vt talis præfuit, & alij successerunt.

An. 1619. P. Franciscus de Brixia.

1622. P. Ioannes Baptista à sexto.

1625. P. Vincentius Bracciolinius Patritius Pistoriens. 1628.

*SERIES Tertia continuatur.*

præsidente Reuerendiss. P. Ioanne de Neapoli Ministro Generali subrogatus est P. IOANNES MARIA BIAGINIVS à Cutilliano Pistorien. Concionator & Lector Generalis, vir doctus & probus, omnibus gratus, omnibus venerabilis, vir Principibus perquàm charus & familiaris per annos & quadraginta, videlicet ab anno 1629. ad 1675. quo è viuis abijt. Fuit.n. Theologus & Confessarius sequentium Serenissimorum Etruriæ Ducum Principumque, nempe, *Matthiæ* an. 1629. *Francisci* 1632 *Ioan. Caroli* Cardinalis, 1642. *Ferdinandi Secundi*, *& Cosmæ Tertij*, 1649. *Francisci Mariæ* 1669. atque principis *Ferdinandi* 1670. vir inquam intergerrimæ vitæ, quam tot annorum Princi pum & aulica conuersatio, non rerum affluentia temerauit, moderato semper victu contentus, & Monasticis disciplinis semper intĕtus. Et ne principum munificentia, ac pecuniaria subsidia paupertatem Minoriticā labefactarent, sequenti Pontificio induko præmuniri voluit.

*Dilecto filio, Ioan. Maria à Cutiliano Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de obseruantia nuncup. Professori.*

## ALEXANDER PP. VII.

*Dilecte fili Salut. & Apostol. benedictionem.*

R*Eligionis Zelus, vita ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, vt illa tibi fauorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna; Volentes itaque*

*SERIES Septima continuatur.*

1628. P. Ioannes de Incisa.

1631. P. Ioannes Baptista à Sexto pro secunda vice.

Anno 1635. P. Felicianus Placentinus.

1638. P. Thomas à Florentia.

1640. P. Ioannes Franciscus de Monte Leone.

1644. Thomas à Florentia præmemoratus.

1647. *P.* Paulus Franchius Pistor.

1649. *P.* Ioseph Dondosius Pistor.

1651. *P.* Thomas Florentinus tertiò electus est.

1654. P. Ioseph Maria de Montecarolo.

1658. *P.* Thomas à Florentia præfatus 4. electus est.

1660. *P.* Ioseph Maria de Montecarolo secundò electus est.

1662. *P.* Philippus de Florentia.

1665. P. Ioseph à Colle.

1668. *P.* Gregorius Senensis.

1671. *P.* Bernardinus de Aretio.

1674. *P.* Gregorius senensis præfatus. sed ętate & languoribus confectus post annum renunciauit.

1675. *P.* Andreas à Ponte Eræ: &

1678. *P.* Bernardinus Aretinus pro secunda vice electus actu regit & gubernat.

*SERIES Tertia continuatur.*

*te, qui vt asseris habitum per fratres Ord. Minorum S. Francisci de Obseruantia nuncupat. Gestari solitum suscepisti, & professionem per eosd. m emittis consuetam suo tempore expresse emisisti, regularem, ac à Confessionibus dilecti fily nobilis Viri Ferdinandi Etruriæ sibi subiectæ Mag. Ducis existis, fauore prosequi gratia specialis, & a quibusuis Excommunicationis suspen. & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine, quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum s. rie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, quod pro quiete & securitate conscientiæ sua eleemosynam tibi ab eodem Ferdinando Mag. Duce præstandam, per Syndicum Apostolicum, & personam fide & facultatibus idoneam in suas honestas & religiosas necessitates, tam in Domo regulari in qua de familia existis, quàm in itineribus per te pro tempore faciendis expendi facere: si quid verò supputatis præmissis ex eleemosyna huiusmodi superfuerit, illud in bonum tuæ Pistorien. aut aliarum Domorum Regularium tui Ordinis, aut in alia pietatis & charitatis opera à Superioribus tantũ dicti Ordinis approbanda conuerti seu erogari facere liberè & licitè possis & valeas Apostolica authoritate tenore præsentium licentiam concedimus & impartimur. Non obstantibus constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis & consuetudinibus, ceterisq; contrarijs quibuscunque.*

*SERIES Tertia continuatur.*

*Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Anulo Piscatoris, die 17. Augusti 1655. Pontificatus Nostri Anno Primo.*

Hoc fretus indulto, incred bile est quanta ex eleemosynis domus Mediceæ, & industria sua contulerit bona patrio Pistoriensi Conuentui. Claustrum instaurauit, Dormitoria adiecit & cellulas, officinas ampliauit ad meliorem formam reduxit, Ecclesiam sacra suppellectili, Bibliothecam libris ditauit locupletauit; nec mirum; ità Domus Mediceę acceptus erat, vt deficientibus alijs, vnus ipse omnium Serenissimę Familiæ exciperet Confessiones, consilia ministraret, plurimi eum faciebat Serenissima Margarita Aloysia Etruriæ Magna Ducissa. Et ne multis, de homine isto nunquàm satis; fuit enim pro patrio Pistoriensi Conuentu, ac pro ordine, pro Prouincia in vtraque CÆSAR, magna dixit, maiora fecit, obtinuit, impetrauit prudentia sua. & authoritate qua apud Principes apud Magnates pollebat. Denique grandæuus, animi & ægri corporis leuand. gratia in patrio Conuentu, beneficijs cumulato, profectus, ingrauescente morbo die 10. Augusti anno 1675. felicem dormitionem accepit & peculiari tumulo in cornu Euangelij aræ maioris conditus iacet.

Anno 1649. Florentiæ, præsidente Reuerendis. P. Daniele Dongo totius Ordinis Vicario Generali, omnĩ applausu, die 1. Octobris Minister renunciatus est P. ANTONIVS FRANCISCVS CABALLIVS EMPORIENSIS, ciuis senensis adscriptus olim Definitor & Custos, Lector Iubilatus

*SERIES Tertia continuatur.*

bilatus, Theologorum sui temporis nulli secundus, Concionator celeberrimus, Serenissimi Leopoldi Medicei Theologus, & ad vicennium à sacris Confessionibus acceptissimus, cuius munificentia plurima bona huic Emporiensi, in quo hęc scribo, Conuentui obuenerunt, suo loco in Theatro Chronologico recensenda; in quo tādem die 8. Nouemb. an. 1656. viam vniuersæ carnis ingressus, in medio Ecclesię tumulatus fuit; atque deinde hoc Epitaphio, in pariete in cornu Euangelij affixó, cohonestatus.

*Antonium Franciscum de Caballis Emportensem & ciuem Senensem è sacra Minor. Franciscanor. familia Concionatorem Generalem, Doctorem Rudiarium, ad summam Etruriæ Prouinciæ administrationem per gradus Ordinis prouectum, Serenis. Leopoldo Principi ab Etruria Theologum, nec non à Sacris Confessionibus per vicennium. A Petro Manero Seraph. Ord. Generali Præsule, post Episcopo Taraconense Principem in ItaliaT heologum proclamatum. Qualem porrò congressus publici triginta & amplius in primarijs Europæ Ciuitatibus demonstrarunt disertatorem profundissimum ac subtilissimum. Vita integerrimum moribus suauissimum. Heù! tam multis clarentem fulgoribus facem vnus turbo mortis extinxit, anno ætatis suæ 54. & die altero, salutis humanæ 1656. 6. Idus Nouembr. qui dies quō iam subtilissimi Scoti collega.*

*Antonius de Caballis filius fratris, Canonicus Emporiensis I.V.D. Monumentum posuit 1660.*

*Antonius Franciscus Caballius Prælector rude donatus,*

*SERIES Tertia continuatur.*

*ANAGRAMMA*

*Subtilis porrò ac prudens Armi Scotus fuerat, Ecclesię lumina donans.*

Anno 1653, Piscię die 15. Maij P. LVDOVICVS CACCIAGVERRA ab Vgliano, Ciuis Senensis adscriptus, anteà, & posteà Definitor, in Ministrum cooptatus est, qui tandem cum ab anno 1637. Serenis. Principi Matthiæ à Confessionibus extitisset, Florentiæ die 16. Maij 1665. è viuis migrauit.

1656. Florentiæ die 31. Maij, communi applausu & omnium suffragio ad Ministeriatum ascendit P. BENIGNVS BRVNIVS de Florentia, vir vndequaque magnus, Concionator Clarissimus, Lector Iubilatus, in doctrina Scoti versatissimus, olim Custos Tuscię ac Definitor Generalis, postremò (vti suprà par. 1. tit. 2. ser. 5. nu. 7. narrauimus) Vicarius, & Commissarius Generalis Cismontanus, quo in munere, Romæ die 29. Ianuar. 1679 diem clausit extremum.

1659. Senis die 18. Maij, successor accessit P. FRANCISCVS MANCINIVS Florentinus Theologus, Concionator Generalis, olim Prouincialis, & actualis Definitor Generalis, Metropolitanæ Florentinæ ac Fesulanæ Diœce, Examinator Synodalis: qui demum in patrio Omnium Sanctorum Conuentu, die 8, Nouemb. an. 1670. Patribus appositus est.

1662. Florentiæ 9. Iunij, subrogatus est P. IOANNES BAPTISTA de PVRIS à Burgo Collinæ, Ciuis Pratensis adscriptus, Concionator celebris, Lector Iubilatus, olim Serenissimorum Principum Matthię, ac Leopoldi,

SERIES Tertia continuatur

modò Francisci Mariæ Medices Theologus, & Confessarius acceptissimus; Metropolitanæ Florentinæ Examinator Synodalis, cuius animi dotes atque virtutes enarrare prohibet ipsius viuentis modestia; de quo item aliàs agemus.

1665. Liburni die 2. Maij Prouinciæ Rector conclamatus est P. BENIGNVS de SENIS, Theologus, Concionator, S. Officij in patria Qualificator, Volaterrarum Ciuis adscriptus, ac Examinator Generalis, nec non hoc anno 1679. Guardianus, ac olim Commissarius Visitator Prouinciæ Ianuensis, reliquis, quia viuit, supersedeo, laudes.n. tenere magis quàm audire contendit.

1668. Florentiæ, die 9. Maij, in Ministrum assumptus est P. FRANCISCVS MARIA MANCINIVS Flor. Francisci Mancini præfati germanus frater, ex MINIMO MINOR factus, virtute, sapientia atque præstantia omnium ferè maior est; Theologus eximius, Concionator Clarissimus, imò Concionatorum MONSTRVM ritè appellatus, Metropolitanæ Florentinæ, ac Fesulanæ Dioeces. Examinator Synodalis, S. Officij Consultor, & actualis Cæsareæ Capellæ Prædicator, olim Tusciæ Custos, ac Ordinis Definitor Generalis, omni honore, atque laude dignissimus, cuius virtutes longè lateque fama diffundit, Poemata, carmina, Elogiáque impressa satis loquuntur.

1671. Florentiæ, die 5. Iunij subrogatus fuit P. BLASIVS de DVLCIS Florentinus, insignis Ecclesiastes, Lector

SERIES Tertia continuatur.

ctor Iubilatus, S. Officij Qualificator, multiplici eruditione atque virtute ornatissimus adhuc superstes.

1674. Florentiæ, die 13. Iunij, ad Prouincialatū assumptus est P. IOANNES CAROLVS de BIAGINIS à Cutiliano, Concionator Generalis, LECTOR Iubilatus, Serenissimi Principis Cosmę, nunc Magnę Ducis Etrur. in peregrinatione Gallię Cisalpinæ Confessarius, ac actualis in patrio Pistoriensi Conu. Guardianus prouidus & zelantissimus.

Anno 1677. Florentiæ, die 5. Iunij capitulariter receptus & acceptatus fuit in Ministrum P. CELSVS MARIA BILLO nobilis Senensis, Concionator Generalis, & Lector Iubilatus, vir integerrimæ vitæ, summæ prudentiæ, ac singularis pietatis, qui antea à Clemente PP. X. speciali Diplomate Minister declaratus fuerat. Quique ob pręclaras animi dotes, & virtutum merita Commissarius Generalis in Curia Romana anno 1679. in Congregatione Generali, Romæ sub festum Pentecostes celebrata, institutus, vt iniuncto nouiter Officio ex æquo satisfacere posset, Prouincialatus renunciauit; Cuius vices strenuè gessit per annum A. R. P. BERNARDINVS GVASTI conciuis, Concionator Generalis, & Lector Iubilatus.

Denique anno 1680. die 9. Iunij Senis in Conuentu Capreolæ habitis Comitijs Minister Prouincialis renūciatus est A. R. P. Paulus de Vantinis à Portu ferrario, vir pius, doctus, & zelum habens secundum legem: Concionator Generalis, & Lector Iubilatus, qui actu præsideat & prodest. ASSES.

ASSESSORES habet

R: P. Michaelem Angelum Florentinum, Lectorem Generalem in Patria, Commissarium Terræ Sanctę, *CVSTODEM*

A. R. P. Iulianum de Luca, Lectorem Iubilatum aliàs eodem munere functum.

A. R. P. Bernardinum Guasti Senensem Lectorem Iubilatũ prememor.

R. P. Petrum Ioannem Florentinum Lectorem Iubilatum.

R. P. Iosephum Mariam a Ponseuio Lectorem Primarium Florentiæ.

Ex Indulto Sac. Congregationis præfatis accessit.

R. P. Bernardinus de Moneta Excellentiss. DD. Alberici Cybò Massę Ducis Primi Confessarius, qui tunc triennium Deffinitoriatus expleuerat.

DEFINITORES.

# OFFICIA PROVINCIALIA MINORA INTER OBSERVANTES.

*Recensitis MINISTRIS, Prouinciæ in capite Rectoribus & Ducibus, Collaterales ASSESSORES, qui, quasi Senatores Principi, eisdem MINISTRIS assident, assistunt, adlaborant (de eorũ enim consilio & voto grauiora negotia Prouinciæ tractantur, definiuntur, peraguntur,) recensendi veniunt. Hi duplicis generis sunt, alij CVSTODES, & hi præcipui, alij DEFINITORES appellati. Licèt autem Prouincia in pluribus diuisa sit Custodijs, antiquitus per totidem Custodes, dependenter tamen à Ministro Prouinciali, rectæ & gubernata; vnus, tantummodo tamen modò CVSTOS, sicuti vnus Minister eligitur inter Obseruantes. DEFINITORES verò quatuor numero sunt, & eodem tempore, atque ab eisdem Vocalibus eliguntur. quibus Minister & Custos, atque cum ipsis durant in officio.*

*Custodum munus in Regula præscribitur; dignitas & authoritas pro temporum exigentia limitata est, atque imminuta, sicuti & numerus: exordium verò habuit anno 1216. quo item Ministri creari cœperunt. DEFINITORVM titulus & munus saltem sub Gregorio IX. initium sumpsit, ipse enim Pontifex anno 1240 indulsit, vt Ministri Prouinciales vnà cum DEFINITORIBVS in Capitulis Prouincialibus examinare & approbare possent Fratres eisque (quod anteà solis Generalibus, virtute Regulæ, competebat) Prædicationis officium committere; vti patet in diplomate eiusdem Pontificis incip.* Prohibente Regula, *dat. Idibus Decembris Pontif. sui anno 14. apud Vuad. in Regest. tom. 1. pag. 49. n. 85.*

*At ne in abyssum, vnde gradum reuocare non possimus, descendamus, SERIES tantumodo dabimus CVSTODVM Minor. OBSERVANTVM, & REFORMATORVM*

*RVM, qui ab anno 1523. officio functi sunt. DEFINITORVM item ab eodem tempore, & illorum solummodo, quorum nullam hactenus mentionem fecimus, neque fortè deceatero facienda erit; eorum, videlicet, qui alia maiora officia aut dignitates non sunt assequuti. CVSTODES PROVINCIALES (loquor de Obseruantibus) ità appellari cœperunt Leonis X. indulto anno 1517 anteà Discreti nuncupati, usque ad annum 1561. non eligebantur, nisi eum instabat tempus Capituli Generalis, ideoque ante Leonem præfatum Discreti, posteà Custodes vocales vocati sunt, atque etiam CVSTODES CVSTODVM, quo titulo potiri cœperunt ab anno 1245. vigore diplomatis Innocentij IV. incipien. Ordinem vestrum. Dat. 18. Calend. Decembris Pontif. sui an. 3. habetur apud Vuad. tom. 1. an. 1245. n. 16. in quo decreuit, ex Custodibus Prouinciæ unum eligendum esse, qui ad electionem Ministri Generalis accederet, suffragium ferret. Item CVSTODES ab anno præfato 1523. ad 1637. modò ex Obseruantibus modò ex Reformatis assumebantur, similiter, & DEFINITORES usque ad annum 1597. Ex tunc vero unaquaque Scholes suum sibi Custodem, suos Definitores eligit usque in hodiernum diem; qui quidem Definitores ab initio annuales tantum erant, posteà & ipsi triennales, sicuti Ministri, & Custodes quibus assistunt.*

CVSTODVM itaque & DEFINITORVM præfatorũ nomina sequentibus Seriebus dabimus: electionis, &, quorum innotuerit, mortis tempus assignabimus.

## SERIES VIII.

### RR. PATRES CVSTODES PROVINCIALES IN TVSCIA AB ANNO D. MDXXIII.

ANno 1526. Primus Custos Andreas a Monte Pulitiano.

1529. CVSTOS CVSTODVM P. FRANCISCVS Aretinus, qui & Minister.

1638. P. ALEXANDER Gaius Pistor. qui & Ministe. præfuerat, Custos anno 1535.

1541. P. IOANNES de Sthya, olim Pro

## SERIES IX.

### RR. PATRES DEFINITORES PROVINCIALES IN TVSCIA AB ANNO D. MDXXIII.

P. Angelus Carduccius Florentinus electus anno 1524. obijt Florentiæ in obsequium luentium, anno 1527.

P. Angelus à Raffina electus 1525. 1528. 1531. & 1547. obijt Aretij die 26. Septemb. 1559.

P. Antonius Pisanus electus 1525. 1528. & 1534. Obijt in patria an. 1544.

P. Antonius à Decimo Lucensis electus

*SERIES Octaua Custodes.*

Procurator Generalis, ac quater Definitor Prouincialis, obijt Aluernæ anno 1560.

1545. P. IOANNES à Camaiore, postea Minister.

1547. P. FRANCISCVS Guidettus Florentinus olim Minister demum Custos anno 1549.

1551. P. HIERONYMVS Pistoriensis, obijt in patria anno 1554.

1553. P. FRANCISCVS Bartholomæius Florentinus, posteà Minister.

1558. P. FRANCISCVS Aretinus præfatus.

1561. P. SILVESTER Puppiensis, olim Minister.

1564. P. PAVLVS de Souaggio, posteà minister.

1567. Gregorius de Raffina, obijt Guardianus Aluernæ 1569.

1571. Berardus Dragoncinius à Florentia; olim Minister.

1573. P. PAVLVS à Souaggio præfatus.

1580. P. CLAVDIVS Lyppi à Colle Vallis Elsæ, vir doctus, & pius ac Concionator facundus, Hic inuenit Corpus B. Luchelij, & honorificè transflatandum curauit anno 1582. obijt in Conuētu Podij Bonitij circa an. 1612.

158 . P. DANIEL Gallettus Senensis, posteà Minister.

1590. P. LVCAS Mencolinius à Castiliano subtilissimus Scotistarum sui temporis, obijt Neapoli hoc ipso anno.

1597. P. LINVS Moronius Florentinus, posteà Minister.

1600. P. GABRIEL Strozzi nobilis Florentinus, Theologus & Concionator celeberrimus, Strictioris Obseruantiæ Alumnus, olim Definitor, qui an. 1617.

*SERIES Nona Definitores.*

ctus 1543. & 1548. olim Commissarius substitutus pro fabrica S. Petri de Vrbe.

P. Antonius Emporiensis electus 1547. 1555. 1559. & 1565. senectute lumine orbatus obijt in patria an. 1575.

P. Andreas Baldesius Florentinus electus 1563. obijt Florentiæ an. 1597. mense Decemb.

P. Alexander Bambi Florētinus electus 1565. eodem anno obijt in patria.

P. Alexander a Monte Mignaio electus 1573. 1581. & 1589. obijt Aluernæ 7. Ianuarij 1603.

P. Angelus à Senalonga electus 1580. & 1584. obijt in patria 1588.

P. Albertus de Sarteano elect. 1603.

P. Alexander Bandinellius nobilis Senensis electus 1615.

P. Archangelus Figlinccius Senensis electus 1622.

P. Angelus Maria à Massa Ducis Lector Iubilatus, electus anno 1625. obijt 1630.

P. Albertus à Massa Ducis electus an. 1628 obijt 1634.

P. Antonius à Massa Ducis electus 1628. obijt in patria die 22. Aprilis 1672.

P. Angelus à Siluaplana electus 1631. obijt Liburni 1636.

P. Ægidius à Radicondulo electus 1634. piè obijt in patria die 11. Martij an. 1656.

P. Bernardinus Ducchinius Lucensis electus 1533 1539. 1542. & 1550. hoc ipso anno in Conuentu S. Laurentij Bibienæ diem clausit extremum.

P. Baptista à Panzano, vir pijssimus electus 1538. & 1541. Florentiæ sanctè fine quieuit an. 1554.

P. Bernardinus de Licciano electus 1570. obijt Pisis 1586. P. Ber-

*SERIES Octaua Custodes.*

1603. P. ANTONIVS de Tempis Florentinus, Lector, & Concionator Generalis, ac olim Definitor. Obijt Florentiæ in patrio Omnium SS. Conuentu anno 1611.

1606. P.

1609. P. IOSEPH à Castilione, Lector Generalis, qui eodem anno, mens. Decembris, in Cunuentu S. Romani Fratribus appositus, subrogatus fuit, P. FELIX à S. Marcello Pistoriesis, qui in patrio Iacherini Conuentu anno 1637. vitę cursum absoluit. 1612.

1612. P. OCTAVIANVS Spatarius de Incisa, olim Minister.

1615. P. VINCENTIVS de Sarteano Ministrj officio functus.

1619. P.

1622. P. IVLIANVS de Luca, posteà Definitor, & inter Ministros deputatus, obijt in patrio Conuentu an. 1648. die 31. Iulij.

1625. P. COSMVS de Florentia.

1628. P. DIONYSIVS de Cognola Lucensis Reformatus.

1631. P. IOANNES BAPTISTA à Massa Ducali Reformatus, posteà Custos, & Minister Reformatorum,

1634. P.

1637. P. IOANNES BAPTISTA à Massa præfatus.

1640. P. OCTAVIANVS de Momigno Lector & Concionator Generalis, obijt in patrio Pistoriensi Conuentu die 24 Martij 1647.

1643. P. BENIGNVS de Brunis, postea Definitor Generalis, Minister Prouincialis, ac Commissarius Generalis.

1646. P. MINIATES Florentinus, Concionator & Lector Generalis, ac Terræ

*SERIES Nona Definitores.*

P. Bernardinus Senẽsis electus 1591 obijt Grosseti 1595.

P. Benedictus Fantonius Lucensis Theologus, Poeta, ac Concionator celeberrimus electus 1640. Religiosissimè obijt in patrio S. Franc. Conu. die Iulij.

1648. Venerabilis seru. Dei Bartholomæus à Salutiuo, qui posteà Reformatorum Custos, anno 1600. denique sanctitatis fama clarus, & miraculorum gloria choonestatus à Domino, Romę an. 1617. dormitionem accepit.

P. Bartholomeus à Cocciglia Lucensis electus 1543. varijs inde in Prouincijs Commissarius Visitator, nempe, Romanæ, vtriusque Calabriæ, S. Nicolai, Mediolani, S. Thomę, Placentiæ obijt anno 1664. die 9 Nouembris.

P. Bonauentura de Liburno, Terræ Sanctę Commissarius, electus an. 1656. obijt in hoc Conuentu Emporij anno 1661.

P. Bonauentnra de Contronio Concionator & Lector Generalis, electus anno 1665. obijt apud Castrum nouum die 5. Augusti 1670.

P. Bernardus de Luca Lector, & Concionator Generalis, declaratus ab Alexandro VII. anno 1659. obijt in patria die 12 Aprilis 1670.

P. Bernardinus Tamburaccius Florentinus Concionator Generalis, Lector Iubilatus, declaratus à Sede Apostolica anno 1674.

P. Benedictus Poccionius à Castilione electus 1665. hac anno Guardianum agit in Conuentu Cortonensi.

P. Bernardinus de Moneta Confessarius Eccellentissimi Alberici Cybo Massæ Ducis, actualis est Definitor per Confirmationem.

P. Bo-

*SERIES Octaua Custodes.*

Terre Sanctæ Commissarius in Tuscia.

*1649.* P. THOMAS à S. Petro in Balneo, Prędicator & Lector Generalis. Objit in patrio Cœnobio, die 8. Ianuaris *1673.*

*1653.* P. ANTONIVS FRANCISCVS Caballius Emporensis, prius Minister.

*1656.* P. IOANNES MARIA à Cutiliano, olim Minister, vtix iximus. Hic Serenissimorum Principum obsequio addictus, cū ad Capitulum Generalem Toleti celebrandum anno in sequenti *1657.* accedere non posset, munus Custodiatus renunciauit; & eius loco canonicè suffectus est.

*1757.* P. *BONAGRATIA de Cirelio* Pistoriensis, vir doctus & pius, Examinator Synodalis Pistoriensis, prudens Cœnobiorum moderator, feruidus Cōcionator, feruidus & spiritu, regularis disciplinę tenax, morum grauitate, vitę probitate commendatus, pia conuersatione & virtute venerandus; in patrio lacherini extra Pistorum Conuentu virtutum fama relicta, die 7. Octob. *1678.* religiosissimè quieuit in Domino.

*1659.* P. IOANNES BAPTISTA à Burgo Collinę, postea Prouinc. viuit.

*1662.* P. CELSVS Florentinus Theologus, Concionator Generalis, prudenti regimine, atque præclaris animi dotibus commendatissimus, viuit.

An. *1665.* P. FRANCISCVS MARIA Mancinius de Florentia, posteà Minister Prouincialis, ac Definitor Generalis, viuit.

*1668.* P. CHERVBINVS de Bibiena Lector Iubilatus, Concionator Celeberrimus

*SERIES Nona Definitores.*

P. Bonauentura Baldoccius de Florentia Prædicator celeberimus, Lector Iubilatus, magnæ expectationis vir electus *1677.*

P. Cherubinus Malegonnellius Florentinus ex Commissario Prouinciali Definitor electus anno 1523. in Sacro Aluernæ Monte anno 1527. dum peste laborātibus inseruiret, peste correptus obijt.

P. Bartholomæus de Romena, Lector Iubilatus, electus *1677.*

*P.* Clemens Florentinus, electus anno 1540. eodem in patriam ex patria abiit.

*P.* Carolus Beroardi à Castillione, nobili ortus genere, Medceorum consanguineus, prius Canonicus Regularis, inde Miles, postremò Minorita, Definitor electus anno 1577. & 1578. posteà Minister *P*rouinciæ Terræ laboris, in qua Minoribus nomen dederat, denique Romæ in Conuentu Aracælitano anno 1592. *P*atribus appositus est.

*P.* Cosmas à S. Marcello *P*istorien. electus an. 1592. posteà Commissarius *P*rouinciæ Senensis illo anno à Florentina diuisæ, in patrio *P*istoriensi Conuentu anno 1620. è viuis abiit.

*P.* Celsus Florentinus electus 1619. posteà Episcopus Ciuitatis *P*lebis.

*P.* Christophorus à *P*onte ad Seuem Concionator egregius, actualis sacræ Theologiæ Lector Generalis, in Conuentu Omnium sanctorum Florentiæ, magnæ probitatis ac expectationis vir, electus anno 1646. Florentiæ omnium mœrore Anno 1649. mens. Septembris naturæ debitum soluit.

*P.* Celsus à s. Flora vir solertissimus sacro

rbetrimus, Serenissimi Magni Ducis Etruriæ Theologus, agit in humanis.

1671. P. PIVS PICCOLOMINEVS Senensis, prius & posteà Definitor successivè, viuit.

1673. P. IOANNES BAPTISTA Particinius de Florentia, sæpius prouidus & proficuus Guardianus Conuentus Omnium Sanctorum Florentiæ, in quo superest.

Anno 1677. P. IOANNES CAROLVS de Cutiliano, olim Definitor, & Minister, modernus Guardianus in patrio Pistoriensi Conuentu. Qui anno insequenti 1678. officio spontè renunciauit, atque die 3. Iunij eiusdem anno 1678. subrogatus fuit P. LVCAS BORI a Cutiliano, Concionator, & Lector Generalis. *Ecce quos accepi, quos inueni Custodes, defunctos, aut viuentes restitui.*

## SERIES X.

### RR. PATRES CVSTODES IN HAC REFORMATA PROVINCIA TVSCIÆ AB ANNO MDCXL.

Anno 1642. Patres Reformati, quorum Custos Minister Vrbani VIII. Sum. Pont. Decreto declaratus fuerat, & Discreti Definitores, ac Custodia in Prouincia erecta erat, vti alias præmonuimus, *Primum Custodem Prouincialem* elegerunt, fuitque P. Ambrosius à Valico Capheronianus.

1644. P. Petrus Paulus à Burgo Lucensi, 1646.

*SERIES Nona Definitores*.

(sacro ne donauit habitu 1645.) & moribus commendatissimus, electus anno 1659. vitæ curriculum absoluit.

P. Camillus Marii de Benuenutis Florentinus, magis prudentissimus, cui multum omnino debeo, ipso enim in hoc Emporiensi Conuentu agente, regente, guberuante, iam ad quinquennium his meis opusculis sociosis operam dare licuit, electus an. 1671. Pater meus est etiam hoc anno 1679.

P. Constantius Lucensis, prudens Conuentuum & Monasteriorum Rector electus anno 1674. viuit.

P. Carolus à Collodio Lucens, Concionator Generalis, Lector Iubilatus, Definitor, & celeberrimi Monasterij s. Michaelis Lucæ Cōfessarius actualis.

P. Dominicus S. d rinus nobilis Florentinus, electus anno 1539. & 1537. obijt in patriam 1549.

P. Eusebius à Mignano electus 1580. 1581. & 1588. obiit Florentiæ 1591.

P. Franciscus a Prato electus 1513. & 1528. obiit in oppido Campi dum ibidem per Quadragesimam concionaretur, anno 1529.

P. Franciscus de Florentia, electus 1524.

P. Frãciscus Hispanus electus 1524, & 1529. obiit Florentiæ 1545.

P. Franciscus Pisanus electus 1526, 1529. 1532. 1535. ac 1540. obiit in patria anno 1543.

P. Franciscus Miccerius Florētinus electus 1542. centenarius obiit Florētiæ 1599. virtutum odore relicto.

P. Franciscus Galantinius Florentinus, electus 1573. obiit in patria 1580.

P. Franciscus Hispanus alius, electus 1567. senis obiit 1593. P. Fran-

*SERIES Decima continuatur.*

1646 *P.* Ioannes Baptista à Cutiliano, posteà Minister.

1649. *P.* Ambrosius à Vallico præfatus, posteà Confessarius in Regio Monasterio S. Claræ Neapolis, & denique senio confectus, lumine orbatus, Fesulis anno 1677. Patribus appositus est.

1652. *P.* Ioannes Chrysostomus à Lugliano.

1655. *P.* Franciscus Florent. Theologus, posteà Definitor, ac Neapoli in Regio Monasterio S. Claræ Confessarius, viuit.

1659. *P.* Ioseph. de Luca.

1661. *P.* Leo à S. Petro in Balneo, posteà Minister.

1664. *P.* Iulius à Monte Ignoso, priùs ac posteà Definitor.


1667. *P.* Franciscus à Rouezzano.

Anno 1670. *P.* Albertus de Abbatia S. Floræ celeberrimus Concionator semel & iterum in partibus Missionarius, viuit.

1672. *P.* Iulius de Monte Ignoso præfatus, etiam Guardianus S. Mariæ Magdalenæ Neapolis, obiit grandæuus in Conuentu s. Cerbonis extrà Lucam anno 1678.

1675. *P.* Ioseph de Clanciano, deindè Commissarius Visitator Prouinciæ Corsicæ, viuit.

Anno denique 1678. *P.* Octauianus à S. Petro in Balneo Theologus, & Concionator, adhuc in officio durat.



SERIES

*SERIES Nona continuatur.*

P. Franciscus pisanus alius, electus 1597. & 1609.

*P.* Franciscus de Luca electus 1591.

*P.* Franciscus Nobili Volaterranus, insignis Ecclesiastes, Theologus eximius, cùm annis 20. & vltrà in præcipuis Italiæ studijs sacram Theologiam legisset, electus 1600. & 1609. haud multis post annis in pace quieuit.

*P.* Franciscus à Balneo Aemiliæ, celebris Concionator electus 1615. & 1628. obiit in Conuentu Incisæ die 25. Octobris 1644.

*P.* Franciscus Crucianus à Sartheano, electus 1622.

*P.* Franciscus à S. Sophia electus 1625.

*P.* Guidus à Castillione, electus 1534. 1546. & 1549. obiit in Patria anno 1577.

*P.* Gregorius à Rassina electus 1565 obiit Bibienæ 1569.

*P.* Gabriel à Contronio Lucens. electus 1591. obiit apud saxum Ferrinum agri Senens. die Sabbathi Sancti, anno 1598. cum ibidem Concionatoris munus obiret.

*P.* Gregorius de Pazzis nobilis Florentinus electus 1594.

*P.* Gregorius Cortonensis electus an. 1640. obiit in patria 1648.

*P.* Gregorius della Bella Florentinus, Lector Iubilatus electus 1649. obiit in patria die 17. Ianuarii 1660.

*P.* Hieronymus à Castronouo Capheroniç, vir doctissimus electus 1544 1550. & 1552. obiit in Conuentu Burgi Lucensis 1556.

*P.* Hieronymus Pistoriensis electus 1552. anno 1553. Prominister missus est Salmanticæ ad Capitulum Generale, obiit in patria anno 1554.



P. Hie-

*SERIES Nona Definitores.*

P. Hieronymus Aretinus electus 1556. 1559. & 1563. obiit in Conuentu Pratensi 1564.

P. Hieronymus Lucensis, electus 1558. & 1566. obiit in patria 1568.

P. Hilarion Violij Flor. electus 1586. postea Commissarius Prouinciæ, indefessus in laboribus, & litterarijs certaminibus, grandæuus, dum an. 1607. Lucæ Sacram Teologiam legeret, requiem accepit.

P. Hieronymus à Souaggio, electus 1600. & 1609. non sine sanctitatis opinione, die 15. Iulij, anno 1611. in Conuentu Palci extra Pratum migrauit ad Dominum.

P. Hieronymus Tombini à Pomezzana, electus 1668. viuit.

P. Ioannes Baptista à Ricorboli electus anno 1526. 1529. & 1533. qua vixerat sanctitate obiit in Conuentu Montis S. Miniatis propè Florentiam 1537.

P. Ioannes à Vicchio electus 1529. 1532. obijt in patrio Mugellano Conuentu 1539.

P. Ioannes Pisanus, electus 1531.

P. Iulianus à Cauallina Mugellanus, electus 1542. profuuus patrii Cœnobii moderator, de quo etiam Historiolam scripsit; ferè centinarius ibidem obdormiuit 1568.

P. Ioannes Antonius de Galileis, nob. Florentinus, electus 1544. obiit in patria 1556.

P. Iustus à Camaiore Lucensis, electus 1556. Lucæ in patrio Conuentu obijt 1562.

P. Ioannes Baptista à S. Cosma Senensis, electus 1570. & 1572. obijt in Conuentu Prati 1587.

# SERIES XI.

## RR. PATRES DISCRETI ET DEFINITORES PROVINCIALES In HAC PROVINCIA REFORMATA TVSCIÆ AB ANNO MDCII.

*CVM CVSTODEM per se ipsos Patres Reformati eligere cœperunt, etiam cum ipsis Viros quosdam Discretos, quorum consilio negotia Custodiæ tractarentur, eligere cœpisse credendum est; sed deputatorum numerus & nomina vsque ad annum 1602. desiderantur, ab isto igitur anno exordium sumendum erit. Et qui primò DISCRETI titulo vsque ad 1642. eligebantur, deinceps DEFINITORIS; priùs DISCRETORVM, postea Definitorum nomina dabimus; Vndè.*

## DISCRETI

P. Alexander de Monte ingegnoli, electus 1622.

P. Albertus à S. Cassiano, 1632.

P. Adrianus Senensis, 1639.

P. BONAVENTVRA MORRONIVS de Petra Sancta, electus 1603 obijt inter Obseruantes in patrio Sancti Francisci Conuentu ferme centenarius, anno 1649.

P. Bernardinus a Barga 1636.

P. Electus à Lammari Lucensis, electus 1609.

P. Fabritius de Scansano 1622.

P. Franciscus à Senalonga 1636.

P. Hieronymus de Aretio 1619.

P. Franciscus à Menabbio Lucensis 1636.

P. Laurentius de Cardoso, vir doctus,

P. Ioann.

*SERIES Nona continuatur.*

P. Ioannes Baptista à Valico Capheronię, electus 1581. & 1590. obiit Bargę in Conuentu S. Francisci an. 1594.

P. Ioannes Lucensis, electus 1586. & 1589.

P. Ioannes Baptista Baldonius à Massa Ducali, Lector Generalis, facundus Concionator, semel, & iterum Sacri Montis Aluernæ, ac Omnium Sanctorum Florentiæ Guardianus, vir probatæ virtutis, & integritatis, electus 1551. obijt Florentiæ an. 1602. vbi Venerabilis Monasterij S. Clarę Confessarius erat.

P. Ioseph Lucensis, electus 1594. posteà Lateranensis Basilicæ in Vrbe Pœnitentiarius, ibidem anno 1597. mortalitatem deposuit.

P. Iacobus Torricellius de Incisa, electus 1597. posteà Confessarius Serenissimæ Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ, & Marsiliensis Episcopus: in sua sede circa annum 1618. carnis sarcinam deposuit.

P. Iulius à Monte Ignoso, electus 1603. eodem anno Lucæ, de Mense Maij Patribus appositus est.

P. Iacobus à Cocciglia Lucensis Lector Generalis, electus 1603. anteà Commissarius Prouincialis, Lucæ ann. 1607. è viuis abijt.

P. Ioannes à Bibiena electus 1606. in Sacro Aluernæ Monte, vbi Guardianus erat, an. 1617. naturæ debitum soluit.

P. Ioannes Lucensis alius, electus 1612. & 1619.

P. Innocentius de Anglario, electus 1619.

P. Iacobus Peri Pistoriensis insignis Theologus & Concionator, ac Serenissimi

*SERIES Vndecima continuatur.*

ctus, celebris Concionator, & Scriptor electus 1615. & 1622. obijt grādæuus circa annum 1555.

P. Laurentius Campana à Burgo Lucensi Concionator egregius 1619.

P. Marcellinus à Magliano 1609.

P. Nicolaus à Monte Vrsario 1612. ac 1625.

P. Philippus à Bononiana 1606.

P. Petrus de Florentia 1628.

P. Prosper de Terelio 1628.

P. Philippus à Valico, vir pius & timoratus, electus 1639. sanctè fine paulo post quieuit in Domino, apud Senamlongam.

P. Petrus Antonius à S. Petro in Balneo, electus 1639.

P. Stephanus à Parriana 1632.

P. Vitalis à Valico pius & doctus 1625.

P. Vincentius a Senalonga, electus 1639. *fuit de vltimis Discretis; de cætero enim Vrbani VIII. decreto Definitores appellati sunt.* vnde.

## DEFINITORES REFORMATI.

P. Accursius à S. Petro in frassino, Clusentinus, Theologus & Concionator, electus 1655.

P. Angelus Maria à Cutiliano, insignis Theologus & Concionator 1659. viuit

P. Albertus à Sartheano Concionator celeberrimus, 1661. viuit.

P. Albertus ab Abbatia S. Saluatoris 1667.

P. Bernardinus à Radicofano 1665.

P. Basilius a Casabasciana Theologus, & Concionator, 1675. viuit.

P. Bernardinus de Piscaglia Theolo-

tiſſimi Ferdinandi Secundi Mag. Ducis Etruriæ Confeſſarius, electus 1627. obijt Florentię d e 7. Decembris 1635

P. Ieremias Florentinus electus 1625. obijt circa annum 1635.

P. Iacinthus Burgheſius nobilis Senenſis, electus 1643. obijt in patria, die 28. Martij 1165.

P. Ioannes Baptiſta de Gaſſano, electus anno 1656. oBijt, abijt in Conuento Podij Bonitij 16 ....

P. Ioſeph de Clanciano Lector & Concionator Generalis, declaratus ab Alexaudro VII. anno 1662. viuit Guardianus in Conuentu Montis Ilcini.

P. Iacintus à S. Caſſiano, Lector & Concionator Generalis, annnis duodecim Secretarius, electus 1665. poſteà Commiſſarius Viſitator Seraphicę Prouincię S. Franciſci, modò Patrium regit Conuentum.

P. Ioannes Baptiſta à Maſſa Ducali Concionator & Lector Generalis, Excellentiſſimi Maſſæ Ducis Confeſſarius electus anno 1665. at denuò 1674. an. ſequenti 1675. die 6. Maij ex patria in patriam abiturus abſceſſit.

P. Ioannes Franciſcus à Contronio Lector & Concionator Generalis, electus 1649. obijt Lucæ die 23. Iannar. 1663.

P. Ioſeph à Saturnana Piſtorienſ. Lector Iubilatus, olim Commiſſarius Viſitator Prouinciæ Ianuenſis, electuss 1659. obijt in patrio Piſtorienſi Conuentu die 23. Iul j 1675.

P. Iacobus à Mommio. electus 1662. obijt in Conuentu Fiuizzani die 12. Iulij 1673.

*P.* Iulianus de Luca Concionator Generalis, Lector Iubilatus, electus 1668.



gus, & Concionator, Definitor actualis.

P. Bernardinus à Senalonga 1678. Definitor actualis.

*P.* Cyriacus à Sarteano 1646.

P. Chriſtophorus à Bibiena 1670.

P. Dionyſius à Colognola 1655.

P. Euangeliſta à Cutiliano 1664.

P. Franciſcus à Menabbio 1649.

P. Fortunatus à Vithiana, 1659. viuit.

P. Franciſcus à Sthya, 1672.

P. Franciſcus à Cutiliano 1678. Definitor actualis.

P. Georgius à Florentia 1644.

P. Hieronymus de Flor. 1649. & 1664

*P.* Gabriel à Roccha S. Caſſiani 1675.

P. Gentilis à Siluaplana 1659.

*P.* Ioannes Maria à Roccha Vallis Vrciæ electus 1552. 1664. ac 1672.

P. Iuniperus Senenſis, electus 1655.

*P.* Ioſeph à Caſtellioncello 1642.

P. Ioannes Franciſcus Flor. 644.

P. Iulianus à Barberino, electus 1644. & 1661. viuit.

*P.* Ioſeph de Aretio, 1661.

P. Iacobus a Palleroſo, 1664.

P. Ioannes a S. Quirico 1670.

P. Ioſeph de Cerreto 1682.

P. Laurentius a Pratoueteri 1649

P. Ludouicus de Aretio 1664.

*P.* Michael de Strada 1675.

P. *P*etrus Frãciſcus à Vithiana, 1646.

P. *P*etrus *P*aulus Florentinus. 1675.

P. *P*etrus Ioannes de Strada 1678 actualis Definitor.

*P.* Seraphin. à Roccha S. Caſſiani 1642

*P.* Sanctes à Seſto Theolog. & Cõcionator, electus 1675. nunc Neapoli in Regio Monaſt. S. Claræ Confeſſari us

*P.* Ruffinus de Trino 1652. &

*P.* Vincentius à Senenalonga electus anno 1649. *reliqui exciderunt:*

SERIES

*SERIES Nona Definitores.*

1668. atque iterum 1680.

P. Ioannes de Ponseuro, electus 1674. patrium gubernat Conuentum.

P. Laurentius Minocchius de Luca, electus 1534. 1538. 1541. & 1544. Lucæ in patria 1547. obdormiuit.

P. Liuius de Petra, Aluernicola, electus 1591. Aluernæ die 21. Aprilis an. 1602. mortalitatem exut.

P. Laurentius Campana à Burgo Lucensi Theologus & Concionator famosus, electus est 1606.

P. Laurentius à Lamnare, Lucensis, Theologus, Concionator, Linguæ Arabicæ Lector Romæ ac Florentiæ, electus est anno 1631. Vir in iuuentute facetijs addictus, ità bellè, scitè, venustè, argutè, ingeniosè, festiuè lepidèque iocabatur, modestè tamen, vt singulis verbis risum excitaret, audientes mira voluptate perfunderet; at tandem, missis facetiis, cum timore & tremore, lachrymis & gemitibus per multos annos salutem suam operatus est; verus Minorita vel tunc factus, exemplar honesti, virtutum forma, fructibus igitur dignis pœnitentiæ onustus die 30. Aprilis, anno 1659. in Conuentu Lucensi lætus migrauit ad Dominum.

P. Ludouicus à Collodio. Lucensis, Concionator, & Lector Generalis, electus 1646; sub isto postea pietatis diuinæ argumento transiuit ex hoc mundo. Longa & molesta infirmitate præuentus, rebus animæ compositis, Infirmarii curę se commisit. Sæpiùs interim immobilis & attractus in lecto decubuit; tandem die 24. Februarii, 1660. præ solito se alleuiatum sentiens, in Ecclesiam profectus præmissa speciali quadam animi teneritudine, quasi corde præsago vltima foret, sacramentali Confessione, summa deuotione sacrum fecit in Altari, quo absoluto, in cellulam reuersus, repentina morte sublatus est.

P. Ludouicus à S. Petro in Balneo Theologus, Concionator, & ad plures annos Tyronum Magister, electus 1656. postea in Conuentu Pontis ad Seuem die 22. Iulij 1660. e viuis abijt.

P. Laurentius à Ghiuizzano, Lucensis, Concionator Generalis, Lector Iubilatus, Lucanæ Diœces. Examinator Generalis, Ecellentissimæ Reipublicæ Theologus, electus 1671. Lucæ summa in extimatione præsenti luce fruitur.

P. Matheus de Sthya eruditissimus Theologus, & insignis Ecclesiastes, electus 1524. 1527. 1530. 1533. & 1536. obijt in Conuentu Sergiani extra Aretium anno 1548.

P. Mattheus de Florauantis, nobilis Pistoriensis, electus 1540. obijt in patrio Conuentu 1553.

P. Marianus Alferius Cortonensis, vir æque doctus ac pius electus 1586. & 158 . pie obijt in patria 1603.

P. Marcellus Florentinus, electus 1634. obijt in patria 1640.

P. Michael Minellius à Bibiena, Lector & Concionator Generalis, electus 1634. biennio post, die 10. Aprilis fatis cessit.

P. Marcellus Bossius à Massa Maritima, Concionator & Lector Generalis electus 1640. ac 1649. Senis ætatis suę anno 74. Xpi vero 1666. die 30. Octob. e viuis abijt.

P. Matthias de Auena natione Flander, Senis initiatus an. 1646. electus 1662.

1662. Senis item vitæ cursum absoluit die 28. Octob. 1678.

P. Nicolaus Pisanus electus est Definitor anno 1542.

P. Nicolaus à Casoli, Senensis electus 1564. 1571. & 1587. obijt in Conuentu S. Floræ an. 1589.

P. Nicolaus Cortonensis insignis Theologus & Ecclesiastes, atque œconomus solertissimus, Serenissimorum Mag. Ducum Etruriæ, Francisci Medicei, Ioannę Austriacæ, & Blanchæ eius vxorum Confessarius, Theologus acceptissimus, quem propterea Rectorem voluerunt insignis Hospitalis Sanctorum Innocentium Florentię. Definitor electus 1568. & 1577. tandem anno 1592. in Conuentu Montis pulciani religiosissimè vitam in meliorem commutauit.

P. Nicolaus à S. Cassiano, electus 1606. anno sequenti die 31. Decembris Florentiæ diem clausit extremum.

P. Nicolaus Senensis Lector, & Concionator Generalis, electus 1649. Senis in patria deinde obijt die 24. Decembris 1653.

P. Nicolaus à Bononiana, Lucens. Concionator Generalis, Lector Iubilatus, electus 1653. Lucæ postea die 31. Martij 1659. vitæ finem accepit.

P. Nicolaus à Cortona, Predicator Generalis, Lector Iubilatus, vir probus & ingenuus, electus 1671. hodie Confessiones excipit Monialium ven. Monasterij S. Hieronymi Castillionis Aretinæ Diœcesis.

P. Onorius de Caianis, nobilis Florentinus, insignis Ecclesiastes, versatissimus Theologus, varijs dotibus infinitus, virtutibus decoratus, zelum secundum legem habens, Clementis VII. Pont. Max. Confessarius, Definitor electus 1531. circa annum 1546. pijssimè obdormiuit in Domino, in Conuentu S. Romani apud Montopolim.



P. Octauianus à Pratouecteri, Clusentia vir magnus & doctus, electus 1581. 1587. 1590. & 1603. in Conuentu Pratensi post modum obijt die 4. Iulij, 1605.

. Octauianus de Incisa, olim Curię Scriba, inde Definitor electus 1653. demum Florentiæ diem clausit extremum anno 1663. die 2. Septembris.

P. Paulus Pisanus, doctissimus vir, & integerrimę vitę, electus 1533 & 1542. paulò post obijt in patria.

P. Paulus Ioua Lucensis, electus 1535.

P. Philippus Bardius Florentinus è Comitibus Vernij, electus 1560. 1570. & 1578.

P. Philippus à Mignano electus 1578. obijt Aluernæ 1610.

P. Petrus Gobbius de Florentia electus 1567.

P. Petrus Ioannes Florentinus, electus 1640. Liburni deinde die 8. Aprilis 1643. ex hac vita migrauit.

P. Petrus Antonius Vernaccinius à Cutiliano, Lector, Concionator Generalis, electus 1671. viuit Guardianus Písciæ.

P. Remigius Diacetius, nobilis Florentinus, electus 1525.

P. Rupertus à Prato, vir doctus & pius electus 1530. 1537. 1541. 1547. religiosissimè obijt in patrio Palci Conuentu an. 1555.

P. Saluator à Barga, electus 1535. & 1541. obijt in patria 1543.

P. Sera-

*SERIES Nona Definitores.*

P. Seraphinus Comensis, electus 1538. & 1541.

P. Seraphinus Aretinus, electus 1544. anno sequenti in Conuentu Floriani, huic mundo vale dixit; *vide de scriptoribus infra.*

P. Seraphinus à S. Mama doctus minorita, celebris Concionator, & scriptor electus 1586. biennio post Volateris obijt.

P. Stephanus à Sarteano olim Definitor, die 23. Aprilis 1605. in Conuentu S. Mariç de Paradiso apud Montem Ilcinum obijt.

P. Seraphinus de Biccis à Cutiliano Concinator, Lector Theologus, electus 1669. hodie Guardianus est in Conuentu Phocechij.

P. Seraphinus Tinghi à Castrofranco Vallis Arni inferioris, Concionator feruidus, Lector Iubilatus, pietatis sectator, vitæ integerrimæ electus 1677. actualis Definitor est, & Confessarius in Monasterio S. Claiç Massæ Ducalis satis dè viuente.

P. Thomas Florentinus, electus 1524. & 1528. obijt in patria 1534.

P. Thimotheus Senensis, electus 1591. paulò post obiit in patria.


P. Vincetius Popoleschius, nobilis Florentinus, electus 1530. 1536. 1545. & 1548. grandæuus denique in patria an. 1561. dormitionem accepit.

P. Vincentius à Massa Ducali, Lector Generalis, Concionator Clarissimus, Excellentissimorum Principum Caroli, & Alberici Cybò Confessarius, electus 1649. in patria denique anno 1670. die 14. Ianuarii quieuit in pace.

P. Zenobius Florentinus, electus 1523. postremò charitate correptus in obsequium lucétium pro fratribus animam posuit, Florentiæ in Xenodochio Cippi sepultus anno 1527. & anno 1548. cum cæteris in Conuentu S. Saluatoris extra Florentiam translatus.

*Ecce quot Patres; quot proceres; quot Duces; quot Rectores; & Assessores Genealogiæ Etrusco-Minoriticæ occurrerunt. Quamplurimi sanè in vna quoque SOBOLE latuerunt, alij exciderunt, alij in occultò retenti sunt. Pulsaui, quæsiui, institi: at cum nemo det, quod non habet nec ego plures afferre potui.*


# FINIS PRIMÆ PARTIS.



# PARS SECVNDA
# THEATRI GENEALOGICI
## ETRVSCO-MINORITICI.

# GENEALOGIAM
## ETVSCO MINORITICAM.

VIDIMVS, ARBOREM PROCERAM ramos extenſos habentem produximus, cultores, cuſtodes adduximus & propagatores: contemplemur iam flores ſuauitatis inde erumpentes, fructus item miremur honoris & honeſtatis ad maturitatem deductos, Proſapiam Tuſcam ornantes ſimul & vbertate ditantes: Dignitates, inquam, & Munia intrà & extra Ordinem, Sapientiam, Scientiam, Prudentiam, glorioſos MINORVM ETRVSCORVM labores pro Eccleſia, pro Republica Chriſtiana, pro Religione à generatione in generationem, atque alia honorifica, quæ GENEALOGIAM noſtram commendant, illuſtrant, efferunt, extollunt. Hęc quidem duplicata in parte in THEATRO exponenda ſuperſunt: Eccleſiaſtica in primis, deinde Scolaſtica, ſimul & Moralia, atque Naturalia.



# THEATRI GENEALOGICI SERAPHICÆ PROVINCIÆ TVSCIÆ,


# PARS SECVNDA,

## HONORIFICENTIAM PROVINCIÆ ETRVSCO MINORITICÆ DIGNITATIBVS AC MVNIIS ECCLESIASTICIS REFERTAM EXHIBENS.

## TITVLVS PRIMVS.

## DIGNITATES ECCLESIASTICÆ MINORITIS ETRVSCIS COLLATÆ.

### PRÆFATIO.




*ACRA MINORVM MILITIA quàm strenuè in Ecclesia militanti, vt in triumphanti triumphare liceret, militauerit, angulus in Orbe nullus ignorat*: in omnem quippe terram exiuit sonus eius,& in fines orbis terrę insonuerũt verba eius *& quam Apostoli plantauerunt, illam Minorita doctrina, sanctitate & sanguine irrigantes eximia fecernut vbertate ditissimam: facta est enim Minoritica Religio* Vinea,& fructificauit in palmites,& extendit propagines,( vt prædixerat Ezechiel.cap.17.n.*6.*] et extendit (*iuxta Prophetam Psal.79.*) palmites suos vsque admane, & vsque ad flumen propagines suas, *vbique*, quasi vitis fructificauit suauitatem odoris,(*Ecclesiastici* 24.*v.*23.] *alijs* qui-



dem

dem vitæ in vitam, alijs vero *(iuxta Apostolum 2. Cor. cap. 2.)* mortis in mortem: *Castrametati sunt Minoritæ, & præ fortitudine illam reddiderunt terribilem, & præ sanctimonia pulcherrimam vt proinde nequeant aduersarij perterriti illius terrificos susti nere intuitus, nec fideles desinant in spiritualium deliciarum opulentia iucundari. Et ne emeritorum militum exantlatos labores Apostolica sedes minus acceptos ferre videretur, alios in Petri Cathedram locauit, alios sacra Purpura; alios infulis donauit, dignitatibus cohonestauit alios, atq; reseratis Ecclesiæ ærarijs gratiarum stipendia cumulatè persoluit. (quam cumulatè? ineffabiliter profectò: Nam præter innumera, quæ temporis diuturnitate, fratrum incuria ac simplicitate, minis, deuastationibus, incendijs, inundationibus; locorum translationibus perierunt monumenta; præter alia innumera, quæ Patrem Vuaddingum latuerunt, alia quæ ipse Annalista sparsim in corpore Annalium VIII tomis digestorum ab exordio Religionis vsque ad an. 1540. deductorum refert, atque alia plura quæ ibidem subindicat; in regestis prædictorũ octo Voluminum ducenta millia septingenta & duo deuiginti Pontificia affert Diplomata aut labores & prælia Minorũ indicantia, aut præmia statuentia:) quibus veteraneorum conseruata memoria tyronum ad æmulationem animos prouocaret, atque Ecclesiæ perinde copiæ nullo vnquam tempore forent diminutæ. Cumque de illius abundantia pietatis acies omnes Minoriticæ acceperint exigua prob. pars illa censenda non est, quæ ad Etruscos commilitones deriuauit, quam nos, vt vt licuit, titulis sequentibus perstringere & omnium ob oculos ponere satagimus, vt neminem lateat, quæ quanta ab vnoquoque exigatur erga eandem Sanctam Sedem fides, deuotio, atque obedientia, quæ in omnes Dispensatricem munificam sic se semper exhibuit. Sit itaque.*

✠ ✠ ✠
✠ ✠
✠



# S E R I E S I.

## CARDINALIS VNVS, VNVS ET PATRIARCHA ETRVSCO-MINORITÆ.

EMinentis. ac Reuerendiss. Pr. & D. FRATER ANTONIVS, tit. S. Honuphrij Presb. Cardinalis BARBERINVS, Florentiæ natus, Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Frater germanus, minorum Capucinorum splendor & alumnus atque vigil Protector vt suprà par. 1. tit. 1. ser. 4. n. 1. diximus. Hic post 30. circiter annos inter Capuccinos religiosissimè transactos, dùm actualis Guardianus esset in Conuentu Collensi, ni fallor, anno 1624. die 7. Octob. ab. Vrbano fratre Cardinalium Infulis insignitus, inter affluentes Cardinalatus, atque Pontificias opes paupertatis cultor eximius factus, parcè semper vixit, vasis figulinis, non aureis aut argènteis, vt mos est Cardinalibus vtens atque ab auleis ab horrens; quippe conuenientius existimabat, nudos Palatij relinqui parietes, quam pauperes, quorum plerosque proprijs sumptibus vestiebat, & alebat, Christianum spectaculum Romanis ferè inusitum exhibuit. Inter regales epulas abstinentiam singularem, inter opum affluentiam ègestatem conspicuam, ac inter honorum omnium gloriam summam humilitatem perpetuo tractu preseferens, S. Honuphrij Eremorum cultoris titulum non incongrue sibi assignatum fuisse palam fecit, adijciens & medias inter aulicòrum turbas solitudinem sibi in animo Deo & diuinis rebus suo tempore vacaturus. Denique, quamuis numerosa esset Barberinorum familia, ille tamen Nepotibus, & cognatis nihil Ecclesiasticorum reddituum impertiuit; sed illis omnibus indonatis, moriturus anno 1646. vel insequenti sacrum de Propaganda fide Collegium omnium bonorum suorum vniuersalem instituit hæredem.

Illustriss. & Reuerendiss. D. P. FRATREM ANTONIVM LVCENSEM *Patriarcham Antiochenum* extitisse scribit P. Ioan: Franc. Bonasius Minorita Conuent. Bononiens. in suo *Theatro Minoritico* §. *Patriarchæ & Archiepiscopi &c.*

# S E R I E S II.

## MINORITÆ ETRVSCI ARCHIEPISCOPALI DIGNITATE INSIGNITI.

I. ILlustriss. & Reuerendiss. P. F. ANGELVM PISANVM *RAVENNATENSEM Archiepiscopum* extitisse, præfatus *Ioan. Bonasius loco citato* meminit, & refert, nec aliud mihi suppetit monumentum.

II. Illustriss.

II. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. P. F. BARTHOLOMÆVS de Capponibus Florentinus *Cambaliensis in Tartaria Archiepiſcopus* creatus eſt à Nicolao V. ſum. Pontif. dat. litteris incip. *Apoſtolatus officium*, 17. Calend. Maij, Pontif. ſui an. 2 Chriſti vero 1448. *Vuad. in Regeſt. tom.* 5; *pag.* 36, . *n.* 34.

II. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. P.F.FRANCISCVS à Maſſa Marittima *Archiepiſcopus Corinthienſis* renunciatus eſt à Clemente VI. ſum. Pontif. anno 1349 per ſuas litteras incip. *Officij noſtri debitum*. Dat. Auinion. 4. calend. Aprilis Pontif. ſui anno VII. *Vuad. in Regeſt. tom.* 3. *cap.* 380. *nu.* 18,

IV. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. P.F.FRANCISCVS à Monte Granello *Smyrnæ* in Aſia *Archiepiſcop.* deſignatus eſt anno 1412. Ioan XXIII. an. 3. 2. Non. Iunij. *Vuad. tom.* 5. *an.* 1412. *n.* 2.

V. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. P. Fr. GABRIEL PICCOLOMINEVS Patritius Senenſis, Pii Secundi Pont. M. conſanguineus, Ord. Minorum Regularis Obſeruantiæ litteris & moribus cohoneſtatus, *Cluſinus Epiſcopus* à præfato Pio conſanguineo primo inſtitutus Calend. Septemb. an. 1462. inde ob bene adminiſtratam Eccleſiam Cluſinam ad *Archiepiſcopatum Hiſpalenſem*, quæ nunc *Sibilia* dicitur aſſumptus ab eodem sum. Pontifice. Tandem senis diuertens, an. 1483. die 19. Octob. è viuis decedens, in celebri delubro S. Franciſci apud Patres Conuentuales ſepulturam accepit.
*Pompa Senenſes par.* 1. *tit.* 5 *pag.* 109. *Vghel. Ital. ſac. tom.* 3. *pag.* 745. *Toſſinian. lib.* 2. *pag.* 261. *Vuad. tom.* 6. *ann.* 1462. *num.* 81.

VI. Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſs. P. Fr. GEORGIVS BENIGNVS ex nobiliſſima Familia *Saluiatorum* Florentiæ, vir inter Minores Obſeruantes virtutibus & litteris inſignis, vnde Leonis X, ſum. Pontif. in diſciplinis ſcholaſticis, & artibus liberalibus Magiſter eligi promeruit (cuius nos ſupra Theat. 1. Ord. tit. 9. acta recenſuimus) a Iulio Secundo sum. Pontif. die 21. Maij ann. 1507. ad *Epiſcopatum Caluenſem* ſub Archiepiſcopo Vrbinate aſſumi, atque anno 1513. ad Pontificatum aſſumptus Leo X, olijm Georgij diſcipulus, ab eodem Summo Pontifice, grati animi ergò, ad Archiepiſcopatum Nazarenum in Regno Neapolitano tranſlatus, vbi ann. 1520. migrauit ad Dominum. *Martan. tract. de Orig. cit. cap.* 11. *Vghel. tom* 2. *pag.* 966. *& tom.* 7. *pag.* 1050. *Vuad. tom.* 7. *anno* 1496. *nu.* 6. *& tom.* 8. *ann.* 1507. *nu.* 46. *& anno* 1513. *num.* 13.

VII. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. P. Fr. GVLIELMVM PRATENSEM virum doctum, ſacræ Theologię Magiſtrum Pariſienſem, Dei timore plenum Vrbanus V. Pont. Max. *Cambalienſem in Tartaria Archiepiſcopum* & pro magnis arduiſq; negotijs reſpicientibus exaltationem, & augumentum Catholicæ fidei illis in partibus agendis, anno ſalutis 1370. ſui Pontif. 8. duodecim ſacræ Theologiæ Magiſtris

Magistris, suo arbitrio eligendis, inter quos *P. Ambrosius Senensis* numeratus est, associatum destinauit. Cui paulò post octo alios Theologos Minoritas inter quos *Antonius*, & *Paulus* Birurgienses, ac *Petrus* de Monte Pulitiano Etruscos fuere, atque deinde alios ex varijs Prouincijs 60. submisit, multijs ijsque magnis priuilegiis communiuit, vti ex subiecto Diplomate, *apud Vuad. tom. 4. an.* 1370. *n.* 2. liquet:

*Venerabili fratri Gullielmo Archiepiscop. Cambalien.*

*Zelus tua Deuotionis ingentis, quem habes ad propagationem Catholica fidei, ac circumspectionis industria, & scientia donum: aliaque merita probitatis, quibus personam tuam fide dignorum testimonio insignitam audiuimus, merito nos inducunt vt te in agendis dicta fidei honoremus, & etiam fiducialiter oneremus. Cum itaque te ac nonnullos Fratres Ordinis fratrum Minorum professores, cuius professor existis, ad Terras Saracenorum, Alanorum, Gararorum, Gothorum, Schytarum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mochitarum, aliarumque non credentium nationum Orientis & Aquilonis intendamus de proximo destinare: Te caput Ducem & Gubernatorem eorundem & aliorum quorumcunque fratrum dicti Ordinis existentium in dictis partibus, & profecturorum ad eas, vsque ad beneplacitum Apostolica sedis tenore prasentium, authoritate Apostolica constituimus ac etiam deputamus, Tibi regendi & gubernandi eosdem Fratres; ac eum consilio ex eis maturiorum, de quibus tibi videbitur ad prouincias & partes infidelium ad dictam fidem pradicandum mittendi, eosq; reuocandi, & secundum Regulam B. Francisci, & etiam percensuram Ecclesiasticam, & alia opportuna remedia puniendi, & compescendi: ipsosque ab omnibus trasgressionibus Regula, ac constitutionum Ordinis, sicut potest Generalis Minister absoluere; absoluendi, & super irregularitatibus inde contractis etiam dispensandi: nec non Vicarium Generalem eiusdem Ministri in Vicaria Cathai, si forsan in ea huiusmodi generalis Vicarius non esset, qui illam habeat potestatem quam per pradictum Ministrum concedi huiusmodi generalibus Vicarijs consueuit, constituendi quotiens fuerit opportunum tribuentes plenam facultatem. Per hoc autem priuilegijs dicti Ordinis, aut authoritati, & officiis quorumcunque Vicariorum, & Pralatorum eiusdem Ordinis in eijsdem partibus constitutorum, in posterum in alijs, quam in pramissis, non intendimus derogare. Insuper omnibus priuilegijs & gratijs per pradictam sedem concessis fratribus pralibatis, quandiu Ecclesia Cambalien. pradicta prafueris, volumus te gaudere, sicut ijdem fratres gaudere possunt, seu poterunt in futurum. Teque tam pro tua persona, quam tuis socijs, & opportunis familiaribus participare volumus eleemosinas, & dona Fratribus ipsis tam erogata & in posterum eroganda, donec de prouentibus Ecclesia tua Cambalien. viuere poteris condecenter, declarantes, ex abundanti quod huiusmodi facultas per nos tibi concessa ad tuos successores Archiepiscopos Cambalien. nullatenus extendatur. Dat. Rom. &c. an. Pontif. nostri 8.*

Si plura cupis videre, & litteras per eos Principibus Regibus & Imperatoribus Tartarorum, & Natiorum Orientis & Aquilonis, atque Prælatis & Ecclesijs Græcorum Constantinopolitani Imperij consule *Vuad. tom. 4. an.* 1369. *n.* 2. & 1370.

1370. n.3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. *Marian. tract. de Orig. cit. cap.* 7. *Vlisip. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 30.

VIII. B. P. IACOBVS FLORENTINVS, *Archiepiscopus Zaitonensis* in Medorum Imperio pro fidei confessione a Saracenis occisus, Martirij coronam accepit anno 1362. vnà cum Gulielmo Campano, & alijs duobus Minoritis; vti *Theat.* 1. *Ord. tit.* 3. *narrauimus, ex Marian. tract. de Orig. cit. cap* 25, *D. Anton. par.* 3. *histor. tit.* 24. *cap.* 9. §. 20. *Volater. lib.* 21. *Tossinian. lib.* 1. *pag.* 107. *Vuad. tom.* 4. *an.* 1362. *n.* 4. *Artun.* 20. *Aprilis, &c.*

IX. Illustriss. ac Reuerendiss. P. F. IOANNES-BAPTISTA Petruccius, Patritius Senensis, humanis & diuinis litteris apprimè eruditus, vitam B. Iacobi Piceni consodalis carmine scripsit heroico, *Archiepiscopus Tarentinus* florebat circa annum 1500. *Pompa Senenses par* 1. *tit.* 5. *pag.* 3. *Vuad. tom.* 8. *an.* 1503. *n.* 23.

X. Illustriss. ac Reuerendiss. P. F. IONNES de Pontremulo sac. Theologiæ Magister *Thebanus Archiepiscopus* à Martino V. an. 14. 18 renunciatus est, sub dat. Constantiæ 11. Calend. Martij incip. *Apostolatus officium Vuad. tom.* 5. *an.* 1518. *n.* 35. *& in Reg. pag.* 58.

XI. Illustrissimus, ac Reuerendiss. P. Fr. IOANNES SCARLATTI nobilis Florentinus, Theologus, & Ecclesiastes insignis, à Benedicto Papa XII. anno 1340. *Coronensis Episcopus* ordinatus, ob eminentem hominis sapientiam à Clemente VI. vnà cum P. Antonio de Aribandis etiam Minorita Episcopo Gaetano cum plenitudine potestatis & dignitatis Legati à Latere anno 1346. ad Regem & gentem Armenorum amandatus est, circa deponendos & limandos errores, qui in eorum libros irrepserant, vt plenè & prudenter expurgarentur, & sufficienter cribro salutaris sapientiæ separaretur Lolium à tritico, & praua à Catholica disterminaretur doctrina. Quòd cùm fideliter, & feliciter anno 1350. ad optatum perduxit finem; inde Constantinopolim ad Cantacuzenum Græcorum Imperatorem, Matthæum eius primogenitum, Andronicum, & Ioannem, ac Manuelem eius filios, eadem cum authoritate deflectere iussus, vt vniuersæ gentis Græcorum Regni Constantinopolitani doctrinam examinaret, & veritatis Euangelicæ cribro repurgaret: Legatione & ista strenuè functus, copiosam fidei professionem à Patriarcha, seù Catholico Armenorum, *Consolatore* appellato tabulis publicis contestatam anno insequenti 1351. ad Sedem Apostolicam reportans, in suscepti & completi laboris premium ab eodem Clemente ab *Archiepiscopatum* euehitur *Pisanum*. *Vide si placet alia, apud Vuad. tom.* 3. *an.* 1346. *nu.* 1. 2. *&* 3. 1349. *n.* 6. 1350. *n.* 1. *&* 2. *tom.* 4. *ann* 1351. *n.* 1.

XII. Illustriss. ac Reuerendiss. P. F. IVLIANVS Hectoris Pisanus sac. paginæ Magister *Tharsensis Ecclesia* in Cilicia sub Patriarcha Antiocheno *Archiepiscopus* renunciatus fuit à Bonifacio IX. an salutis 1396. 16. Calend. Iunij Vuad. tom. 4. anno citato n. 2.

XIII.

XIII. Illustris. ac Reuerendiss P. IVLIANVS de Maffeis, Patritius Volaterranus, Minor. Conuentual. Philosophus ac Theologus eximius, Romæ in summo pretio habitus; Sixto IV. cuius discipulus olim & socius in regimine inter Minores fuerat, Innocentio VIII. Alexandro III. ac Iulio II. summmè charus & familiaris, Bessarionis Cardinalis Minorum Protectoris studiorum adiutor, sacræ Penitentiaræ annis 25. Præfecturam tenuit, à Sixto IV. ad *Episcopatum Britonorsensem* in Romandiola sub Archiep. Rauennæ assumptus anno 1477. 9. Calend Februarij, ab Alexandro VI. ann. 1495. ad *Archiepiscopatum Ragusinum* translatus, à Iulio II. in limine Pontificatus ad Purpuram assumendus erat, nisi nimia senectute grauatus, & lumine captus fuisset, breuique, vt euènit moriturus. Obijt itaque Romæ anno 1503. sepultus in Ecclesia s. Petri Montis Aurei, & per Cardinalem fratrem Marcum Viguerium Sauonensem Marmoreo monumento, hac insculpta inscriptione, Decoratus.

*D. O. M.*

*Iuliano Volaterrano Archiepiscopo Ragusino, ex Ordine Minorum assumpto, Philosopho, Theologo clarissimo, Bessarioni Cardinali studiorum adiutori, à Sixto IV. & Paulo II.* (fortè Iulio II.) *Pontif. Max. quibuscum coniunctissimus vixit, dignitatibus honestato, Pænitentiaria Apostolica anno XXV. exercuit munus. Vixit annis 75. Vuad. tom. 6. ann. 1474. n. 5. & tom. 7. an. 1477. nu. 22.*

XIV. Illustris. ac Reuerendis. P. F. Thomas de Armenis Senensis, olim *Archiepiscopus Arphacensis*, Senis in patria defunctus, marmoreo sepulchro in Ecclesia Sancti Francisci conditus, in quo sculpta eius imago cernitur, his litteris in giro inscriptis. *Sepulchrum Venerab. Fratris Thomæ de Armenis Archiepiscopi Arphacensis. Ex Pomp. Senens. par. 1. titul. 5. pag. 107. num. 6.*

# SERIES III.

## MINORITÆ ETRVSCI AD EPISCOPATVM ASSVMPTI ANTE ANNVM M. CCCC.

I. REVER. P. ADAMVS Pratensis Doctor Parisiensis, Gulielmi Archiepiscopi Cambaliensis, cuius ser. præced. n. 7. egimus, germanus frater, anno 1384. 2. Calend. Aprilis à Clemente VII. Auinion. sedente Eugubinus in Vmbria Episcopus resignatus, Eugubinam sedem non abijt, fortassis, quia dominate in Italia Vrbano VI. non licebat Eugubium venire, alio probabiliter

Episcopo legitimè dato a Vrbano; Parisiis ergò h esit, ibique vitam in meliorem commutauit. *Vuad. tom. 4. an. 1384. n. 6. & Reg. pag. 171. nu. 12.*

II. Reuerendissimus P. ALAMANNVS de Donatis Patritius Florentinus *Suanensis Episcopus* an. 1330. 12. Calend. Decemb. à Ioan. xxII. ordinatus, ad *Mutinensem Ecclesiam* regendam inde à Clemente VI. ann. 1342. 15. Cal. Aug. translatus, Mutinæ an. 1352. diem clausit extremum. *Vuad. tom. 3. ann. 1330. n. 12. 1342. n. 4. 1343. n. 3. & in Reg. pag. 205. n. 239.* Licet continuat. *Vghel. tom. 2. pag. 164. & tom. 3. pag. 830.*

III. Reuerendiss. P. ANGELVS FEDVCCIVS de Bibiena Sac. Theolog. Magister celebris, sacrisque litteris eruditus, vndè egregiè & copiosè scripsit in *Cantica canticorum*. Vir inuictæ virtutis, christianæ sapientiæ, ac pietatis Ecclesiasticæ exemplar, in agendis prudens, & circumspectus ac multiplici experientia probatus. Etenim *Procuratoris Generalis* totius Ordinis apud Vrb. V. & Gregor. xI. sum. Pont. ferè ad decennium summa cum laude munus sustinuit. Pro præfatis sum. Pontificibus varijs Legationibus ad Genuenses, Florentinos, Pisanos, Lucenses, Pedemontanos, Romanos, Casimirum Regem Poloniæ, atq; ad Carolum IV. Imperatorem (vti infrà, tit. *Nuncij Apostolici*, longiùs dicemus) præclarè functus. *Pisauriensi Episcopatu* propterea à Greg. præfato cohonestatus. Hic anno 1375. in patriam declinans, & indè sacrum Aluernæ Montem, quinto ranùm lap. de distantem, conscendens, in die Conuersionis S. Pauli 25. Ianuarij, sacellum, seù Basilicam sacr. Stigmatum, S. P. Francisci, Ecclesiastico ritu, de licentia Illustrissimi, ac Reuerendiss. D. Ioan. de Albergottis Episcopi Aretini, & loci Diœcesani consecrauit, & die sequenti Cœmeteria benedixit. *Gonzaga par. 2. Conu. 17. huius Prouinciæ Vuad. tom. 4. an. 1370. nu. 14. 15. & 16. 1372. n. 2. 5. & 9. 1373. n. 12. 13. & 14. 1375. n. 45. 1376. num. 8. in Addit. pag. 478 n. 4. Dialog. Sac. Montis, Saluator Vital. Mont. Seraph. lib. 5. cap. 3. & alij passim.*

IV. Reuerendiss. P. ANTONIVS à Terra Noua Ternen. Episcopus in Hibernia sub Archiepi Dublinen. à Bonifacio IX. Delectus est, an. 1397. 8. Cal. Iunij, *Vuad. tom. 4. an. cit. num. 11.*

V. Reuerendiss. BARTHOLOMÆVS Bartholus aliàs dictus è nobilissima Bardorum Vernij Comitum familia, Petri q. Gualterotti, & Petræ Lenæ de Villanis filius Florentiæ satus, ob eminentem doctrinam, & in agendis prudentiam, & dexteritatem familiaris & charus Ioanni XXII. sum. Pont. ob res pro Ecclesia præclare gestas, ab eodem Pontifice an. 1322. ad Ecclesiam Spoletanam euehi promeruit. Diu in hoc Episcopatu vixit, Interam nensemque simul per aliquot annos administrauit, vbi perennis eius viget memoria, perenni in aquarum fonte, quem ex eius cognomine Interamnenses *Bardesca* vocant; quippè ab eo, multis impensis, sinuoso & difficili ductu ea in vrbe corriuatus. In pa-

triam

triam vocatus anno 1330. interfuit cum alijs Episcopis finitimarum vrbium, primę & solemni Translatio ni Corporis S. Zenobij Episcopi Florentini à Basilica Ambrosiana S. Laurentij ad Cathedralem Ecclesiam; Muneris denique praeclare gestis, editisque varijs Constitutionibus Synodalibus, (harum nonnulla exemplaria, vidi anno 1674. in Bibliotheca Conuentus nostri S. Michaelis Archangeli Dicciae propè Fesulas) quibus gregem sibi commissum in viam salutis & virtutis semitam manuducere satagebat, magnàque relicta fama virtutis, dignum se monstrauit illarum Ecclesiarum Pontificem. *Vghel. tom. 1 pag. 185. nu. 47. Vuad. in Addit. ad. tom. 3. pag. 470. num. 15. Abbas Gamurrinus Istor. Genealogica pag. 185. § Famiglia de Bardi.*

VI. Reuerendiss. P. BARTHOLOMÆVS N. actualis Prouincialis Minister In hac Tusciæ Prouincia, vir vitę laudabilis, & conuersationis honestæ, litterarum scientia prædıtus, discretionis maturitate conspicuus, & aliàs in spiritualibus & temporalibus circumspectus *Episcopus Fesulanus* a Bonifacio VIII. 12 Calend. Aprilis 1301. destinatus, antequam præsens administraret Ecclesiam liberè cessit. *Vghel. tom. 3. pag. 327. n. 29. Vuad. tom. 3. an. 1301. nu. 4. & in Reg. pag. 2. n. 50.*

VII. Reuerendiss. P. BARTHOLOMÆVS GAYVS Pistoriensis ad Episcopatum *Nimocien.* siuè *Minocien.* in Insula Cypri sub Archiep. Nicosien. 3. Cal. Octob. an. 1390. à Bonifacio IX. assumptus est. *Vuad. tom. 4. an. cit. nu. 12.*

VIII. Reuerendiss. P. BARTHOLOMÆVS Malacinæ Pisanus, (aliùs ab Authore Conformitatum) Episcopus *Emporiensis* in Sardinia sub Archiep. Turritano, à quo ex commissione Bonifacij VIII. assumptus anno 1301. 7. Id. Maij à præfato Pontifice confirmationem accepit; ac tandem Pisis in patria è viuis sublatus, in pauimento Crucis Ecclesiæ S. Francisci apud suos consodoles tumulatus, cuius sepulchrale Epitaphium pedibus transeuntium tritu n & delectum est, *Vuad tom. 3. an. 1301. nu. 4. & in Reg. pag. 2. nu. 52. Vacante dudum ac tom. 4. an. 1399. num. 40.*

IX. Reuerendiss P. BARTHOLOMÆVS Senensis quondam Episcopus *Castellanatensis*, Senis in patria, cùm esset anno 1387. die 21. Februarij, de licentia Ordinarij, in Ecclesia Minorum Diaconatus Ordinem cuidam Magio Angeli cōtulit. *Pompa Senenses par. 1. tit. 7. pag. 150. n. 39.*

X. Reuerendiss. P. BENEDICTVS de Caualcantibus, Patritius Florentinus insignis Theologus, Episcopus *Rapolanensis* XII, delectus, Florentię ex dispensatione Apostolica Vrbani V. munus consecrationis accepit de manu Sancti Andreę Corsini Episcopi Fesulani die 6. Aprilis 1370. Florentiæ item demùm obijt circa an. 1374. sepultus apud suos in Conuentu S. Crucis, hoc Epitaphio teste. *Sepulchrum Reuerendissimi Patris & DD. Fratris Benedicti de Caualcantibus, sacræ Theolog. Mag. Dei gratia Episcopi Rapolani, &c.*

*Wghel. tom. 7. pag. 1190. num. 12; Vuad. tom. 4; an. 1370. nu. 19.*

XII. Reuerendiss. P. BERNARDVS de Guasconibus, sac. Theologiæ Magister famosus, & actualis Tusciæ Minister, an. 1370. ab Vrbano V. 10. Calend. Februar. *Concordiensis*; & paulò pòst, videlicet, 4. Calend. Aprilis eiusdem an. *Ceruiensis* Episcopus designatus fuit. *Vuad. tom. 4. an. 1368. nu. 8. & 1370. n. 19.*

XII. Reuerendiss. P. BONIFACIVS Pisanus Raynerij Comitis de Donoratico, alias *della Gherardesca* filius, ad *Sulcitanam* Ecclesiam in Sardinia sub Archiep. Calaritano promotus an. 1325. à Ioanne XXII. ad *Corbariensem* in Prouincia Gradensi. sub Archiep. Spalaten. ab eodem Pontifice translatus est 1332. *Vuad. tom. 2. an. 1296. n. 13. tom. 3. an. 1325. n. 25. & 1332. n. 7.*

XIII. Reuerendiss. P. CONRADVS Malaspina litteris, & generis nobilitate, vtque ex antiquissimis Lunigianæ Marchionibus, clarus, in iuuentutis flore, videlicet, ætatis anno 27. ob virtutum merita, ac scientiæ laudem à Clemente VII. Auinioni sedente anno 1380. Episcopus *Aquensis* (qualis tamen, dum huius nomin s plures sint in Gallia, & Italia Ecclesiæ, prorsus ignotum est, in Gallia tamen magis probabile est, propter sedem Clementis eo in Regno, & tunc temporis Romæ Vrbani VI.) designatus fuit 3. Idus Septemb. *Vuad. tom. 4. an. 1380. n. 28. & in Reg pag. 167. n. 7.* Diuina supereminens, &c.

XIV. Reuerendiss. P. FRANCISCVS Lantensis Pisanus an. 1384. *Lunensis, Sarzanensis* in Tuscia Episcopus creatus ab Vrbano VI. an. verò 1390. ad *Brixiensem* Episcopatum à Bonifacio IX. pauloque post ad *Cremonensem*, indè ad *Bergomensem* transitus, à qua tandem ann. 1400 à præfato Bonifacio ad *Cremonensem* reuocatus, hac in sede diem clausit extremum ann. 1401. *Vuad. tom. 4. an. 1400. & in addit. ad eund. tom. pag. 479. n. 8.*

XV. Reuerendiss. P. FRANCISCVS Bonaccursius Florentinus *Grauinens.* Episcop. sub. Archiepiscopo Materano in regno Neapolitano à Bonifacio IX. 15. Calend. Maij anno 1397. institutus paulo post scilicet 12. Calend. Iulij; deputatus est in spiritualibus & temporalibus Administrator Ecclesiæ Acciensis in Corsica per absentiam Raymundi illius Ecclesiæ antistitis. Insuper iustitutus est Inquisitor hæreticæ prauitatis, & sedis Apostolicæ Nuncius cum facultatibus plurimis per vniuersam Insulam Corsicæ *Vuad. tom. 4. an. 1397. n. 11. & addit. 16. ad eundem tom. in 7. pag. 481.* Vbi notat, Quidam institutum velle Episcopum Grauinens. Inquisitorem, & Nuncium Corsicanum. an. 1393. & anno 1397. Administratorem Acciensis Ecclesiæ.

XVI. Reuerendiss. P. GALGANVS Bladius Florentinus *Aleriensis* in Corsica sub Archiep. Pisano à Ioann. XXII. 2. Idus Martij anno 1330. Episcopus delectus

de le Ctus, ad *Cephaludentem* in Regno Siciliæ sub Archiep. Messanen. à Clemente VI. 2. Calend. Decembris 1342. translatus est. *Vghel. tom. 3. pag. 602. Vuad. to. 3. an. 1303. nu. 12. 1342. n. 4. ac in Reg. pag.* 200. *nu.* 232. Apostolatus officium & *pag.* 272. *nu.* 15. Romani Pontificis, &c.

XII. Reuerendiss. P. GVALTERINVS de Sarzana *ACCONENSEM* in Syria, sub Archiep. Tyrensi Episcopalem sedem obtinuit à Bonifacio Nono anno 1392. 8. Idus Nouembris. *Vuad. tom. 4. anno citato* 1392. *nu.* 16.

XVIII. (HIERONYMVS) de Florentia à Clemente V. in *Regnis*
XIX. RR.mi PP. (PETRVS & ) *Tartrorum*, vbi messis multa erat, cui
XX. (THOMAS ) Ioannes à Monte Coruino Minorita Cambaliensis Archiepiscopus, & Legatus Apostolicus totius Orientis vnà cum septem alijs Episcopis Minoritis suffraganeis minimè sufficere poterat Coepisco pi Ioan. præfati suffraganei missi sunt. Datis 13. Calend. *Ianuarij* an 1310. pro *Petro*, & pro *Hieronymo* & *Thoma* 11. Calend. Martij, an. 1311. litteris incip. *Rex Regum. & Dominus Dominantium, &c.* quas exhibet *Vuad. in Reg. tom* 3. *pag.* 42. *nu.* 28. 30. & 31.

XXI. Reuerendissimus P. IACOBVS CASTELLANIVS patritius Florentinus ad Episcopatum *Maturanensem* in Calabria, sub Archiep. Cosentino assumptus est ab Vrbano V. 6. Idus Ianuarij ann. 1364. *Vuad. tom.* 4. *an. cit. n.* 16

XXII. Reuerendiss. P. IACOBVS Zozimi ex nobili Tolomea senensi gente procreatus, ab Episcopatu *Narniensi*, ad *Grosseranum*, atque ab isto ad *Clusinam* Ecclesiam translatus est anno 1383. & 84. Obiit in patria, an. 1390. sepultus apud suos in Conuentu s. Francisci, *Vuad tom.* 4. *an,* 1384. *nu.* 6. 1365. *num.* 5. *in Addit. eiusd tom. pag.* 479. *ad an.* 1385. *Add* 7.

XXIII. Reuerendiss. P. IACOBVS Petruccius Patritius senensis sac. Theol. Mag. litteris, moribus, ac virtutibus commendatis nus ad *Suessanam* Ecclesiã in Campania sub Archiep. Capuano regendam destinatus fuit à Clemente V. dat. Auinioni 9. Calend. Iunii, an. 1350. litteris incip. *Suscepti cura regiminis, &c.* quas exhibit *Vuad. tom.* 3. *in Reg. pag.* 391. *nu.* 205.

XXIV. Reuerendiss. P. IOANNES de Bonfiis, Patritius Florentinus ab Eugenio IV. *Gebeldensis* Episcopus creatus est, 3. calend. Maii, an. 1437. *Vuad. tom.* 5. *an. cit. nu.* 34.

XXV. Reuerendiss. P. IOANNES Manigoldius Florentinus *Bisinianensis* Ecclesiæ in Regno Neapolitano, & citerioris Calabriæ Episcop. electus est ab Innocentio VI. ann. 1354. 4. Idus Maii. *Vuad. tom.* 4. *an. cit. n.* 8. & *in Reg. pag.* 40. *nu.* 23. Mihi tanti Ecclesiæ, &c.

XXVI.

XXVI. Reuerendiss. P. IOANNES de Saluti à Phocecchio sac. Theologię Doctor, egregiusque Concionator ex *Bethlemitico* Lucensis Episcopus renunciatus ab Vrbano VI. anno 138 . Episcopale non reparauit Palatium, egregieque, eandem administrauit Ecclesiam, ac tandem in eandem sedem anno 393. dormitionem accepit. Ità *Caesar Franciottus Lucens. in Catalog. Episcop. Lucens.* & *Vuad. tom. 4. an. 1384. num. 6.* Sed *Vghel. tom. 1. pag. 882. num. 74.* electum dicit 1383. & defunctum 1394.

XXVII. Reuerendiss. P. IOANNEM Pratensem anno 1332. fuisse Episcopum *Ebroicensem* in Normannia sub Archiepiscopo Rothomagensi, scribit, *Claudius Roberts in sua Gallia Christiana*, & refert, *Vuad. in Addit. ad tom. 3. pag. 471. num. 18.*

XXVIII. Reuerendiss. P. MANFREDVS de Calcinaria ditionis Pisanę ann. 1342. idibus Nouemb. à Clemente VI. Adiacentis in Corsica sub Archiepiscopo Pisano Episcop. destinatus, ibidem anno 1345. mortalitatem expleuit. *Vuad. tom. 3. an. 1342. n. 4. & in Reg. pag. 271. n. 13.* in supremæ dignitatis specula, &c.


XXIX. Reuerendiss. P. NICOLAVS Bonatti Florentinus, vir doctus & pius, ac sac. Theologiæ Magister insignis à Benedicto XII. sum. Pont. an. 1338. vnà cum Fratre Ioanne conciue, Nicolao de Molano, & Gregorio Hungaro (vti infrà tit. *Legati Apostolici* dicemus) ad Principes, & Imperatores Tartarorum Euangelii causa Legatus Apostolicus amandatus non parum attulit fructum. Quamobrem Clemens VI. Benedicti successor hominem de Ecclesia benemeritum *Milevitanum* Episcopum sub Arch. Panormitano creauit ann. 1342. 5. Cal. Decẽb. *Marian. Histor. lib. 4. cap. 11; tract. de Orig. cap. 7. Vuad. tom. 3. ann. 1338. n. 10. 1342. nu. 4. & in Reg. pag. 270. nu. 11.* Regimini vniuersalis Ecclesiæ; &c.

XXX. Reuerendiss. P. PAVLVS de Albertis Patritius Florentinus, *Ortanus* Episcopus creatus à Bonifatio IX. 2. Idus Nouemb. an. 1396. Ecclesiam illam rexit vsque ad an. 1420. quo die 5. Iunij ad *Adiacensem* in Corsica sub Archiep. Pisano translatus est sub Martino V. quo item Pontifice anno 1422. ad Anconitanam in Marchia designatus, ob translationem Astorgij Episcopi Anconitani ad Asculanam; sed cum Astorgius nollet Anconitanam relinquere, Paulo data est *Asculana Vuad. tom. 4. an. 1396. n. 2. & in Addit. ad tom. 5. pag. 489. n. 11. & 13.*

XXXI. Reuerendiss. P. PEPVS (fortè Iosephus & contracto nomine Pepus dictus) Episcopus Grossetanus, circa an. 1240. assumptus, vnus ex primis fuit, qui ex Ordine Minorum ad Ecclesiarum regimen assumpti sunt. *Vuad. in addit. ad tom. n. 14. Anold. sect. 1. pag. 139. Vghell. tom. 3. pag. 758.* Vbi eum Monachum Cisterciensem, & Monasterio S. Galgani assumptum dicit, floruisseque circa anno 1220.

XXXII. Reuerendiss P. RESTAVRVS, alijs Nestaurus Senensis à Clemente V. ad *Grosset. anum* Episcopatum assumptus an. 1306. 13. Calend. Martij, ibidem anno 1328. e viuis abijt: *Pompa Senens. par. 1. tit. 7 pag. 193. n. 152. Vghell. tom. 3. pag. 759. Vuad. tom. 3. an. 1306. n. 28. & in Regest. pag. 29. n. 5.* militanti Ecclesiæ.

XXXIII. Reuerendiss. P. SIMON de Aretio *Cretensis* Episcopus sub Patriarcha Athenensi creatus est à Gregorio XI. an. 1376 6. Calend. Iulij. *Vuad. tom. 4. an. cit. n. 6.* & in *Regest. pag. 154. n. 99.* Apostolatus officium.



# SERIES IV.

## MINORITÆ ETRVSCI EX PATRVM CONVENTVALIVM COETV AD EPISCOPATVM ASSVMPTI.

I. REVER. P. ALBERTINVS de Curtijs Aretinus anno 1441. 8. Idus Februarij ab Eugenio IV. Sum. Pontif. electus est, *Acciensis* Episcopus in Corsica sub Archiep. Ianuensi. *Vuad. tom. 5. an. cit. n. 60.*

II. Reuerendiss. P. ANDREAS Petri de Monte Laterone agri Senensis, Episcopus *Laodicensis* in Syria electus est à Bonifatio IX. 7. Idus Ianuarij anno 1496. *Vuad. tom. 4. anno citato n. 2.*

III. Reuerendiss. P. ANTONIVS Fera à Plano Castanearum (vti suprà tit. 2. ser. 4. n. 3. diximus) ex Magistro Generali PP. Conuentualium anno 1584. ad regendam Ecclesiam *Marsicanam* à Greg. XIII. assumptus die 9. Aprilis, præfuit omnibus suis his charus annis 16. Inde religiosæ quietis amicus anno Iubilei 1600. spontè illo onere se exoluit; & in patriam reuersus, eodem anno, die 24. Aprilis res deseruit humanas, sepultus apud suos in Ecclesias S. Francisci vbi Seraphicum habitum susceperat, in communi vt ipse mandauit, fratrum tumulo nullo apposito Epitaphio, humilitatem etiam post mortem prosecuturus. *Pompa Senens. par. 1. tit. 7. & 11. Vghell. tom. 7. pag. 733. Gonzaga par. 1.* §. Episcopi *Tiffinian. lib. 2. pag. 198. & 135.*

IV. Reuerendiss. P. ANTONIVS à Florentia Episcopus *Cephaludensis* in Sicilia, tunc sub Archiep. Syracusano, à Ioann. XXIII. 5. Idus Martij, anno 1413. creatus fuit. *Vuad. tom. 5. an. cit. n. 6.*

V. Reue-

V. Reuerendiss. P. ANTONIVS à Massa Maritima (cuius suprà tit. 2. ser. 1. nu 7.) famosus Theologus, & Verbi Dei Concionator, Græcis, & Latinis literis satis eruditus, Apostolicis legationibus clarus, ex Ministro Generali totius Ordinis anno 1430. 2. Idus Iunij Episcopus Massanus, & Populonensis in patria à Martino V. sum. Pont. renunciatus est. Inauguratus p ... sollicitudine Ecclesiam sibi creditam gubernauit. Officium S. Cerbonis Episcopi Populoniæ composuit, & Clero recitandum tradidit. E viuis exemptus an. 1435. Mens. Decemb. sepultus est in sua Cathedrali, in cuius Choro depictus est ad viuum, genuflexus coram S. Cerbonio cuius Officium, vti diximus, composuit, subscriptis his verbis.

*A. D. MCCCCXXXV. MENSIS DECEMB.*

*HIC EST MAGISTER ANTONIVS DE MASSA, PRINCEPS MASSANVS ET EPISCOPVS POPVLONIAE. CIVITATEM LIBERTATE DONAVIT, INSTITVTA REPVBLICA, TRANSLATO IN IPSAM DOMINIO TEMPORALI.*

*Pompa Senens. par. 1. tit. 7. & Vghel. tom. 3. pag.* 798. *n.* 34. *Marian. tract. de Orig. cap* 7. *&* 11. *Tossinian. lib.* 2. *pag.* 190. *Firmam.* 3. *Ord. par.* 1. §. de Generalib. *Gonzaga par.* 1. §. Ministri Generales. *Vlisip. par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 4. *Vuad. tom.* 5. *an.* 1412. *n.* 15. 1414. *n.* 7. 1419. *n.* 8. 1423. *n.* 1. 1424. *n.* 5. 6. *&* 7. 1430. *n.* 5. *&* 31. *ac in Regesto pag.* 52. *n.* 37. *Admonet nos & pag.* 182. *n.* 238. Diuina disponente gratia.

VI. P. ANTONIVS MEDICES Patritius Florentinus, sac. Theologiæ Magister, Prouinciæ Tusciæ Minister, Episcopus *Marsicanus*, seu Aprutinus in Regno Neapolitano, anno 1484. 4. Idus Iulij, à Sixto IV. sum. Pont. ex Minoritis assumptus, creatus, ibidem excessit nō dum exacto anno à dignitate suscepta. *Vghel. tom,* 7. *pag.* 731. *Vuad. tom.* 6. *an.* 1468. *n.* 16. 1484. *n.* 14. *& tom.* 7. *an.* 1484. *n.* 56.

VII. Reuerendiss. *P.* Antonius Sassolinus Florentinus, diuinis & humanis literis honestatus, sac. Theolog. Mag. Tusciæ Minister, ac Generalis Magister *PP.* Couentualium, de quo suprà tit. 2. ser. 4. nu 1. loquuti sumus, à Clemente VII. sedem Episcopalem Minerbinensem in Calabria obtinuit, an. 1525. die 21. Iu... obijt Flor. an. ... *Tossin. lib.* 2. *pag.* 196. *Vuad. tom.* 8. *an.* 1519. *nu.* 6. *&* 1525. *nu.* 30.

VIII. Reuerendiss. *P.* ELIAS Senensis Episcopus *Clusinus* in Tuscia à Ioan. XXIII. renunciatus est, die 14. Martij, an. 1410. *Vuad. tom.* 5. *an. cit. nu:* 14.

IX. Reuerendiss. *P.* ELIAM Senensem alterum, ad eundem Episcopatum Clusinum ab Alexandro V. sum Pont. destinatum esse, an. 1460. sed morte interueniente ad Episcopalem sedem & si ordinatum, non peruenisse perhibent. *Pompa Senens. par.* 1. *tit.* 7. *pag.* 159. *nu.* 64.

X. Reuerendiss *P.* IACOBVS Lucensis, vir Græcis & Latinis litteris appi[m]è eruditus, Pij secundi Pont. Max. Apochrysarius *Papiensis* apud Insubres Episcopus ab eodem Pontifice ordinatus est, anno 1459. *Vuad. tom.* 6. *an. citato num:* 10.

XI.

XI. Reuerendiss P. IOANNES de Morellis Florentinus ad Episcopatum *Neapolitanum Samarie* vrbem, quæ & *Sichem*, & *Neptalis*, sub Patriarcha Ierosolymitano, factus suffraganeus *Cenetensis* in Dalmatia, sub Patriarchatu Aquilegiensi, die 12. Decemb. anno 1519. *Tossinian. lib. 2. pag.* 233. *Gonzaga par.* 1. *f.* Episcopi *Vuad. tom.* 8. *anno* 1519. *nu.* 15.

XII. Reuerendiss. P. IOANNES Pelleus à Radicofano Artium Doctor, & sac. Theolog. Mag. ad plures annos Generalis Inquisitor senarum, *Grossetanus* Episcopus ab Alexandro VII. anno 1664. electus, dùm Episcopalem sedem adire pararet, senis morbo correptus extremo, obiit.

XIII. Reuerendiss. P. IVLIANVS Senensis Episcopus *Massicanus* designatus an: 1380. sed propter schisma à multis annis sua Ecclesia spoliatus, ab Alexandro V. an: 1409. 2. Non. Nouemb. Prioratum Collis Martij, Ord. D. Aug. Diœces. senensis obtinuit. *Vuad. tom.* 5. *an.* 1409. *nu.* 15. *& add. ad eumd. tom; pag.* 479; *num.* 6.

XIV. Reuerendiss. P. IVO Nerottius senensis Episcopus *Nicopolen.* sub Patriarcha Constantinopolit. electus est an. 1412. 2. Calend. septembr. à Ioann. XXIII; *Vuad; an; cit. nu.* 2.

XV. Reuerendiss: P. LVCAS de Sarzana ex Ministro Prouinciæ Siciliç, *Cephalud.* in Sicilia sub Arch ep. Messanen. ab Eugenio IV. an. 1445. 10. Calend. Aug. Episcopus renunciatus est. *Vuad. tom.* 5. *an.* 1438. 21. *&* 1445. *n.* 11.


XVI. Reuerendissimus P. LVDOVICVS Senensis ad Ecclesiam *Minorensem* regendam à Sixto IV. Pont. Max. olim Minoritâ deputatus fuit, & Suffraganeus Archiepiscopi Amalfitani; anno 1474. Calendis Aprilis. *Vuad. tom.* 6. *an. cit. nu.* 16.

XVII. Reuerendiss. P. PETRVS Capullius Cortonensis, cognomento, *Maestrenus*, ob singularem doctrinam, & sapientiam, Baccalaureus Collegij Veneti ac Regens in Conuentu XII. Apostolorum de Vrbe, Episcopus *Cupersanus*, al s *Conuersanus* à Paulo V. ann. 1605. die 3. Augusti electus: Ea in sede die 2. Iunij 1625. mortalitatem expleuit, sepultus in Cathedrali, in sacello S. Francisci à se constructo. *Vghel. tom.* 7. *pag.* 973. *Vuad. de scriptorib. lit. P.*

XVIII. Reuerendiss: P. PROPERTIVS RESTA, de Cappellis Volaterranus scientiæ, & sapientiç dotibus illustris, vnde lib. quatuor *De vera Sapientia* edidit *Cariati* in Regno Neapolitano Episcopus electus an. 1585. Romæ demùm anno 1602. mortalitatem expleuit, in Ecclesia XII. Apostolorum apud suos sepultus *Vuad. de Scriptorib. lit. P. Didacus de L'equile in Fran. Terlegislat. tom.* 2. *tract.* 6. *lib.* 11. *cap.* 8.

XIX. Reuerendiss. P. PETRVS Mainardi Florentinus Episcopus *Asponen.* in Galatia sub Archiep. Ancyrano, suffraganeus Episcopi foro - Iuliensis delectus est anno 1532. die 13. Martij. *Tossinian. lib. 2. pag.* 34. *Vuad: tom.* 8. *ann.* 1532. *num.* 35.

XX. Reuerendiss. P. THOMAS de Torricellis à Munistero, (vicus est propè senas) prædicatione verbi Dei, & morum elegantiâ commendatissimus, plurimis iam in Religione præclarè functus officijs ad *Abiens.* in partibus, sub Patriarcha Constantinopolitano assumptus est. *Pompe Senenses par.* 1. *tit.* 7: *pag.* 203. *num.* 179.



# SERIES V.

## MINORITÆ ETRVSCI EX FAMILIA PP. OBSERVANTVM AD EPISCOPATVM ASSVMPTI.

I. Reuerendiss. P. &. D. ANTONIVS Florentinus, nobili Bardorum Vernii Comitum familia progenitus, Episcopus *Samacensis*, cum anno 1516. die 9. Mens. Octob. Ecclesiam S. Francisci Fesularum consecrasset, mox exuta Episcopali dignitate annuente Leone x. Fratribus Obseruantibus nomen dedit, & ibidem coram Christophoro Forliuiensi, Vicario Generali Cismontanæ Familiæ, Regularis obseruantiæ solemne votum Religionis emisit. *Vuad. tom.* 4. *anno* 1399. *nu.* 66.

II. Reuerendiss. P. AVGVSTINVS Senensis à Sixto IV, sum Pontif. ex Minoritis assumpto, anno 1477. 9. Calend. Februarij ad Episcopatum *Montis-Marani* in Prouincia Terræ laboris, sub Archiepiscopo Beneuentano assumptus est, *Vuad. tom.* 7. *anno* 1477. *nu.* 22.

III. Reuerendiss. P. CELSVS ZANI Florentiæ honestis parentibus natus, à iuuentute inter Obseruantes litteris, sed omni operam nauauit, tùm in Italia, tùm in Gallia: proindè in Vniuersitate Parisiensi Lauream consequutus; in præcipuis Italiæ Accademiis Lectione, Vrbibus prædicatione Verbi Dei sũmus Theologus, & insignis Ecclesiastes acclamatus, Vrbani VIII. fel. record. in minoribus, & in Pontificatu Theologus extitit, & à sacris Confessionibus, à quo Cappellæ Pontificię Assessor, & Secundus *Ciuitatis Plebis* in Tuscia Præsul die 9. Februarij.

rij, anno 1625, delectus, Ecclesiam sibi creditam summa pietatis & moderationis laude administrauit vsque ad annum 1629, quo eò munere vltrò exoluens, Romam reuersus est, liberiorem operam sum. Pontifici impensurus. Vir vtique integerrimę vitæ, quam tot annorum, quot viuit in Pontificatu Vrbanus aulica conuersatio, non rerum affluentia temerauit, moderato semper victu, & religiosa veste contentus. Plura doctè, & piè scripsit, vt infrà, tit. *De Scriptoribus* dicemus, ac tandem summa religiositate mortalitatem deposuit, an. salut. 1656, die 15. Martij sepultus in Ecclesia S. Francisci Transf. Tyberim PP. Reformatorum, ad cornu Euangelij aræ maioris, atque anno 1664. in communi Fratrum Cœmeterio translatus. *Vghel. tom. 1. pag. 634. nu. 2. Vuad. de Scriptoribus.*

IV. Reuerendiss. P. FERDINANDVS BRVNI à Florentia *Citranus*, al às *Citrarius*, vulgò *Gicogna* Episcopus ordinatus est ab Vrbano VIII. anno 1625. quam Ecclesiam cùm ann. 23. æqua Pastoralis laude rexisset migrauit ad Dom. anno 1648. *Ex Monum. Ecclesia illius à Reuerendiss. DD. Francisco Antonio Cersellio Archipresbitero mihi transmissa anno* 1675.

V. BEATVS & Reuerendiss. P. IACOBVS PETRVCCIVS Senensis Fr germanus P. Ioan. Baptistæ Petruccij Archiepiscopi Tarantini, cuius suprà ser 2. num. 9. meminimus. Episcopus *Lorsensis* in Regno Neapolitano sub Archiepiscopo Beneuentano. electus à Iulio II. 8. calend. Maij an. 1503. Sanctissimus hic Prȩsul (vti *Theatr. 1. Ord. tit.* 4 verb *Iacobus* narrauimus) paupertatem quã vouerat, cum abstinentia, castitate, charitate, cæterisque virtutibus copulans, nec Episcopus ea, quæ erant simplicis fratris, contempsit, nec Frater ea, quæ dignitatem Episcopalem concernabant, prætermisit. Et vt se verum Franciscanum in omnibus ostenderet: sicut benè valens, licèt Episcopali dignitate præfulgidus, communem cum alijs Fratribus vitam duxerat: ità quoque ægrotans ac moribundus commune Fratrum valetudinarium, in Conuentu S. Onofrij apud Histone (vulgò *Guasto*) à pauperculis Fratribus curandus sepeliendùsque s eligere voluit. Cuius Corpus terrę mandatum. post plurimos annos apparuit incorruptum in testimonium illibatæ virginitatis, luculento Confessarij testimonio comprobatæ. Moriturus dixit ipse magna fiducia, per Dei benignitatem & misericordiam saluus sum, & hæc dicens expirauit *Pompa Senens. par. 1. tit. 7. pag.* 186. *num.* 130. *Vghel. tom.* 3. *pag.* 829 *num.* 21 - *Gonzaga par.* 2. *Conu.* 5. & 18. *Prouincia S. Angeli. Vuad. tom.* 5. *ann.* 1440. *num.* 35. *tom.* 7. *ann.* 1490. *nu.* 23. & *tom.* 8. *an.* 1503. *nu.* 23. *Artur.* 4. *February, Barez par.* 4. *lib.* 3. *cap.* 64.

VI. Reuerendiss. P. IACOBVS PETRVCCIVS præfati consanguineus, & coætaneus Episcopus *Alariensis* in Corsica sub Archiepiscopo Pisano, in illa Sede decessit anno 1517. inquit. *Vghel. tom.* 3. *pag.* 604.

VII. Reuerendiss. P. IACOBVS PETRVCCIVS eiusdem Ordinis, patriæ

& familię cum præfatis, Episcopus Suessanus in Campania à Clemente vii. an. 1530. electus, rexit plus minus annis septem, inquit, *Vghel.tom.3.pag.680.n.20*

VIII. Reuerendiss. P. IACOBVS TORRICELLVS de Incisa, vitæ probitate commendatissimus, summus sui temporis Theologus, semel, & iterum Diffinitor Prouincialis, Serenifs. Etruriæ Magnis Ducibus acceptissimus, Sacræ Maiestatis Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ, Henrici iv. vxoris, ac Ludou xiii. parentis a sacris Confessionibus, *Messinensis* Episcopus creatus sub Paulo v. decem circiter annis Ecclesiam illam administrauit, atque in ea circa annum 1618. vitę cursum absoluit.

IX. Reuerendiss. P. IOANNES MARIA de Aretio *Atrebatensis* Episcopus à Leone x. promotùs est, die 20. Martij, an. 1521. *Vuad. tom. 8. anno cit. n. 24.*

X. Reuerendiss. P. MATTHÆVS, aliàs Masseus Bardius Florentinus, è Comitibus Vernij, vir singularis probitatis, insignis sui temporis Ecclesiastes, semel & iterum Diffinitor, atque huius Prouinciæ Minister, Serenifs. Francisci Medices Etruriæ Magni Ducis à Consilijs, & sacris Confessionibus acceptissimus, an. 1581. die 29. Maij, sedente Gregorio xiii. *Clusinus* Episcopus in Tuscia consecratus est. Plurima Ecclesiæ suæ contulit beneficia, prout & nunc marmorea testantur monumenta. Post aliquot annos, cùm graui senio grauaretur, sibi coadiutorem asciuit, & ad suos Obseruantes in Conuentu Omnium Santorum Florentię, cui in restaurando & ampliando tùm inter minores existens, tùm Episcopus factus ope & opere plurimum contulerat, religiosæ quietis ergò reuersus, reliquo ibidem in pace duxit dies suos; donec anno 1597. Mens. Ianuar. in pace dimissus est. *Vghel. tom. 3. pag. 751. num. 50. Vuad. tom. 1. an. 1223. num. 5. Pulinari par. 2. pag. 157.*

XI. Reuerendiss P. MICHAEL Florentinus, ex nobili familia Bonsia, quæ multos vrbis Florentinæ Senatores, Cardinales duos, *Ioannem* olim, & Comitem *Petrum* Comitis Francisci filium Episcop: *Bisiers*, inde Archiepiscop. *Tolosatem*, modò *Narbonensem*, Reginę Christianissimæ Elemosinarium *Presb.Card* creatum die 22. Feb. an. 1672. ad huc superstitem, plures Episcopos *Ioan*, & *Petrum Paulum Conuersaneum Ioanne Gebelden*. de quo sup à ler. 3. n. 23. & Michaelem, de quo agimus produxit; à Paulo V. ad *Rauellanensem & Scalensem* Episcopatum assumptus die 13. Martij anno 1617. in sua sede mortalitatem expleuit anno 1623. *Vghel: tom. 1. pag. 106. Vuad. tom. 7: anno 1500. n. 17.*

*Præfatis Minoritis Episcopis, Tertij Ordinis, profesorem vnum nostræ tempestatis ornamentum & decorem addere libuit: videlicet*

Illustris. ac Reuerendiss. DD. THOMAM SALVIATVM Patrium Florentinum Episcopum Collensem, & Aretinum, Sac. Romani Imperij in Etruria Principem

pem

pem, Cæſ ç Comitem. Venerabilis hic Seruus Dei Paſtorum Idea, Præſulum Corona, alter in Tuſcia Ioannes Eleemoſynarius (cuius acta, & præclar ora facinora ampliori editione damus in Theatro Tertij Ordinis) d e 24. Maij an. 1600. Florentiæ natus, die 21. Auguſti 1634. ab Vrbano VIII. *Collenſis* Epiſcopus ordinatus, & de menſe Ianuarij, ann 1638 ad Aretinam ſedem translatus ſobriam duxit ſine labe vitam, veri Paſtoris munia ritè expleuit, refugium pauperum, & ægenorum, pupillorum pater, viduarum defenſor, Afflictorum, & mœrentium conſolator perpetuus factus, ſanctimoniæ, & omnigenæ virtutis laude adeò claruit, vt vaticinium Abbatis *Vghell. Ital. ſac. tom.* 3 *pag.* 269. *n.* 3. de eo impletum ſit; nō ſolum dum vixit, vt inquit ille ſed etiàm poſt mortem, *dubium ancepſque reliquit. an nitidius in eo fulſerit ſanguinis claritudo, an ornamenta virtutum valuerint.* Aretij demum die 15. Octob. 1671. ſignis clarus, in patriam, vti piè creditur, in æternum victurus translatus eſt.



# SERIES VI.

## MINORITÆ EXTERI ARCHIEPISCOPI, ET EPISCOPI IN HAC PROVINCIÆ TVSCIÆ.

I. ILluſtriſs. ac Reuerendiſs. P. PETRVS RIARIVS Minorita Sauonenſis, Sixti IV. Pont. Max. ex Sorore Nepos, Epiſcopus Taruiſinus ſub Patriarcha Aquilegien. tit. S. Sixti Presbiter Cardinalis die 15. Decemb. an. 1471. ab auunculo creatus, anno ſequenti 1472. Senogallienſi in Piceno, Mimatenſi in Gallia, Hiſpalenſi in Hiſpania, Epiſcopatibus, ac *Archiepiſcopatu Florentino*, poſtremò Patriarchatu Conſtantinopolitano, & Ordinis Minorum Protectoratu, atque Legatione de Latere per totam Italiam ab eodem, & eodem anno condecoratus extitit. Nec mirum ſi tanta in homine contulit Sixtus beneficia, peneſquè eundem non tam Vicariam quàm plenam regendi poteſtatem reſidere voluit: hunc e. n. habuit induſtrium ad Pontificatum promotorem, & in Pontificatu gratum & animoſum adlaboratorem; quippe, qui maximam in ſe oneris partem ſuſcepit, & grauia negotia adeò dexterè peregit, vt ſibi fermè otiari, & nihil egiſſe videretur. At conſumatus in breui expleuit tempora multa, die n. 5. Ianuarij, an 1474. ætatis ſuæ anno 28. menſ. 8. diebus 6. Romæ vita functus, apud Sanctos Apoſtolos, in Sacello Riario honorificè ſepultus. *Borghinius de Eccleſ. Florentina pag* 597. *Vghell tom.* 3. *pag.* 233. *n.* 8. *Vuad. tom.* 6. *an.* 1471. *n.* 6. *&* 22. 1472. *n.* 74. *&* 1474. *n.* 2.

II. Illustrifs. ac Reuerendifs P. BARTHOLOMÆVS Vliarius, Patauinus; quem eximia virtus (inquit Ciacconius,) sacræ Theologiæ, scripturarumque diuinarum scientia, humili sed honesto genere natum, nobilem, & illustrem reddidit Bonifacio IX. Pontifici, & omnibus gratissimum: ab ipso ergo Pontifice ineunte mense Decembri, in 1389 *Episcopus Florentinus*, (nondum .n. in Archiepiscopalem erecta erat Ecclesia Florentina quam Martinus V. an. 1420. talem constituit) delectus, ac die 18. eiusdem Mensis & Anni tit. S. Pudentianæ S.R.E Presbiter Cardinalis renunciatus est. Turbolento rerum statu & calamitosis Christianæ Reipublicæ temporibus à Bonifacio in regnum Neapolitanum cum amplissima potestate Legati à latere missus, vt Neapolim aliasque Regni Prouincias Clementis Antipapæ iugum sequentes, ad Ecclesiæ Romanæ, & Regis Ladislai imperiũ reuocaret, obijt Caietæ 16. Calend. Maij anno 1396. sepultus ibidem apud Minores *Vuad. tom.* 4. *nu.* 1389. *n.* 2. Florentinam sedem tenuisse ab an. 1389. ad 1391. indicat *Borghinius loc. cit. pag.* 595 *Vghell* verò *tom* 3. *pag* 209. *n.* 49. anteà Episcopum Anconitanum, & Ordinis Minorum Generalem extitisse, & Ecclesiam Florentinam obtinuisse anno 1387. dicit sed sicut de Generalatu, ità fortè & de reliquis errauit, &c.

III. Reuerendifs P. FRANCISCVS MONALDIVS Balnoregiensis ann. 1278 5 idus Martij à Nicolao III. sum. Ponti ad Ecclesiam Memphitensem in Lucania promotus, an. sequenti 1279. ad Vrbeuetanam 5. idus Martij, demùm anno 1295. ad Florentinum Episcopatum translatus, sedem hanc vsque ad annum 1302. religiosissimè, ac Christianæ pietatis, necnon in temporalibus augumento gubernauit. *Borgh. loc. cit. pag.* 589. *Vuad. Addit.* 17. *ad tom.* 2. *pag.* 458.

IV. Reuerendifs. P. BARTHOLOMÆVS SIMONIS de Troia à Bonifacio Nono *Cortonensem* Ecclesiam gubernandam suscepit, in eaque anno 1400. dormitionem accepit. *Vgh l. tom.* 2. *pag.* 669 *nu.* 8. *Vuad. tom.* 4. *an.* 1494. *nu.* 5.

V. Reuerendifs. P. BARTHOLOMÆVS AMERINVS in xx. *Grossetanum* Episcop. de manu Nicolai Tertij sum. Pontif. 15. Calend. Aprilis an. 1278. cõsecratus. paulò post sedis Apostolicæ Nuncius Constantinopolim missus ad vnionem tractandam inter Latinam, & Græcam Ecclesiam, impigrè se gessit. An. 1288. Nicolaus Quartus Vicegerentem in Vrbe hominem voluit atque Inquisitorem Vrbeuetanum & Prouinciæ Romanæ. Anno 1290. Legatum in Angliã misit, vt læsæ, & depressæ per iniustas leges libertati Ecclesiasticæ subueniret: quòd & strenuè fecit: Statuta .n. contra libertatem Ecclesiasticam in Concilio Londinensi facta, reuocari coegit, & Regem Eduardum iustè, & piè reprehendit. Indè reuersus an. 1291. in terris esse desijt, *Vghel. tom.* 3. *pag.* 758. *nu.* 20. *Vuad. tom.* 2. *an* 1278. *nu.* 24. 1290. *nu.* 1. & 1291: *nu.* 14.

VI. Reuerendifs. P. BARTHOLOMÆVS ROBOREVS Sauonensis, Sixti

IV. Nepos ab eodem anno 1472. *Massa, & Populonia* in XXXVIII. Episcopum creatus, atque sequenti 1473: ad Ferrariensem Ecclesiam translatus est. *Vghel. tom* 3. *pag.* 802. *num:* 38. *Vuad. tom.* 6. *an.* 1472. *nu.* 75.

VII. Reuerendiss. F: PETRVS CALDERONVS in *Massanensem & Populonens.* Episcopatum Bartholomæum præcesserat, die n. 24. Nouemb. an. 1444. paulò antèa Patriarcha Antiochenus renunciatus, migrauit ad superos. *Tossinian. lib.* 2. *pag.* 280. *Vuad. tom.* 5. *an.* 1444, *n.* 62.

VIII. Reuerendiss. P. GVLIELMVS VASCO Gallus natione ab Ecclesia Comaculen. ad *Senensem Episcopatum* [nondùm .n. Archiepiscopali dignitate decorata erat sedes illa quam, in Metropolitanam erexit Pius II. Senens. die 19. Aprilis 1459.] translatus est, fuitque LIII. Episcopus illius Vrbis, anno 1371. Huic anno sequenti 1372. vna cum Reuerendiss. P. Thoma frignano Minorum Ministro Generali, Greg. XI. Pontifex. Max. prouinciam commisit conuocandi ad fœdus & societatem armorum contra Bernabonem, & Galeatium Vicecomites Regulos Mediolanenses, Amadeum Comitem Sabaudię, Marchionem Montis Ferrati, Nicolaum Marchionem Estensem in Ciuitate Ferrariensi Ecclesiæ Romanæ Vicarium, & Domincum Ducem Ioanuer sem, am pla concessa authoritate omnia pacificendi, & promitendi ad foedus, & collegationem necessaria. Vide, si placet, Diplomata apud *Vuad. tom.* 4. *an.* 1372. *n.* 12. 13. 14: 15. 16: & 17. Senis tandem obijt mense Ianuarij, an. 1377. *Vuad. loc. cit. an.* 1371. *n.* 11. *Vghell. tom.* 3. *pag.* 642. *n.* 53.

IX. Reuerendiss P. HENRICVS, ignotæ patriæ, sed generis nobilitate conspicuus (teste Bonifacio VIII. Pont. Max. loco citand.) litterarum scientia, munditia vitæ religionis obseruantia àc honestate morum, & aliis virtutibus cōdecoratus, huius nominis secundus, & LXXVII. *Lucensis Episcopus* electus à Bonifacio VIII. an. 1300. sub dat. Anagniæ Cal. Augusti incip. *Romani Pontificis*, apud *Vuad. in Reg. tom.* 2. *pag.* 243. *n.* 46. Ex quo *Vuad.* præfat. tom. & an. cit. n. 3. monet errare Catalogum Episcoporum Lucensium, apud *Cæsarem Francottum* dicentem; Henricum istum ab anno 1284. Episcopatum Lucanum rexisse vsque ad an. 1325. & sí .n. rexerit vsque ad an. prælatum tamen nonnisi an. 1300. vt ex Bulla constat, electus est. Errat fortè etiam *Vghel. tom.* 1. *pag.* 881. dum 68. in numero Episcoporum reponit.

X. Reuerendiss. P. HENRICVS N. *Clusinus Episcopus* à Nicolao IV. electus est 15. Calend. Octob. an 1290. *Vuad, tom.* 2. *an. cit. nu.* 19. & in *Reg. pag.* 197 *n.* 48. Ex susceptæ seruituris officio.

XI. Reuerendiss. P. MATTHEI de Vrsinis *Episcopi Clusini* hæc vnica extat memoria in Ecclesia Minorum s. Francisci Trans. Tyberim de Vrbe; in eius

tumulo

tumulo inscripta nempè: *In nomine D Amen. Hic iacet Venerab. Pater, & D. Dominus Frater Matthaeus Ord. Minor filius q D. Fortibrachia de Vrsinis. qui fuit Archiepiscopus .... Olensis, & postmodum ad Clusinam Diaecesim translatus in Episcopatu est defunctus. Obijt anno 1322. die 13. Mensis Iunij & 16. tumulatus. Ità apud Vuad. tom. 3. ann. 1332. num. 7.*

XII. Reuerendiss. P. ALDROVANDVS MICHELOTTIVS ex Assisiatensi Ecclesia ad Episcopalem *Clusinam* a Bonifacio IX. translatus est an. 1392. *Vuad. tom. 4. an. cit. nu. 16.*

XIII Reuerendiss. P. PHILIPPVS PERVSINVS, vir pius, & sac. Theol. Mag. actualis in Tuscia Minister Prouincialis, de quo in *Praefatione* huius operis §. 2. meminimus. *Episcopus Fesulanus* à Martino IV. sum. Pontifice renunciatus & sua manu 2. idus Februarij an. 1282. consecratus est. Episcopatum tenuit vsque ad annum 1297. quò spontè se abdicauit. *Vghel tom. 3. pag. 327. num. 27. Vuad. tom. 2. an. 1279. nu. 9. & 1282. nu. 1.*

XIV. Reuerendiss. P. MONALDVS MONALDESCHIVS Vrbeuetanus 10. Calend. Maij anno 1298. *Suanensem* Ecclesiam à Bonifacio VIII. promotus, anno 1301. 16. Calend. Februarij ab eodem Pont. translatus est ad Archiepiscopatum Vrbeuetanum. *Vghel. tom. 3 Vuad addit 30. ad tom. 2. pag. 463. in tom. 7.*

XV. Reuerendiss. P. NICOLAVS de NOLA ad *Suanensem* Ecclesiam regendam assumptus sub Vrbano V. 16. Calend. Augusti anno 1368. ibidem anno insequenti migrauit ad Dominum, *Vghel tom. 3. pag. 833. nu. 27. Vuad. tom. 4. an. 1368. num. 6.*

XVI. Reuerendiss P. DAVIDE. N. Suanensis Episcopus, qui anno 1278. vel circiter primum lapidem Ecclesiae Conuentus *Plani Castanearum* in honorem S. Mariae iecit, extincto anno 1289. successorem dare alterum Minoritam cupijt Suanense Capitulum & de facto, & si reluctantem, elegit in suum Episcopum.

XVII. Fr. DONATVM de Castello Minoritam. Sed cùm ille nullo pacto adduci potuisset, vt acceptaret, omnium Capitularium vota abierunt, in

XVIII. Fr. NICOLAVM de Louareto, eiusdem instituti. Atqui dùm hunc confirmare detrectat Pontifex, tertiò eligunt.

XIX. Fr. RVFFINVM Mediolarensem, etiam Minoritam, sed neque hic suum voluit assensum praestare. Postremò Pontifex potestatis plenitudine Episcopum designauit Marcum Canonicum Assisiatem. Mira quidem totius Capituli propensio in Minoritas, vt secundò, & tertiò ex eis vnum delegerint, & in electione alterius perstare constiterint, nisi Pontifex tantas proindè Ecclesiae moras sua deputatione praescinderet. Laudabilis etiam vicissim Minorum humilitas, quod vnus, & alter oblatam dignitatem generosè respuerit. *Vuad. tom. 2. anno 1278. nu. 35. & Addit. 25. ad eund. tom. 2. in 7. pag. 462.*


TITVLVS

# TITVLVS SECVNDVS.

## MVNIA ECCLESIASTICA.

### PRAEFATIO.

*Varia, prater administrationem Ecclesiarum prafatam, praclara quidem & honorifica, sed grauia, & seriosa Sancta Sedis Apostolica negotia Greg. IX. Innoc. & Alexand. IV. atque successores Sum. Pontifices Minoritis Etruscis commiserunt pertractanda*, Legatos, Nuncios, Pœnitentiarios, Commissarios Apostolicos, Concionatoresque, *ex eis delegerunt, delegarunt, miseruntque in omnem terram prorsus, ac mare successiuis temporibus. Cùm autem quamplurimi ex eis designatis in Legationibus ac Munijs impigrè se gesserint. egregiam posuerint operam, atque publico Reipublica Christiana bono plurimum consulerint, nonnullorum (non omnium, plurimorum .n. desiderantur] nomina, & acta, qua nobis ex Vuadingi Annalibus, aut aliunde innotuerunt. prasenti titulo, sequentibus seriebus in memoriam reuocamus; vt glorificetur Pater noster, qui in calis est; quique potestatem talem dedit hominibus, talesque sibi delegit Ministros.*



## SERIES I.

### MINORITÆ ETRVSCI LEGATI APOSTOLICI.

I. B. ALBERTVS BERTINIVS à Sarteano, S. Bernardini discipulus (de quo suprà *par. 1. tit. 2. ser. 2. & latiùs Theatr. 1. Ord. tit 4. egimus.*] Vir singularis prudentiæ ac doctrinæ, quippe, Græcis, & Latinis, diuinis, & humanis Litteris adeò eminenter instructus, vt in dè vtraque lingua scripserit, & publici Interpretis Ferrariæ, & Florentiæ in Concilio Generali, inter Gręcam & Latinā Ecclesiam munus ritè obierit. Vir comprobatæ integritatis, morum grauitate, & consilio præstans, cælestis Præco, & in signis Ecclesiastes, ad quem audiendū sexaginta millia hominum, & vltrà confluere solebant, ingenti animarum lucro: dissolutæ disciplinæ dictis, & scriptis intrepidus reformator; Regularis Obseruantiæ propugnator & propagator, magna Ecclesiæ Dei Columna, post plures exthlantos labores pro sancta Ecclesia sub Martino v. & Eugenio IV. ab anno 1415. ad 1435. alios subire, & ritè obire non recusauit: Eo itaque anno ad Grę-

cos Orientales Nuncius Apostolicus ab Eugenio amandatus, adeò grauiter cum illis egit de vnione Ecclesiarum, vt sub finem anno 1437. per eorumdem Cõmissarios, Ferrariç in Concilio Generali adductos, Ecclesiarum vnio stabilita fuerit. His successibus non immeritò lætus, & diuinæ misericordiç fiducia repletus Eugenius Pontifex Max. statim amplissimis datis facultatibus ( vide diplomata apud *Vuad. tom.* 5. *anno* 1439. *num.* 35. 36. 37. & 38. ) Albertum ipsum Commissarium suum in syria, ad Indos, ad Aethiopes, & ad Aegyptios Nuncium & Legatum, vnà cum *Ioan. Baptista* de Leuanto, *Bartholomæo* del Pelacane, & *Thoma* de Florentià consodalibus delegauit, vt salutem diceret, veritatis Euangelicæ viam doceret, & ad Matris suæ Ecclesiæ Romanç amplexus schismaticas illas nationes inuitaret; Felici itinere Ierosolymas peruenit, Cophitis, Aegypti populis, per Syriam, aliásque prouincias dispersis, tomis vnionis ostensis, rebúsque in sancta Ciuitate, & Syria prudenter dispositis descendit in Aegyptum. Vasta in solitudine præ bidu cibi, & potus penuria dum animam ageret ab Angelo, pane de cælo prçstito, mirabiliter liberatur. In Cayrum deuentus, coram Sultano Babiloniæ verç fidei dogmata constanter asseruit, & aduersa impiè credulitatis præstigia acriter christiana libertate condemnauit, capitis sententiam proinde hilariter excepit, sed suo mœrore à Christianis ereptus, amplam ab eodem Sultano facultatem reportauit Aegyptum omnem, & Syriam peragrandi, prohibito tamen sub mortis interminatione ad Indos & Aethiopes accessu. At Albertus, qui pro Christo, & Ecclesia mori lucrum putabat, suo periculo terminos transiluit Pontificis mandata executurus; missísque hinc indè socijs, eo laborauit fructu peregrinas & exteràs inter nationes, vt Catholicos in fide firmarit, schismaticos ad Ecclesiæ gremium reuocarit, & ingentem Iacobinorum gentem anno 1441, Florentiç in Concilio Generali, summa totius Ecclesiæ exultatione, per suos adduxerit Commissarios. Vide præclarum facinus apud *Vuad. tom.* 5. *ann* 1441. *à num.* 1. *ad* 36. inclusiue, & non pœnitebit. Iterùm an. 1443. pro congregandis auxilijs, & pręparandis stipendijs præstandis exercitibus, & classibus contra Saracenos Grçcorum Imperium, Hungarorum & Cypriorum Regna simultaneè magno impetu, & formidabili potentia debellantes, expediendis Albertum nostrum in Patriarchatu, & Prouincia Aquilegiensi suum Nuncium voluit Eugenius. Pręclaris his Legationibus, faustis, & fructuosis his laboribus coronata anima illa sanctissima; die festo Assumptionis Virginis Matris an. 1450. à corporis vinculo soluta, recta Cœlum, premio perpetuo Laureanda, tetendit, prout B. Ioannes de Càpistrano consodalis eadem hora vidit, & exclamauit; *Cecidit hodie magna S. Ecclesia Columna. O me Patres, video animam cuiusdam Fratris nostri in Cœlum euolare. En speciosa vadit, en properat pulcherrima.*

II. ANTONIVS à Massa, de quo supra par. 1. tit. 2. ser. 1. n. 7. & par. 2. tit. 1. ser. 4. n. 5 Minister Generalis. & Massanus ac Populonensis Episcopus an. 1419. pro Martino v. præclarè functus est Legatione ad Constantinopolitanum Imperatorem

peratorem ad explorandam Græcorum sententiam circà vnionem Ecclesiarum Græcæ, & Latinæ.

III. ANDREAS à Florentia, ) viri docti & Apostolici, ad Quolibei Magnū
IV. IOANNES à S. Agatha, ) Cham, seù Imperatorem Tartarorum. & ad
V. MATTHÆVS de Aretio,) Abagam nepotem, Orientalium Tartarorum de quo Theat, 2. Ord. tit. 9. ) Regem à Nicolao Tertio summmo Pontifice, anno 1278. Legati & Nuncii Apostolicę Sedis missi sunt, vt Catholica fide imbuerent, & sacro intingerent baptismate eorumdem Principum filios, atquè ex exercitu, & familia, qui fieri vallent Christiani. *Vide Diplomata apud Vuad. tom. 2. an.* 1278. *nu.* 8. 9. *&* 10.

VI. BARTHOLOMÆVS Senensis Minister Prouincialis Syriæ, vnà cum *Bartholomæo Episcopo Grossetano de quo suprà tit. 2. ser. 6. n.* 5. Philippo Perusino Tusciæ Ministro, posteà Episcopo Fesulano, de quo item suprà, loc. cit. nu. 13. & *Angelo Vrbeuetano* an. 1278. ad Michaelem Palęologum Græcorum Imperatorem Constantinopolim Legatus destinatus est à Nicolao Tertio, vt deampliori profectu vnionis Ecclesiarum in Concilio Lugdunensi inchoatę ageret, & temporalium prætensionum tractatum iniret circà pacificandas & stabiliendas pacis conditiones inter Palęologum & Carolum Siciliæ Regem, nec non Philippum, Constātinopolitanum Imperatorem nuncupatum, vt concordatis & sedatis Principibus, sublatisque bellorum motibus. & animorum diffidijs, vniuersa Græcia faciliùs & suauiùs Ecclesiæ velit adhærere Latinæ. *Vide commissionis Litteras apud Vuad. tom. 2. an.* 1278. *nu.* 3. 4. 5. *&* 6.


VII. GERARDVS PRATENSIS. &) quorum Theat. 1. Ordinis tit. 9. egi-
VIII. RAYNERIVS SENENSIS, ) mus. Innocentij, Alexandri, & Vrbani IV. ac Nicolai III. sum. Pont. Pœnitentiarij & Apocrysarij, ab Vrbano præfato anno 1264. ad Michaelem Palęologum Græcorum Imperatorem delegati sunt, vt eumdem in concepto proposito circà vniendas Ecclesias confirmarent atque confouerent, & alia ad id necessaria præstruerent. Hac præclarè functa legatione, Gerardus iterum à Nicolao III. ad Quolibei Imperatorem, & Agabam Tartarorum Regem an. 1278. Legatus missus, vnà cum prędictis Andrea Florentino, Mattheo Aretino, & Ioanne à S. Agata fideliter apud Tartaros ad laborauit.

IX. FRANCISCVM Pistoriensem sac. Theologiæ Magistrum, à Martino V. sum. Pont. Legatum ad Soldanum Babiloniæ promoturum causas Christianorū missum esse reformat. *Chronica nostra antiqua, inquit. Vuad. tom.* 5. *an.* 1429. *n.* 7.

X. IOANNEM. & ) de Florentia, vnà cum *Gregorio* de Vn-
XI. NICOLAVM BONATTVM ) gheria, & *Nicolao* de Molano, quorum

*suprà tit. prac. ser.* 3. *n.* 28. meminimus, virospios, & docto plurimum & frequenter à Benedicto XII. Pont, Max. commendatos, Legatos an. 1338. datis amplissimis facultatibus misit ad ōnes Imperatores & Principes Tartarorū, datis ad singulos litteris grauissimis: quas exhibet *Vuad. to.* 3. *an.* 1338. *à n.* 11 *ad* 16. *inclusiuè*, additis alijs ad Archiep Cambaliensem Ord. Min. & ad Fr. Eliam Vngarum etiā Minoritam Principi Tynibech primogenito Vobach Imperat. familiarem, & demùm alijs cōmendatijs ad Reges, & Prælatos Europeos, & Asiaticos, perquorum terras oporteret trāsire. Magnus erat sub illo tēpore in Tartaria Christianorum numerus, & frequentes Fratrum missiones, quorum & domicilia multa, & opinio magna. Habebant inter alias domum propè magni Chami Palatiū, & conuescebantur ei, à quibus etiam dùm iret cubitum, volebat benedici. Monasteriorum numerum auxerunt, & Fratribus maiorem adue xerunt opinionem Frater Ioannes noster Florentinus (Nicolaus .n. Bonattus ob grauissimas causas Legationem concernentes ex ipso reuersus erat itinere, & ad Mileuitanum Episcopatum, vti loc. cit, diximus, assumptus] & socij Legati præfati; qui à Principibus Orientis honorificè habiti an. 1342. peruenerunt ad Ciuitatem Cambaliensem. Ità prudenter, Ioanne ductore, & modestè egerunt. vt summam inuenerint gratiam in Principis conspectu, & nouo edicto licentiam fecerit fidē Christianam in suo Imperio prædicandi. Reliquis præibat Fr. *Ioannes* exemplo, magnam Crucem manu portans, hinc indè tanquam scintilla discurrens, multos ad Christi fidem conuertens, intrepidè Christi Iesù nomen omnibus inculcans. Erectæ tunc multæ Christiānorum Ecclesię, & diffusa est per multas partes fides Romana. Tandem cùm indefesse per annos decem & vltrà vastissimis illis in regionibus *Ioannes* in Euāge io laborassent, anno 1353. ab eodem Imperatore ad Innocentium v. Clementis successorem remissus est honorificè functurus Legatione. Sub finem igitur anni præfati 1353, *Ioannes* Auinioni ad Curiam perueniens, litteras Magni Chami præsentauit; in quibus apertè profitebatur bonam esse fidem Christianorum, omnesque huius viæ viros & mulieres sui dominij pleno subijciebat Pontificis Imperio, atque vt huius doctrinæ Magistros plures mandaret, rogebat, *Vide Vuad. loc. cit. & an.* 1342. *nu.* 11. *Vlysip. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 45.

XII. IOANNES SCARLATTI Florentinus, Episcopus Corensis, posteà Archiepiscopus Pisanus, vti titulo præced. ser. 2, n. 11. diximus à Clemente IV. Legatus Apostolicus ad Regem & Regna Armenorum an. 1346. deindè an. 1350 ad Cantacuzenum Græcorum Imperatorem, & filios eadem authoritate amandatus est. *Vide loc. cit.*



SERIES

# SERIES II.

## MINORITÆ ETRVSCI S. SEDIS APOSTOLICÆ NVNCII.

I. ANGELVS de Bibiena Pisauriensis Episcopus [de quo tit. *praec. ser.* 3. *n.* 3 *& par.* 1. *tit.* 2. *ser.* 8. *n.* 3. loquti sumus) cùm in Germaniam ad Carolum IV. Imperatorem, in Poloniam ad Regem Casimirum Vrbani V. Nuncius amandatus præclarè functus esset Legatione, iterum Nuncius ad confederandos Ianuenses, Florentinos, Pisanos, & Lucenses contra Bernabonem Mediolanensem Regulum, & alios Ecclesiæ Romanæ hostes ab eodem missus anno 1370. quòd prudenter suasit, efficaciter persuasit. Anno 1372. Angelus & Nuncius pacis, suadente Gregor XI, à P. Thoma Frignano Ministro Generali missus, Genuenses & Fliscos inter se diffidentes pacificauit. Pacem item & concordiam renouocauit inter eosdem Ianuenses, & Ioannem Episcopum Vercellensem, Marchiones de Carreto, & de Ceua, & Montisferrati, ac nobiles de Coronato, de Solerio, de Riccis de Malabellis de Alferijs de Peilettis, de Scarapis, de Asinarijs de Guttuarijs, & de Cartasinis, atque nonnullos alios nobiles. Anno insequenti 1373. varijs exortis dissidijs, turbis, & tumultibus agitata Vrbs Romana, dissidebant .n. inter se Ioardanus de Vrsinis, & Giraldus Abbas aliquarum vrbium ditionis Ecclesiasticæ Gubernator, Populus Romanus, & Lucas Sabellius, item Populus, & Comes Anguillariæ, nec non Populus ipse, & aliquot Ecclesiæ Ministri. His pacificandis Greg. Papa Angelum pacis Nuncium delegauit, datis litteris Auinioni ad prædictos Populum & Heroes, ad nobiles viros Nicolaum de Vrsinis Comitem Nolanum, Patrimonij B. Petri Rectorem, Franciscum Iordani de Vrsinis militem Romanum, Fortunatum de felicissimis militem Tudertinum, Vrbis Senatorem; Franciscum de Vico Vrbis Præfectum, & Lucam Episcopum Camertem eiusdem Vrbis in spiritualibus Vicarium, quibus cooperantibus concupitam pacem instaurauit, concordiam stabiliuit, & Pisauriensem Episcopatum in præmium reportauit.

II. BALTASSAR de Piscia sæueniente bello inter Matthiam Vngariæ ex vna parte, & Casimirum Poloniæ, ac VVladislaum Bohemiç Reges ex altera, Nuncij Apostolici dignitate & authoritate in Poloniam missus pacis procurandç, viriliter egit, & ob hæresis suspicionem & notam Polono & Bohemo sacrsi interdicere non timuit; an. 1479. sedente Sixto IV.

III. BARTHOLOMÆVS à Colle Vallis Elsæ, B. Ioan. Capistrani discipulus, & Dei seruus, cuius acta dedimus *Theatr.* 1. *Ord. tit.* 9. famosus vbique Verbi Dei Euangelizator, Calisto III. Crucem contra Turcas indicente, ad prædicandam Crucem & decimas auxiliares colligendas Nuncius Sedis Apostolicæ ad Sabinensem, Narniensem, Interamnensem, Amerinum, Reatinum, & Tyburtinum

tinum Episcopat. atque Abbatiam Farfensem delegatus fuit an. 1455. Iterum Pio Secundo sacram expeditionem parante anno 1463, Bartholomæus Nuncijs pro colligendis subsidijs, & Cruciatæ Præco missus est in Prouincia Marchiæ Ancor itanç, & Massæ Trabariæ. Tandem Iobum in patientia, Paulum in animarum zelo, & doctrina repræsentans, sancto fine in Conuentu S. Luchesij extrà Podium Bonitij anno 1478. quieuit in Domino.

IV. BONAVENTVRA de Mugello vnà cum *Hieronymo Asculano*, tanti meriti, vt ad summam Ordinis Præfecturam, Cardinalatus, & Pontificatus apicem sit euectus, *Bonagratia* de s. Ioanne in Persceceto, & *Raymundo* Berengarij consodalibus, viri probi, & docti, à D. Bonanentura Ministro Generali Gregor. x. sum. Pontifici præsentati, ab eodem Pontif. Nuncijs ad Palæologum Grçcorum Imperatorem anno 1272. delegat, de in dicto Concilio Generali Lugdonensi Imperatorem admonituri, eùmque vt adesse vel per se, vel per suos Legatos vellet, rogaturos atque apertam fidem Romanæ Ecclesiæ solidè expositu- ri, vt tandem in perfectam vnionem Ecclesiæ coirent, Grauissimis hi acceptis litteris, quàs exscribit, *Vuad. tom. 2. an.* 1272. *nu.* 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9. profecti, ità feliciter egerunt cum Michaele Imperarore, & Andronico filio, vt longiores non adderent moras, sed cum suis Patriarchis, & Ecclesiarum Orientalium Prælatis de ineunda & consumanda concordia Cræcorum cùm Lat nis serius agerēt; & breui Legatos suos cum plena potestate negotium terminandi in Concilio Generali in dicto mittendos Pontifici summ. intimari voluerint per Bonanenturam, & Raymundum, an. 1273. Vide si placet, binas Litteras, apud *Vuad. loc. cit. ann. cit. nu.* 4. *&* 5.

V. FRANCISCVS BRANDIVS Florentinus, de quo *Theat.* 1: *Ord. tit.* 9. Vicarius Prouincialis Obseruantum in Tuscia pro colligendis ad sanctum opus Cruciatę quam contra Turcas meditabatur Sixtus IV. Pontif. Rom. subsidiis, Sixti præfati, & Sedis Apostolicę Nuncius & Commissarius destinatus est in hac Etruriæ Prouincia anno 1481. Litteræ commissionis extant Florentiæ in Bibliotheca Omnium Sanctorum quarum virtute.

VI. FRANCISCVS Aretinus, cuius item *Theatr. Ord. tit.* 9 egimus, anno 1482. succedens in Vicariatu huius Prouinciæ, Francisco prælato, & Nuncii & Commissarii Apostolici intra fines Etruriæ locum & munus ritè subiuit.

VII. FRANCISCVS BONACCVRSIVS Florentinus Grauinensis Episcopus & Aciensis Administrator, vti suprà, *titul. praced. ser.* 3. *n.* 25. diximus, Inquisitor, & Sedis Apostolicæ Nuncius cum facultatibus plurimis per vniuersam Insulam Corsicæ deputatus est à Bonif. IX. *Sum. Pont. circa an.* 1397.

VIII. HELIAS Cortonensis S. P. D. Francisci inconstans discipulus, & eiusdem immediatus successor in Generalatu, de quò suprà *par.* 1. *tit.* 2. *ser.* 1. *nu.* 2.

egimus

egimus, à Greg. IX. sum. Pontifice Nuncius missus ad Ioannem Brennam Ierosolymorum Regem & Constantinopolitanum Imperatorem, eam Sacratissimę Crucis Dominicę partem obtinuit. quam in artificiosam Crucem insertam, Cortonæ in Ecclesiæ s. Francisci asseruatur, Helenæ, Reginæ, vti ferunt, & miracula testátur, opus, Græcis characteribus insculptum. Crucis formam, & characterum interpretationem habes apud. *Vuad. tom. 1. ann. 1211. nu. 9. & tom. 5. an. 1441. num 1. & 2.*

IX. IACOBVM Pisanum, } Regularis Obseruantiæ pios pro-
X. RICARDVM de Restis Volaterranum) bos s. & doctos alumnos ad fœdē
XI. SILVESTRVM Senensem, ) vocandis Principibus Christianis, & colligendis subsidijs pro numerosa classe expedienda contra Sultanum Cayri Dominum, tertiò Rodiensem Insulam aggredi parantem ad Patriarchatū Gradensem, & totum Prouinciam Aquilegiensem;

XII. PETRVM verò de Pistorio, vnà cum alijs Minoritis Obseruantibus ad regna Castellę suos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, & Commissarios destinauit Eugenius IV. sum. Pontifex anno 1444.

XIII. LVCAS CAPPELLIVS Senensis ex Procuratore Generali, & Tusciæ Ministro Prouinciali Nuncius & Commissarius à Iulio II. sum. Pontif. in Lusitaniam amandatus, anno 1506. Legatiòne præclarè functus in Patriam reuersus migrauit ad superos, prout supra *par. 1. tit. 2. ser. 8. n. 6. diximus.*

XIV. MARIANVS Senensis, B. Thomæ Florentini discipulus in Conuentu Scarlini, insignis verbi Dei præco, cuius acta dedimus in *Theatr. 1. Ord. tit. 9.* Sedis Apostolicæ Nuncius, & Camerę Romanæ Collector à Calisto III. anno 1457. missus est in Prouinciam Dalmatiæ, & ciuitatem Ragusinam, declaratis eius Nunciaturæ terminis, ab Antibari scilicet inclusiuè vsque ad Triestem, includendo Croatiam cum Istria vniuersa. Ità ille se diligentem exhibuit operarium, vt à Pontif. laudari meruerit, aliàsque terras ac regna suæ fidei committi, facultates ampliari. (vide commissionis, & executionis instrumenta apud. *Vuad. to. 6. an. 1457. n. 14. & 14.*] Postquam igitur laudabiliter in hac Nunciatura a Mense Ianuario ad Iulium an præfati se gessit *Marianus*, translatus est ad aliam in regnis Hungheriæ, Bosnæ, & Seruiæ peragendam. Vide diplomatà apud *Vuad. loc. cit. num. 18. & 19.* Eam adhibuit illis in regnis industriam, vt Ioanni Nauarro Pontificis, Scutifero consignauerit decem millia ducatorum computanda mercatoribus de Pazzis, aliàsque non contemnendas summas ex Pontificis præscripto distribuerit inter Reges Hungheriæ, & Bosnę, & nobilem virum Scanderbech Dominū Albāniç strenuè aduersus Turcas agentem. Virum industrium & doctum Pius II. Calisti successor amplissima cum potestate pro eodem Cruciatæ negotio in eodem Bosnęregno Nuncium remisit anno 1459. 7. idus Maii. Vid. honorificum diplom. apud *Vuad. loc. cit. an. 1459. nu. 8.* & pro sequenti cō-

missione

missione n. 9. Paulò .n. post,hoc est, 3. idus Iulii in Cœtu Mantuano Nuncius & Commissarius institutus est in prouinciis hoc Pontificio titulo expressis. *Dilecto Filio Mariano de Senis* [ inquit Pontifex ) *Fratri Ord. Min. de Obseruantia Regulari in Prouincijs, Ciuitatibus, terris & locis Istria, Croatia, Corbania, Sclauonia, Bosna, Seruia, & Rossia, Nostro & Sedis Apostolica Nuncio & Commissario, &c.*

*Vt laudemus Viros gloriosos & Parentes nostros in generatione sua, nos excitat incitatque Ecclesiast. cap. 44. Cùm autem horum vnus, isque primarius (Obseruantibus Etruscis loquor) vti suprà par. 1. tit. 2. ser. 4. & tit. 3. ser. 2. innuimus, fuerit B. IOANNES à Stronconio: vnà cum B. ANGELO a Monteleone, ambo homines magni virtute. & prudentia sua praditi, diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes: Viri, inquam misericordia, quorum pietates non defuerunt; cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum; & in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter illos vsque in aternum manent: vti in Obseruantum Cœtu experientia comprobatur. Ipse n. vti loc. cit. diximus, prima Regularis Obseruantia semina iaciens in Tuscia, in Christo Iesu Obseruantes genuit: atque ideo, quidquid in hoc sacro seraphicoque Collegio potest esse virtutis, & gratia, & gloria, de hoc, quasi quodam fonte lucidissimo, omnium riuulorum puritas emanauit.*

*Meritò proinde prafati B. ANGELI acta, virtutes, laudes. praclaraque facinora ( miraculis .n. clarus iacet in Conuentu Sancti Processi ] scripsimus Theat. 1. Ord. tit. 5. ac alibi sapius memoriam renouamus. Congruè item pramemorati B. IOANNIS loc. super cit. ac Theatr. 1. Ord & Chronologico varijs in locis nomen recolimus: atque in prafatis & alijs nostris Opusculis mul am gloriam, quam per hos fecit Dominus magnificentia sua à saculo (si, vt ait sermo diuinus, gloria patris est filius sapiens.) narramus, dùm innumeros propemodum eorundem filios gloriosos in Theatris producimus, atque pro modulò nostro laudamus: qui .n. de illis in Tuscia nati sunt (sunt autem, quorum non est numerus) reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Memoriam insuper, nec immeritò, recolimus B ANTONII à Stronconio, B. Ioan. pralibati ex Vico fratre & nobili VICIA familia Nepotis. qui vltrà vicennium, B. Thoma Florentini, aliàs de Scarlino dicti, (vti in huius vita §. 8. in Theatr. 1. Ord. tit. 4 ac in Proemio tit. 5. nec non in Theatr. Chronolog varijs in locis praferimus ) primo discipulus, inde socius amantissimus existens Etruscam hanc Prouinciam vita sanctimonia illustrauit, magisterio informauit, virtutùmque odore repleuit: quique in natiuam Vmbria exinde reuersus, sancto demum fine in Domino quiescens, in Ecclesia S. Damiani extrà Assisium, vsque in hodiernum diem miraculis clarus publicapa et venerationi, testibus Marian. lib 5. cap. 37. Vlysip par. 3. lib. 5. cap. 39. Gonzaga Cenu. 2. Prouincia S Francisci, Vuad. tom. 6. an: 1471. nu. 13. &c. alijsque quamplurimis. Reliquum vel ergo erit & rationi consonum ( Sapientis .n. nomen eodem Ecclesiastico cap. 39. teste ] requireretur à generatione in generationem, ) vt, & alterius magni ac sapientis VIRI, videlicet, P. Fratris IOANNIS item à Stronconio, prafatorum BB. Ioan & Antonij ex eodem Vicio stipite geniti, & Antonij trinepotis praclara, qua gessit in Tuscia in hoc Theatro Etrusco recolamus. Etenim, si B. Ioan. Regularis Obseruantia*

*seruantia Institutum inter Minores in Tusciam inuexit, planctauit, B. Antonius Nepos rigauit, Ioan. huius trinepos monasticam disciplinam inter Cistercienses Monachos Etruriæ aliquanto collapsam, Pij v. sanctæ mem mandato & authoritate, vti mox dicemus, vnà cum Ven. P. Vincentio de Perusio Ord. Prædicatorum reformauit, instaurauit, firmauit. Duplici itaque hac ratione permoti, præmemoratis Etruscis Vmbrum hunc benemeritum additum volumus. Non est .n. cur à Theatro Etrusco-Minoritico. & a consortio tantorum Etruscorum, qui pro Ecclesia Dei laborarunt, Vmbrum ex progenitoribus nostris, qui pro eadem S. Sede Apostolica in Tuscia laborauit, excludamus. Præclara ergò, quæ pro Ecclesia gessit Ioannes in Tuscia, & alibi, ex Pontificijs Diplomatibus, reliqua verò eius merita, ex authenticis Monumentis in Archiuio Conuentus S. Francisci Stronconij asseruatis, & à Reu. P. mihi spectatissimo, Fr. Augustino de Stronconio Concionatore Clarissimo, sua Prouinciæ Chronologo. ac actuali Guardiano in Conuentu S. Hieronymi Narniæ transmissis, hic perstringere lubet. Itaque..*

Adm. Reu. ac Ven. P. F. IOANNES nobili familia de VICIS (eius .n. ex Fratre Nepos, Frater Settimius Eques sacræ & Illustrissimæ Militiæ s. Ioan. Ierosolymitani extitit) Stronconij natus circà an. 1500. & in tenella ætate Franciscanis Obseruantibus adscriptus, breui in magnum creuit virum. Piam .n. quam cum lacte à parentibus biberat educationem fortiter tenens, & futuræ probitatis, ac virtutis, quæ ab infantia prçsetulerat specimina adaugens, inter hoc ætate creuit, litteris, sapientia, pietate, omnium virtutum exercitio, ac minoritica perfectione mirabiliter profecit. Hinc Sacerdos factus, prędicationis munus ei mox impositum in pręcipuis Italię Ciuitatibus sui nominis laude, & animarum lucro, verbo .n. docebat & exemplo firmabat, exercuit.

Gubernandis Fratribus deputatus, summa pietatis, prudentiæ, ac ęquitatis laude varios rexit Conuentus. Anno 1550. post Definitoratum Guardianus Archicœnobij totius Religionis, S. Marię Portiunculę videlicet, electus insigni religiositate atque mirabili prudentia ad triennium cum dimidio administrauit. Ad regendam Vmbrię Prouinciam inde assumptus an. 1554. ad triennium regularis disciplinę incremento sanctissimè præfuit. Anno 1560. Monasterij Portiunculę gubernacula iterum suscipiens, pari sanctimonia ad triennium tenuit. Inde per biennium sequentem insignem Montis Perusię Conuentum gubernauit à quo anno 1565. ad regendum celeberrimum sanctimonialium Clarissarum Monasterium Montis Lucis item Perusiæ translatus est.

Dùm anno 1566. his sanctimonialibus Ioannes præesset, Pius V. sum. Pont. eodem anno renunciatus, qui hominis probitatem, doctrinam, zelum, circumspectionem, dexteritatem, prudentiam, ac rerum agendarum peritiam & experientiam apprimè nouerat, suum & S. Sedis Apostolicæ COMMISSARIVM, vti præmonuimus, vnà cum A. R. P. Vincentio Perusino Ordinis Prædicatorum, actuali Priori Conuentus S. Romàni Lucę, instituit, & in Tusciam delegauit, dato commissionis Diplomate die 17. Settembris eiusdem an. 1566. incip. *Pastoralis officij*; plenàque, libera, & omnimoda facultate, & authoritate, visitandi, corrigendi,

gendi, tàm in capite, quàm in membris, ac reformandi Monachos Cistercienses; & personas Monasteriorum S. Saluatoris a *Settimo* S. Mariç Magdalenç de *Cistello* & S. Bartholomæi à *Buonsollazzo* Florentinç Diœcesis, & illis annexorum Monasteriorum, & Regularium locorum, & ad sui Ordinis, & regularium Statutorum obseruantiam, à qua declinauerant, reducendi. Ioannes itaque, & Vincentius tanta prudentia & dexteritate mandatis Apostolicis fecerunt satis, vt breui, & fine vllo strepitu præfatos Monachos & Monasteria ad pristinam sui Ordinis munditiam & candorem reduxerint. Hoc felici successu animatus sanctus Pontifex, amplissimis ijsdem concessis & confirmatis facultatibus per suas, *Nuper per nostras*, datas die 6. Decemb. an. 1566. Visitationem Correctionem ac Reformationē Monasterij Monialium S. Donati *in Poluerosa*, propè & extrà muros Florentiæ eisdem Vincentio, & Ioanni commisit. Ipsi verò pari prudentia, zelo, ac maturitate procedentes, & hoc ad optatum à sancto Pontifice finem, facili negotio, perduxerunt.

HOMINEM [de Ioanne solummodò loquor) sic probatum, experientia in similibus reformationibus comprobatum, alio breui incip. *Cùm sicuti molestè accepimus* dat. die 3. Iulij an. sequentis 1567. idem sum. Pontifex Ioannem quem apprimè vitæ integritate, prudentia, doctrina, & regularis disciplinæ experientia præstantem dicit, Visitatorem, Correctorem, & Commendatorem instituit omnium Fratrum & Monialium Clarenorum sub Ordinariorum iurisdictionem degentium in Prouincia S. Hieronymi de Vrbe, vulgò *Clareni della Becca* nuncupat. qui à Regulari disciplina ab errauerant, cum plena, libera, & omnimoda facultate tàm in capitibus, quam in membris, visitandi, corrigendi, sumendi informationes, formādi processus, & referendi, *firma spe freti*, inquiens, *te desiderio huic nostro, cumulatè responsurum*. Nec fefellit eum spes sua, ità .n. strenuè in hac commissione laborauit Ioannes, vt ineunte an. sequenti 1568. dato diplomate die 23. Ianuarij, incip. *Beatus Christi Saluatoris*, Clarenos præfatos, & Moniales demùm Obseruantibus incorporarit, quòd pluries anteà frustrà præceptum fuerat, & tentatum.

Cumulatè item pio alio eiusdem sum. Pontificis reformationis desiderio satis fecit Ioannes. Alio siquidem breui, similiter incip. *Cùm sicut molestè accepimus*, dat. eodem ann. 1567. die 15. Nouemb. paribus authoritate facultate, ac potestate munitum, Visitatorem pariter Correctorem, & Commendatorem eum constituens omnium & singulorum Monasteriorum, Domorum, & locorum, tàm Fratrum, quàm Sororum ac Monialium Tertij Ordinis S. P. D. Francisci sub Habitu Eremitico in Prouincia Romana, Aprutina, Vmbriæ, & Marchiæ Anconitanæ degentium, vt pariter reduceret ad Monasticæ disciplinæ semitam. Ad votum sancti Pontificis, & hoc reduxit negotium. Quare per Constitutionē suam incip. *Ea est Officij*, dat. die 3. Iulij an. insequentis 1568. sublatis Tertiariorum prçfatorum Superioribus regimini & correctioni Prçlatorum Obseruantum eosdem subiecit.

Quàm charus, quàm acceptus fuerit Ioan. prçfato sum. Pontifici, alio declarauit

rauit argumento. Eodem quippe anno 1568. transferens Pontifex Regium Monasterium S.Claræ Neapolis à regimine Reuerendiss. P.Magistri Generalis Min. Conuentual. ad Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci Ioannem nostrum primum prefati Monasterij Guardianum constitui voluit. Absolutus ab hoc officio in Capitulo Generali Romæ celebrato anno 1571. in patriam Prouinciam rediit, aliquali quiete à tantis laboribus & curis potiturus. At non diù indulgere potuit; eodem .n. anno die 20. Octobr. P. Christophorus à Capite Fontium Generalis Minister Præsidem eum constituit sacræ Lateranensis Pœnitentiariæ. Quàm Præfecturam cùm ad quadriennium vitæ sanctimonia, ardentique zelo salutis animarum administrasset, anno Iubilei 1575. extremo morbo correptus, in Conuentu Aracœlitano delatus, clarus meritis & virtutibus, bonis operibus cùmulatus, sacrisque ritè munitus obdormiuit in Domino.



# SERIES III.

## MINORITÆ ETRVSCI SEDIS APOSTOLICÆ POENITENTIARIIS.

### PRÆFATIO.

*Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Ecclesiæ Catholicæ Romanæ simulque totius Orbis Christiani negotia statum temporalem. & spiritualem concernentia, vti vidimus, Minoritæ Etrusci varias in Orbis regiones inclytè promouerunt, vtiliter pertractarunt, fructuosè peregerunt, præfatis Legationibus & Nunciaturis præclarè functi: idoneos sic Ministros, ac legittimos S. Matris Ecclesiæ filios semet ostendentes ac exhibentes; Ità porrò extrà probatos Ministros & domi ad populi Christiani curam agendam, animarum salutem prouidendam in foro conscientiæ operarios & cooperatores Sedes ipsa Apostolica habere voluit, Minoritis propterea sacram in Vrbe Pœnitentiariam exercendam commisit. Apostolici huius muneris Operarios Etruscos præsenti Serie complectimur.*

I. Eminentiss. ac Reuerendiss. P. Fr. ANTONIVS S.Honuphrij Presb. Cardinalis Barberinus Ord. Minor. Capuccinor. de quo suprà, *par. 1. tit. 1. ser. 4. nu. 1. & par. 2. tit. 1. ser. 1. n. 1.*) Summus ac Maior Vrbis & Orbis Pœnitentiarius institutus est ab Vrbano VIII. eius fratre germano, anno salutis 1624.

II. IVLIANVS Maffæus Volaterranus Minor. Conuentualium, Archiepiscopus Ragusinus, vti suprà *tit. 1. ser. 3. n. 13.* diximus, sacræ Pœnitentiariæ Præfecturam an. XXV. rexit ac tenuit.

III. FRANCISCVS à Fiuizzano, olim Obseruantum in Tuscia Minister Prouincialis, sacræ Pœnitentiariç Lateranensis Prçses sub Clemente VIII. constitutus, eo in munere, mense Augusti anno 1608. ex humanis abiit.

IV. LVDOVICVS à Colle Vallis Elsæ eiusdem sac. Pœnitentiariæ Lateranensis Præfectus, ibidem anno 1596. diem clausit extremum,

V. SEBASTIANVS Marzichius Florentinus Franciscum, & Ludouicũ præfatos cõsodales in Prçfectura Pęnitentiariæ Lareranensis præcesserat, eodem .n. in officio migrauerat ad Dominũ an. 1580.

*Isti fuerunt Præfecti, sequuntur modò Pænitentiarij*

VI. ANTONIVS à Massa Marittima præfatæ Basilicæ Lateranensis Pœnitẽtiarius florebat sub Eugenio IV. anno 1442.

VII. BARTHOLOMÆVS Thomasij Senensis in eadem Basilica sacram exercebat Pœnitentiariam anno 1429.

VIII. GÆRARDVS Pratensis, & ) quorum suprà *ser. 1. n. 7. &* 8. egimus In-
IX. RAYNERIVS Senensis ) nocenti, Alexandri, & Vrbani IV. ac Nicolai III. sum. Pont temporibus Pœnitentiarij in Vrbe gerebant officium:

X. IOANNES DOMINICVS Pratensis Regularis Obseruantiæ professor ab Alexandro VI. an. 1495. 7. Calendas Martii Pœnitentiarius in Basilica Principis Aoostolorum de Vrbe institutus fuit.

XI. Ioannes à Monte Fullonico olim Larcranensis Basilicæ Pœnitentiarius a. 1677. in Conuentu S. Francisci Castrinoui de Capheronia humana reliquit.

XII. IOSEPH Lucensis Lateranensis Basilicæ & ipse Pœnitentiarius, ibi an. 1597. mortalitatem deposuit.

XIII. LVDOVICVS VILLANIVS nob. Florentinus eandem Lateranensem Pœnitentiariam exercebat anno 1443.

XIV. B. MANSVETVS a Castillione Diœcef. Aretinæ, cuius acta dedimus *theatr. 1. Ord. tit.* 4. Innocentii, ac Vrbani IV. sum. Ponrif. Confessarius, Pœnitentiarius, atque Oraror extitit.

XV. PETRVM de Bardis Florentinum ab Vrbano V. Pœnitentiarium institutum, Greg. XI. successor 10 Calend. Octob. an. 1371. confirmauit in officio.

XVI. PETRVCCIVM de PETRVCCIS Senenf. Pius II. sum. Pont. in Familiarem, sacellanum, atque Pœnitentiarium assumpsit. XVII.

XVII. IOANNES BAPTISTA à S. Marcello Pistoriens. Prouinciæ Reformatæ Romanæ alumnus, & Minister Prouincialis, sac. Pœnitentiariæ Lateranẽsis Præses, eo in munere paucis ab hinc annis vitæ finem accepit,

XVIII. IOSEPH à Valtellina huius Tusciæ Prouinciæ alumnus, & Strictioris Obseruantiæ Minister Prouincialis electus anno 1642, inde Lateranensis Pœnitentiarius, ibidem viuendi finem fecit.

# SERIES IV.

## MINORITÆ ETRVSCI, VIRI APOSTOLICI AD DISSEMINANTAM ET PROPAGANDAM FIDEM INTER INFIDELES MISSI.

### PRÆFATIO.

*Laudemus viros gloriosos præfatos, homines quippe magni, virtute & prudentià præditi, narrantes populis sanctissima verba: inperitia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum: homines diuites in virtute, pulchritudinis studium, zelum, & scientiam secundum legem habentes; qui pro Ecclesia Catholica, pro Republica Christiana tot labores subire, tot munia obire, tot terras circuire, tot ardua intentare gestierunt. Sed collaudemus sequentes, qui ardore fidei succensi, charitate Christi vulnerati Euangelij causa, animarum zelo ducti, solum Deum præ oculis habentes, mandatum non expectarunt, sed petierunt, institerunt, atque à Superioribus missi flagitarunt inter infideles, hostes Ecclesiæ, Christiani nominis inimicos, tantùm, vt animas pretioso filij Dei D. N. Iesu Christi sanguine redemptas Christo lucrifacerent, Ecclesiæ aggregarent; cælo inferrent; non quærentes denique, quæ sua sunt, sed, quæ Iesu Christi, animasque suas pro fratribus ponere cupientes, quod & nonnulli assequuti sunt, prout infra, &c.*

I. II. III. SS. IV. V. (BERARDVS, (PETRVS (ACCVRSIVS (ADIVTVS, & (OTTO. ) Quinque Protomartyres Minoritæ à S. P. D. Francisco speciali Dei nutu & reuelatione inter Saracenos ad prędicandum Euangelium missi, Marrochij Martyrio coronati sunt an. 1220. die 16. Ianuar. & Fastis Sanctorum à Sixto IV. sum. Pont. anno 1481. adscripti, vti Theatr. 1. Ord. Titul. & spect. 1. latè narrauimus.

VI

VI. (DANIEL, ) Hostiæ septem Septæ in Mauritania pro Christi
VII. (ANGELVS, ) fide immolatę à Saracenis 6. Idus Octob.an.1221.
VIII. SS. (DONVLVS, ) & à Leone x. Pont. Max. an. 1516. Ecclesiastico
IX. (HVGOLINVS,) officio, speciali Diplomate incipi. *Vt frugifer Ordo*
X. (LEO, ) Dat. 22. Ianuarij, |donati. Horum acta damus
XI. (NICOLAVS &) loc. cit. spect. 2.
XII. (SAMVEL )

XIII. B. ALDOBRANDINVS de AMMANNATIS, & ) De Florentia
XIV. B. IACOBVS Archiepiscopus Zaitonensis. ) quorum acta damus loc. cit. t t. 1. & de Iacobo iterum agimus suprà tit. 1. ser. 2. n 8.] pro confessione fidei, & prædicatione Euangelij *Aldobrandinus* Salmanastrę Persidis, circà an. 1284. *Iacobus* vero in Medorum Imperio anno 1362. à Saracenis occisi Martyrii coronam adepti sunt.

XV. B. BARTHOLOMÆVS, &] de Martinozzis à Monte-Pulitiano (ho-
XVI. B. IOANNES ] rum item loc. cit. acta damus] eadem in Ciuitate Cayri Babiloniæ, eodemque mortis genere, nimirum, |à capite deorsum in duas partes dissecti ob fidei prædicationem Martyrij Lauream assequti sunt.

XVII. B. DEMETRIVS, &) Senenses, coetanei, quomodo in vita sua di-
XVIII. B. PETRVS ] lexerunt se, ità & in morte non sunt separati, eàdem.n. in Ciuitate Tana, eodem tempore Christum annunciantes, à Saracenis an. 1321. occisi sunt. vti loc. cit. narrauimus.

XIX. Seru. Dei ANTONIVS à Virguletta Lunigianæ, Prouinciæ Reformatæ Romanæ alumnus, Missionis Aetyopiæ Præfectus, & Commissarius Apostolicus pro dilatatione fidei apud Suachen Insulà Meluæ Maris Rubri à Barbaris ærumnis confectus, die 26. Aug. an. 1642. migrauit ad Christum; prout loco citato latè diximus.

XX. B. AGNELLVS, &) conciues Pisani, discipuli S. P. D. Francisci in Gal-
XXI. B. ALBERTVS) liam primùm an. 1216. deinde an. 1220. in Angliam à sancto Institutore & Patriarcha missi, Institutum Minoriticum, & fidem Romanam illis in Regnis propagarunt, atque dilatarunt, pro vt loc. cit. tit. 3. enarrauimus.

XXII. B. BENEDICTVS Singardius Aretinus S. P. D. Francisci & ipse discipulus an. 1219. in Græciam Minister ab eodem S. Patre amandatus: ibidem pro fide Catholica laborauit, Schismaticos reduxit, & hereticos, atque Francisci Vexillum erexit: vide loco citato.

XXIII.

XXIII. B. IOANNES PARENS, Florentinus, eiusdem sanctissimi Institutoris discipulus, & in Generalatu secundus successor [ *de quo Theatr. 1. Ord. tit. 4. & suprà par. 1. tit. 2. ser. 1, n. 3.* ) primus Minister Prouincialis in Hispaniam, cuius multa adhuc pars sub dura Saracenorum seruitute gemebat, ab eodem S.P. Frãcisco directus anno salutis 1219. vnà cum

XXIV. B. CLEMENTE Etrusco, ac BB. *Bernardo* à Quintanalle *Bernardo* de Humanalis, *Bernardo* de Moraria, *Zaccharia* Romano *Benincasa* de Tuderto, *Gualterio, Ioanne, Petro*, & alijs vltrà 100. illis in regnis Institutum Minoriticum propagauit firmauitque. Albigensium erroribus tunc latè se diffudentibus validè se opposuit, pugnauit cum Saracenis, multos ad fidem perduxit, ad cor peccatores reduxit. Ordinem Minoriticum indè regularis disciplinæ maximo incremento, ad sexennium sanctissimè gubernauit. Abdicato denique Ministeriatu in Insulis Corsicæ, & Sardiniæ profectus, & in illis Francisci Vexillum erexit, Institutum inuexit; à Barbaris, & Hæreticis multa passus, plurimos ex ipsis cõuertit, vxoratos, & concubinarios Sacerdotes ad castitatem & pudicitiam reduxit, & gentem effrenẽ ad rationis trãmitem, atque Ecclesiasticam disciplinam singulari sua eruditione, miro vitæ exemplo, ac indefesso labore reuocauit, post & sancto fine quieuit.

XXV. B. IOANNES BONELLIVS ) à Florentia. ) vnà cum *Ioanne* de Pen-
XXVI. B. MONALDVS ) ) na, & alijs triginta à san
XXVII. B. CHRISTOPHORVS à Romandiola ) cto P. Francisco, anno 1216. ad Gallos Ligures in Regno Narbonensi missi, & Institutum dilatarunt, & prædicatione verbi Dei multos Christo pepererunt, alios ad Sodalitium admiserunt, vti loc. cit. tit. 4. præfati sumus.

XXVIII. GVLIELMVS Pratensis, Cambaliensis in Tartaria Archiepiscop. ( *de quo suprà tit. 1. ser. 2. n. 7.* ] vnà cum

XXIX. AMBROSIO Senensi ) atque alijs pluribus vastissimis in regioni-
XXX. PAVLO, & ) Biturgię & ) bus Tartarorum amandati, eorundem Tar-
XXXI. ANTONIO) ) tarorum, & aliorum infidelium, ac schi-
XXXII. PETRO à Mõte Pulitiano) smaticorum Aquilonarium conuersioni, eo fructu adlaborarunt, quo suprà loco citato narrauimus.

XXXIII. B. IOANNES RISTORIVS Senensis S. Bernardini præceptor, & ductor, prout in eius vita Theat. 1. ord. tit. 4. diximus. &

XXXIV. AMBROSIVS CONTI conciuis in Regno Bosnę annis 30. contra Hæreticos, præsertim Manichæos, strenuè decertarunt, plurimos ad fidei veritatem reduxerunt, & indefessè in Euangelio adlaborantes vberes dederunt

Ecclesiæ

Ecclesiæ fructus; tandem Ambrosius illis in partibus, Ioannes verò in patria migrarunt ad Christum.

XXXV. B. HERCVLANVS a Piagale; ] varijs in Legationibus cum B.
XXXVI. B. THOMAS à Florentia & ) Alberto Sarthianensi, de quo
XXXVII. BARTHOLOMÆVS del Pelacane ] suprà tit. 2. ser. 1. n. 1. egimus, fortiter adlaborarunt, & fructuosè.

XXXVIII. ANONYMVI & (à Florentia, ex primis Fratribus B. P. Franci-
XXXIX. ANONYMVS sci (inquit Marianus tract. de Orig. sæpius cit; cap. 7 nos Theatr. 1. Ord. tit. 9.) ab eodem sanctiss. Patriarcha missi, primi in Iberniam peruenerunt, & eo in regno institutum Minoriticum plantarunt, & cultum diuinum dilatarunt, ibique Christo ministrantes sancto fine quieuerunt in Domino.

XL. MARIANVS Clusinus Pij II. temporibus missionem in Aethiopiam fideliter obiuit, atque in ea feliciter obijt.

*INTRELOCVTIO.*

*EN quales antiquitus Christi Ministros subministrauit, & in Vineam Domini summo mane, hora Tertia, Sexta, & Nona misit Etruria operarios, at certè non quotos. Enarret, oro, qui potest qui scit, enunciet, quot, vti credibile est, ex Minoritis Etruscis fuerint inter consodales, quos secum in Angliam duxit Agnellus Pisanus præfatus, quot Benedictus Aretinus in Græciam: quot Ioan. Parens in Hispaniam, Corsicam, & Sardiniam; quot Ioannes Bonellus in Galliam Narbonensem; quve Daniel Tusens in Calabriam: quot Gulielmus Pratensis in Tartaria; quot Albertus Sarthianensis, Ioannes Capistranus, Iacobus Picenus Bernardinus Fellrensis, Cherubinus Spoletanus: & alij Christi Athletæ, fidei Pugiles, Ecclesiæ indefessi, strenui, atque ingenui Ministri, pro quibus tot tantisque præclarè functi sunt legationibus ac missionibus. Enunciet præterea, obsecro, qui potest, aut enarret quales, vel quanti ex nostris per integra ferè duo sæcula, proximè elapsa, sacris in missionibus inter infideles fideliter fidelibus ministrarint in Syria, Aegypto, Aethiopia, Græcia: alijsque infidelium plagis. Altum, certè non sine supina nostrorum socordia, nisi sancta simplicitate, aut humilitate excusabiles fiant: silentium tenent scriptores, nec vnum quidem, quòd nouerim, Etruscum subindicant. Restat propterea, vt perstringamus nomina quorundam ex Etruscis Obseruantibus, & Reformatis [aliarum .n. sodalitatum memoria non occurrit;] Missionarijs, qui lubenti nostro sæculo, quasi hora vndecima in Vinea Domini missi, Christicolis inter Saracenos, Barbaros, & aliàs Schismaticas nationes potum salutis propinarunt, verba vitæ ministrarunt, erudieruntque ad salutem. Relictis itaque, qui in sacra Palestina, & alijs regionibus Guardiano seu Custodi ac Commissario Terræ Sanctæ subiectis, in Conuentibus: & Locis de familia commorantes, (magnus est .n. horum numerus) sacris illis in locis redemptionis nostræ, Saluatoris Iesu Christi*

præsentia

*præſentia, & pretioſo ſanguine, ſacratiſſimæ Virginis Matris, & aliorum Sanctorum incolatu, morte, & ſepoltura illuſtratis atque ſanctificatis cultum diuinum aſſeruerunt & conſeruarunt, Chriſtianis in rectoribus, & alys fidelibus veluti Parochi Eccleſiaſtica miniſtrarunt Sacramenta; illos tantummodo recolimus, qui* Miſſionarij *titulo illis in partibus atque in* Valle Lucernæ, *Patribus Reformatis commiſſa in obſequium fidei, pro Eccleſia Catholica laborarunt. Sunt autem.*

XLI. ANGELVS à Silua plana Theologus eruditus, & feruidus Concionator, olim Diffinitor Prouincialis, ſacris in Oriente miſſionibus à Sac. Congregatione amandatus, per triennium noſtro præſenti ſæculo laborauit, in patriam reuerſus, an. *1636.* Liburni diem clauſit extremum.

XLII. ARCHANGELVS Caſſodorius Piſtorienſis, lingua Arabica apprimè eruditus, quam publicè in Vniuerſitate Piſana edocuit, & de eadem Dictionarium in ordine ad prælum ſcripſit: ſed morte præuentus edere non potuit: item noſtra hac tempeſtate, ſub Vrbano VIII, Miſſionarius per ſeptennium totam ferè Orientalem, & Aquilonarem regiones circuiuit anguſtiatus, afflictus, carcere, fame, nuditate tentatus, virgis cæſus [quorum ſtigmata ego ipſe in corpore eius vidi,] ac pluries in vitæ diſcrimine adductus, ſed à Chriſtianis redemptus, in patriam reuerſus, ibidem, me præſente, anno 1652. ſpiritum exhalauit.

XLIII. IVLIANVS à Corſanea Lucenſis vir probus & ſacris litteris eruditus, Aegyptum & Æthiopiam Miſſionarius, peragrauit, ſub Innocentio X. & tandem circà annum 1660. in Conuentu Petræ Sanctæ [illegible] obdormiuit in Domino.

XLIV. STEPHANVS Volaterranus vir doctus & regularis diſciplinæ tenax cùm per triennium loca redemptionis noſtræ in Paleſtina pio veneratus eſſet obſequio, Miſſionarius inde inter Saracenos miſſus poſt biennium non ſine ſanctitatis opinione (vti Theatr. 1. Ord. tit. 9. diximus) Alexandriæ Ægypti, die *29.* Octob. anno *1655.* migrauit ad Chriſtum.

XLV. ANGELICVS à Ciuitella Aretij Strictioris Obſeruantiæ Theologus & Concionator inter Æthiopes vitæ curſum, & miſſionis finem accepit.

XLVI. CLEMENS à Barga Strict: item Obſeru. in Ægyptum profectus, in Cayrum mortalitatem depoſuit.

XLVII. MARCVS Lucenſis, Prouinciæ Reformatæ Romanæ alumnus Æthiopicæ miſſionis Præfecturam regebat anno *1664.*


XLVIII. IACOBVS à Figline ad ſexennium in Aegyptum & Aethiopiam Miſſionarij Smyrnenſis inde pro Minoribus ad biennium Guardiani officium functus eſt.

*Sequuntur Patres Reformati. in Valle Lucernæ missi.*

XLVIII. ALBERTUS à Sartheano Theologus & Concionator Generalis, adhuc in humanis, semel, & iterum in *Valle Lucernæ* missus, totius Vallis Præfecturam per triennium tenuit.

| | *LAICI Socij Præfatorum.* |
|---|---|
| L. BONAVENTURA à Burgo Lucensi | |
| LI. BENEDICTUS de Aretio | Cherùbinus Fesulanus LXI. |
| LII. FRANCISCUS à Cutiliano. | Franciscus de Impruneta LXII. |
| LIII. INNOCENTIUS a Ciuitella Aretij. | Franciscus à Senalonga LXIII. |
| LIV. IOANNES Franciscus Lucensis. | Iacobus de Cerreto. LXIIII. |
| LV. IOAN Franciscus à Ferruccia Pistor. | Iulius à Scarperia. LXV. |
| LVI. IOSEPH à Plebe s. Stephani. | Marcus de Moncione LXV. |
| LVII. IOSEPH à Sartheano. | Nicolaus Citoniensis LXVII. |
| LVIII. LAURENTIUS à Prato-Veteri. | Saluator Florentinus LXVIII. |
| LIX. PHILIPPUS a Chianciano & | |

LX. PHILIPPUS à Valico, *Sacerdotes Concionatores*, ac *Lectores* Christicolis in dicta Valle Lucernæ Ministrarunt, & demptis Laurentio à Pratoueteri, Philippo à Chianciano, ac Marco à Moncione, omnes supersunt hoc an. 1679.



# SERIES V.

## MINORITÆ ETRUSCI PRÆDICATORES APOSTOLICI

### PRÆFATIO.

*Præter Etruscos Episcopos, Pastores animarum, Legatos, & Nuncios, Piscatores & Ductores hominum, Pœnitentiarios, Directores conscientiarum præfatos, fertis Agricolas, & Messores, PRAEDICATORES inquam Apostolicos misit per suos Vicarios Paterfamilias in messem suam, qui zelantes pro domo Israel aras gentium & iniquorum subuerterunt, succiderunt lucos, demoliti sunt delubra, statuas confregerunt, sculptilia igni ad deuorandum tradiderunt, spinas, & labruscas resecarunt, sentes & tribulos ex agro Dominico euulserunt semen bonum seminarunt, zizaniam lolium veritatis sarculo praeciderunt, exterminauerunt auaritiam libidines profligarunt, fœminarum illecebras voluptates trangularunt, ambitiones, & odia fugarunt, ignauia & socordia stimulos adegerunt, & aperientes in Ecclesia os suum pœnitentiam suaserunt, viam Domini in veritate docuerunt, spem cælestium conualescere, & charitatem inalescere fecerunt, religionis cultum multiplicarunt. atque vbi abundauit peccatum, adiuuante Domino, qui miserat, & sermonem confirmante sequentibus signis, vitæ sapientia & scientia, verbo & exemplo curauerunt, vt superabundaret & gratia. Inter hos præcipuè enituere*

I. B. ALBERTVS Sartheanensis, cuius præclaras animi dotes, & gloriosissimos pro Ecclesia Catholica, & fidei propagatione labores, Theat. 1. Ord. tit. 4. latè narrauimus, ac suprà par. 1, tit. 2, ser. 2. n. 3. & par. 2. præsenti tit. ser. 5. n. 1. sub indicauimus, vir, vti diximus, Græcè & Latinè eruditus, varijsque legationibus celeberrimus, sacris prædicationibus intentus incredibile est, quantos plenæ messis manipulos sacri verbi falce in horreum inuexerit Dominicum. A tempore siquidem, quo prędicandi munus, Superiore iubente, suscepit, nunquam ab opere cessauit, perpetuò instituto contra nefarios bello, vehementi ardore insequens vitia, nequicquam timens à facie potentis. Franciscum Sfortiam Mediolanensium Ducem, eiusque Aulicos, ob quædam indignè facta acriter è suggesto reprehendit, cui proindè mortem minitantes, imò & illaturos satellites Sfortia cohibuit dicens; nolite offendere iustè redarguentem, suo enim fungitur officio. Mirum in modum omnes eius prędicationem extollunt, doctis, & indoctis gratam & fructuosam affirmant & proinde summo desiderio per vniuersas ciuitates omne genus hominum ad audiendum confluxisse; Mediolani aliquando conuenerant sexaginta millia hominum, & alibi plura. Inuidebat Dœmon, & populum varijs artibus ab audiendo terrebat. Semel immisso Ceruo cornupeta frequentissimum turbabat cœtum, sed è suggesto vir Dei sedauit, monens malum genium sub cerui forma turbas has minuisse; deindè laruatum Dœmonem solo abegit imperio. In ditione Principum Estensium insolescere cœperant mulieres, & pauonum more longas caudas ducere: Heu, heu, vbi est hodie Albertus? vbi Nicolaus Princeps Estensis? longè longiores ducunt caudas nostrates feminæ, & non est qui corrigat, qui prohibeat.) Albertus, vt erat disciplinę Christianæ tenax, huiusmodi vanitates exosus, ex nostris primò detestauit, deindè in conclaui persuasit Nicolao Principi Estensi, vt seuera lege caueret, abscissis caudis, huiusmodi abusus, & inutiles sumptus ablegari. Factum: cum Nicolaus amplius supplicantium muliercularum molestiàs ferre non valeret, viris & mulieribus aduersantibus christiana constantia, catholico Principe digna, respondit: *Si qua est mulier, quæ se malam haberi velit, aut si quis est maritus, qui malit scortum suam coniugem, quàm vxorem putari, ijs dumtaxat caudas ferre concedimus*. Hęc & alia dicit.

Scriptis pariter disciplinam Christianam tueri conatus est. Hinc anno 1430. doctè & apologeticè dentatam scripturam, & mordacem Podij Brandolini Florentini inuectiuam in Obseruantum cœtum confutauit, & innocentissimorum hominum offensas propulsauit anno 1434. obscenissimam, & impudentissimam opellam, *Hermaphroditum* nuncupatam Antonij Panormitani; *Ne*, inquit ille, *ipsa nostri temporis iuuentus indomita: cui per ætatem prona in pericula via est, amplius*, ac desperatius *corrumpatur: cùm certò sciamus absque huius detestabilis authoris incitamentis, ad luxuriam, eamque fœdam, atque inhumanam, in ea pubescentis adolescentiæ ætate campus vitiorum, quàm latè pateat, quamuè adolescentium conditio magnis exposita periculis mutet*, Similiter piè & religiosè confutauit. Anno 1435, egregium tractatum dedit ad Eugenium IV. sum. Pont. contra Marty-

rum vituperatores. Denique an. 1445. Opusculum *de conditione amicitiæ, & de malitia inuidentiæ* inscripsit ad Thomasium Bibium Cyprium.

II. ANDREAS à Monte Pulitiano, vir doctissimus & integerrimus, Regularis Obseruantię in Tuscia Minister Prouincialis semel, & iterum electus summa æquitatis laude Prouinciam administrauit, varias Italiæ regiones prædicando circuiuit, & apostolicè, cumulato fructu, euangelizauit, ac tandem in patria anno 1529. Patribus appositus est.

III. ANTONIVS Nerius Aretinus, vir illustris, Doctor Parisiensis, qui & doctè scripsit in Magistrum sententiarum, & alia opuscula. Propter eminentem scientiam, & modum dicendi in præcipuis Italiæ vrbibus annis quinquaginta è queis quatuordecim Florentię aliquando in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed Obseruantibus adscriptus in ostensione virtutis Euangeliū prædicauit, & ad pœnitentiam innumeros animauit, vti Theatr. 1. Ord. tit. 4. narrauimus, quibus coronatus anno 1450. migrauit ad Dominum.

IV. ANTONIVS Massanus, Minister Generalis, & Episcopus, de quo suprà par. 1. tit. 2. ser. 1 nu. 7. & par. 2. tit. 1. ser. 4. n. 5. & tit. 2. ser. 1. num. 2. Concionator Apostolicus à Martino V. deputatus, tanti muneris partes egregiè adimpleuit.

V. V. P. BARTHOLOMÆVS à Colle, de quo suprà ser 2. n. 5. vir doctissimus, admirandæ memoriæ, & facundiæ, disertissimus per Italiam & Græciam Prædicator. Inter alios disertos Concionatores, vti loco cit. diximus, hunc delegit Sixtus IV. & Calixtus III. vt Crucem prędicaret contrà Saracenos, Morbo articulari à multis annis afflictus, sola lingua non laborabat; aliorum itaque brachijs ad subsellia elatus, sedens docebat populos ingenti lucro animarum. Tandem cadauer exanime circumferebatur per optimas quasque Italiæ vrbes, concionandi munus vbique vsque ad mortem omnium admiratione & applausu exercens, Iobum patientia, Paulum animarum zelo & doctrina repræsentans.

VI. V. SERV. DEI BARTHOLOMÆVS Pisanus, Author CONFORMITATVM S. P. Francisci cum Christo, virtutibus & miraculis illustris, prout *Theatr. 1. Ord. tit.* 4. narrauimus; virtutis & doctrinæ studijs ab adolescentia addictus suprà coetaneos profecit. Sacram Theologiam varijs in Accademijs summa cum laude professus est. Triginta & amplius pia volumina ad vtilitatem & eruditionem populi Christiani scripsit, quòrum Catalogum dabimus infrà; cùm de Scriptoribus agemus. Nec minorem assecutus est famam in sacris declamationibus, quibus ab anno 1342. vsque ad vitæ terminum per annos sexaginta potenti virtute plurimos ad Christi fidem & meliorem frugem conuertit. Tanta sanctitatis opinione Apostolico isto munere functus est, Apostolicus vir

vnica

vnica & rudi tunica, breui & paniculosa vsus & absque sandalis incedens, vt oppidis, & vrbibus per quę transibat, turmatim ad eum concurrerent personam veneraturi & vestem osculaturi. Obijt tantus vir Pisis in patria circà annum 1401.

VII. V. Seru. Dei BARTHOLOMÆVS à Salutiuo, Strictioris Obseruantiæ vir pietate, doctrina, zelo animarum, & prædicatione nostro æuo insignis, cuius egregias animi dotes, admirandas virtutes, sanctimoniam ac præclara facinora *Theat. 1. Ord. tit. 9.* patefecimus: à grauibus Authoribus Italiæ felicitas, Romæ splendor, Ordinis Seraphici benedictio, Reformatorum sanctitas, mœstorum solatium, omnium salutis animarum amantissimus; nec non honoris diuini, ac gloriæ Altissimi zelantissimus proclamatus, præter varia pia opuscula, infrà, cùm de Scriptoribus agemus commemoranda, quibus Christi Ecclesiam ità ditauit, vt vberrimos fructus in animis cuiuslibet ea versantis ediderit: Apostolico Prædicationis munere addictus, Cruce ad staturam hominis assumpta, exuberantiores adhuc protulit fructus Florentiæ primùm, & alijs Tusciæ finibus, deindè Romæ, Genuæ, Papiæ, Placentiæ, Cremonæ, Parmæ, Regij, Mutinę, Mantuæ, Ferraræ, & alijs Lombardiæ vrbibus, Terris, & Castellis. Tanto namque spiritus feruore, & sanctitatis opinione tanquam scintilla in arundineto prędicando discurrebat, vt videntes signa, quæ faciebat. & cœlestem eius doctrinam admirantes centena & centena millia hominum è longinquis etiam regionibus ad eum audiendum videndum, aut tangendum, vel ab eo benedicendi confluerent; portæ ciuitatum, vbi degebat, non secùs ac tempore belli, ad reprimendam multitudinem confluentem, custodirentur, die noctùque circà ipsum milites custodes adhiberentur ne à multitudine irruente opprimeretur, vestibus pijs insultibus spoliaretur. (at frustrà; sępe .n. ac sæpius nouis induere opus fuit ne scissis vestibus à turbis seminudus incederet) sæpe etiam ad deludendos importunos occursus turbarum per fenestram, per murum demitti oportuerit. Tanto fructu vitia & virtutes, pœnam & gloriam annunciauit in populis, vt in triduo Cremonæ triginta millia hominum & vltrà, suis ipse manibus sacris refecerit dapibus, innumerabilesque alios alijs in locis, per quę pertransiuit, abusus innumeros sustulerit, religionis cultum multiplicauerit, concionum, & Sacramentorum frequentiam auxerit, atque alia plura, salutaria in Ecclesia Dei excitauerit instituta, Tandem signis clarus Romæ in Cōuentu S. Francisci Transtiberim die 15. Nouemb. 1617. ad præmia in cælis (vti piè creditur] reuocatus.

VIII. SANCTVS BERNARDINVS Senensis Obseruantium fulgentissimũ Sidus, Lumen Italiæ, Ss. Nominis IESV præco illustris, Deiparæ Virginis declamator insignis, cuius interuentu filius insigni miraculo, ignito immisso globulo, sicut olim Isaiæ labia mundauerat, ità Bernardino linguæ raucedinem, & gutturis vitium excoxit atque curauit, simulque vocem lenem, claram, sonoram, distinctam, explicatam solidam, penetrantem, plenam, redundantem, eleuatam atque efficacem tribuit, & voci eius vocem virtutis, vt ad id quod iussus

ctus susceperat, proferendi in vulgus sermonis officium, rectè illi ad nutum formâsse credi liceret. Ità ille Sancti Spiritus perfusus rore, feruentissimus Dei præco factus, tam efficacibus vsus est verbis, vt facilè posset animaduerti spiritum Dei loqui per os eius. Tanto animi feruore & studio conciones habuit, vt nomen eius non solùm in Italia, sed toto etiam orbe terrarum celebratur; conciones suas per Hispaniam, Galliam, Angliam, Hiberniam, Scotiam, Germaniam Vngariam, Cyprum, Asiam, Græciam, per Orientem quoque & exteros populos spargerentur. Tantùm valuit prædicatione & vita Apostolica, vt præter hospitalia, & alia loca pia, quingenta & vltrà Minoritis & Minoritissis suis Monasteria, intrà fines Italiæ, ædificauit: septem millia hominum, exceptis mulieribus, habitu donauit Minoritico, aliásque Sodalitates religiosas non parum auxerit. A Solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini *Bernardinus* magnificauit, manifestauitque hominibus sanctum & terribile nomen IESVS: Cultus, inquam, & adoratio Sanctissimi nominis IESVS in pictura, sculptura, seù imagine Bernardino authore, Martino v. sum. Pont. approbante, in Ecclesia introductus est, & in toto Orbe diffusus; Ipse .n. omnium primus nomen illud ineffabile in tabellam sculptum, & litteris aureis depictum, ac Solis radijs circumcinctum adinuenit, & populo post quamlibet concionem spectandum & adorandum proponere cœpit, atque extraordinaria eloquentia, & virtute, excellentiam virtutesque eiusdem declamare. Deiparæ quoque Virginis MARIÆ, cuius amore ab ipsis vncunabulis fortiter suauitèrque ardere cœpit, Nomen mirè magnificauit, laudes, excellentias, prærogatiuas, præconia, atque elogia peculiaria tantæ Virginis, quæ recentiores Theologi, ac verbi Dei declamatores cum laude prosequuntur, ante aliàs de bono cordis sui thesauro eructauit, scriptis commisit, & populis annunciauit. Tantùm sibi sacris concionibus authoritatis vendicauit, ità celebre sibi ac magnum nomen adeptus est, vt passim eum omnes populi, omnis ætas, omnis sexus, pusilli simul & magni sequerentur, amarent, colerent, obseruarent, omnes eum reuerenter magnificarent, extollerent, tanquam Angelum Dei exciperent, ac tanquam diuina oracula eius verba susciperent. Quis itaque verbis æquare poterit quantùm eius doctrinis adiuti adolescentiores innocentiæ & pudoris profectum attulerunt? Ad quantam probitatem? ad quantam reducti sunt frugem vitæ? quàm grauiores induerunt mores? præsertim fæminæ quarum molliores iocos, cantus & saltationes ad frequentandas meliùs sanctas Ecclesias; celebranda Sacramenta, diuinàque auidiùs mandata audienda cònuertit, Lasciuiores verò ornatus, & capillorum ludibriosas quasdam præstigias; medicamenta quoque ad fucandam faciem adinuenta, ac inutilem omnem mundum, mundioris elegantiorisque corporis causa paratum irritamenta cuncta, ac fomenta libidinis ità despici, abijci, ac exterminari curauit, vt publicè etiam ignibus ea sæpiùs traderentur. Nec minus superstitiosa quædam scripta, portentosis notis & characteribus composita, medicamenta etiam & magicis carminibus præcantata pharmaca ità sanctis suis ad monitionibus, illustraque suæ vitæ authoritate destruxit, atque euertit, vt infinita

eorum

eorum congeries in igne, vtique exurenda, penitùsque delenda, tali tanquam digna supplicio, mitterentur. Quis verò cumulatè, ità vt res ipsa exigit, explicauerit, quantùm robusti etiam ac seniores sanctis eius moti admonitionibus antiquam licentioris vitæ consuetudinem reliquerunt? quanta ab eis reiecta damnata exercitia? Quantæ explosæ falsæ corruptæque negotiationes, & lucra? quantę ementiū & vendentium inter se deceptiones, & inuolucra? a quantis cessatum est dolis & fraudibus? à quantis fucis & impositionibus? à quantis mendacijs & deierationibus? Quàm multi rapere, quàm multi concutere; quàm multi alijs vim inferre? quàm multi stupra, adulteria, cędes, proditiones committere dęstiterunt? Quàm multæ prostitutę, ac publicæ obscenarum libidinum victimæ ad cælibem vitam fęminæ redierunt? A quantis denique Ciuitates, tunc temporis Guelfis illis & Ghibellinis factionibus fædatę, exemptæ sunt seditionibus? à quanta turbatione animorum? quanta in populis extincta sunt odia, repressæ iræ, sanati liuores, sedatæ discordiæ, & contentiones? quanta passim orta pax & concordia, quanta quies & tranquillitas? quot reconciliatę aduersæ inter se & infensæ mentes? quot reuocati ad beneuolentiam & pacem animi? à quanto liberati æstu perturbationum? à quanto nocendi studio vindicandique insania? excedit certè vires meas, excedit facultatem eloquentiæ meæ. Non immeritò propterea constanti humilitate certauit *Bernardinus* cùm Martino V. Senensem Episcopatum sibi committere volente, atque cum Eugenio IV. Vrbini, & Ferrarię Ecçlesias offerente, imò & mitram suis manibus imponente: *Non enim*, inquit Bernardinus, *me misit Dominus baptizare, sed Euangelizare & maioris lucri reputo vbicumque terrarum homines Euangelicæ erudire doctrina, quàm vnius Episcopatus ambitu, circumcingi* & ità ad mortem vsquè stetit in testamento, &c. Vide latiùs *Theat. 1. Ord. lit. 1.*

IX. Ven. Seru. Dei EVANGELISTA MARCELLINVS Pistoriens. Doctor Parisiensis, Sacræ Scripturæ præclarus Interpres, S. Caroli Borromæi, ac B. Felicis à Cantalicio familiaris amicus, à Principibus Prælatis, S. R. E. Cardinalibus, imò & sum. Pontificibus ob ingentem pietatis ac religionis famam maxima in reuerentia habitus. Vir suo humili statu contentus, nunquam aspirare voluit ad dignitates intra vel extrà Ordinem; hinc Cortonensem Episcopatum anno 1566. & Volaterranum anno 1570. à Serenis. Cosma Mag. Etruriæ Duce oblatum constanter respuit, & Cardinalitiam Purpuram de manu Gregorij XIII. acceptare noluit. Terrena itaque despiciens, cœlestia quærens, humilis spiritu arduus merito, ingenio clarus, scientia plenus, eloquentia profluus solùm animarum appetens fructum totum se scriptioni, & prædicationi dedit. Scripsit autem inter alia, infrà, cùm de scriptoribus agemus, recensenda, Tract. de *Conuersione peccatoris*: de *Vanitate Mundi*, de *Virtutibus*, quibus multos ad salutem erudiuit. Nunquam interrupto concionandi cursu, per annos 38. cumulatissimo fructu populis Italicis, prçsertim Romano euangelizauit. Multos è Iudaica perfidia ad lumen veritatis Euangelicæ reduxit, innumerabiles è medio

culis

tulit abusus, corruptelas, & vanitates ablegauit, Ecclesiæ nitorem Sacramentorum frequentiam adauxit, & incredibilem peccatorum multitudinem ad cor reduxit, ad pœnitentiam animauit. Tandem sanctimoniæ laude signisque clarus vitam optimo fine conclusit Romę annno 1593. in Ecclesia suorum Sanctæ Marię de Araceli, hoc Epitaphio sepultus. *Fratri Euangelista Marcellino ex Ordine Minor. de obseruantia & Castro S. Marcelli Diæc. ef. Pistoriens. viro Christiana eloquentia, doctrina: & vita sanctitate celebri: qui obijt 3. 9 Ianuar. Ann. Dom. 1593. Vixit anno 63. mens. 2 Religioni 50. Concionibus 38. è quibus Romæ auditus assidue 24. studijs ingentibus animarum & bono. Zeno de Zembibus opt. Auunculo mærens.*

X. B. HIERONYMUS de STUFA Florentinus, genere nobilis, virtute nobilior, litteris ferè expers à B. Thoma de Scarlino dicto in statu humili Laicali receptus postea ex obedientia ad Presbyteratum,& prædicandi munus assumptus. Ità ille in hoc genere se gessit, vt cumulatissimo fructu vbique prædicaret, concurrentibus omnibus hominum ordinibus. Omne ad prędicandum præludium erat oratio, cælestium meditatio amoris diuini erga homines, hominúmque erga Deum ingratitudinis consideratio. In eremitorijs, syluis, locisque desertis, inter densas quercus & fagos prima fecit experimenta,& velut alter Bernardus sermonum disponebat materias. Hinc vehementer hominum increpabat peccata, illic terrenter ad meliora vocabat, illic diuinam summopere commendabat longanimitatem, peramanter rogans auditores, caueret sibi, ne continuo peccatorum irritamento Deum prouocarent, vt tarditatem supplicij grauitate compensaret. Eructabat cor sanctum verbum bonum, & ex abundantia spiritus vbertim proferebat, ex solis verbis Christi, vitę, sed passionis potissimum, [illegible] assiduè ruminatis; quidquid proferret, abundanter exhauriens. Interrogatus à fratribus, vbi, quando, quibus libris studeret? non aliter quàm S. Bonauentura respondit, ad pedes Christi Crucifixi, quidquid demonstrans, quidquid sciebat didicisse. In laboribus assiduus, tanquam scintilla in arundineto discurrens, per vrbes, oppida, vicos & castra circuiens quærebat quem lucrifaceret, signis etiam & prodigijs aliquando sermonem confirmans. Nullus erat siuè doctus, siuè indoctus, qui dicentem non libenter audiret, neque tędio afficiebantur, qui per duas, aut tres horas concionantem excipiebant, Mira vbicunque prædicabat, videbatur morum reformatio, ita circunstantium corda penetrantibus eius verbis, veluti sagittis ignitis, vt vitijs fugatis bona ęmularentur charismata, depositis odijs pacem cuperent, restitutis alienis suas facultates pauperibus distribuerent, Ecclesias deuotè frequentarent, diuina reuerenter sumerent sacramenta. Eo confluebant numero ad eius sermones, vt quantumuis ampla, angusta semper esset Ecclesia, oporteretque aliquando in campis,& in foro prędicare, cosque summo mane exurgere, qui propè aut commodè vellent audire. Tandem Florentię anno 1459. Sanctis Patribus appositus est. *Vide Theatr. 1. Ord. tit. 4. verb. Hieronym.*

IOANNES

XI. B. IOANNES de Prato S. Bernardini discipulus tempore Eugeni IV. Nicolai V. & Calisti III. Sum. Pont. in Philosophia, Theologia, & Iure celeberrimus habebatur, [teste Mariano tract. de Orig. sæpiùs cit. cap. 11.] qui sua doctrina, prædicatione, singularique vita totam refecit Italiam. Disertissimus hic, & Apostolicus Concionator de millibus vnus fuit ex sex, qui ad Calisti III. sum. Pont. votum nullis officijs præpediti delecti sunt anno 1455. viri in lege Domini doctissimi, rerum agendarum peritissimi, zelum secundum scientiam habentes, & virtute florescentes, quocunque Pontifex vellet mittendi. Vt autem Ioannes munus Apostolicum exerceret, annuente, imò iubente Pontifice, amandatus est Commissarius per Dalmatiam, Albaniam, & Bosnam, vt commodiùs feruenti sua prædicatione illarum regionum populos in Turcas concitaret, sacræ expeditioni promptiores redderet, quòd & impigrè fecit. Denique cùm annis ferè 30. Apostolica prædicatione plurimos Christo peperisset, & ipse clarus miraculis ad eundem migrauit ex Conuentu S. Pauli extrà Bononiam, circà an. 1460. *Vide Theat. 1. Ord. tit. 4.*

XII. B. PETRVS de Trequanda Senens. inter Patres Conuentuales ab ineunte ętate diuino addictus obsequio, bonis moribus, & litteris imbutus, in Philosophia, & Theologia Licentiatus exinde per annos 47. ea virtute, sanctimonia, ac animarum zelo inter Obseruantes vixit, vt magnus Euangelij pręco, Propheta, & miraculorum, vel vmbra corporis sui, patrator euaserit, & primis huius sodalitij restauratoribus posset comparari, ac *sancti viri* nomen apud omnes adeptus sit. Licet. n. ob eius integerrimos mores, suauem conuersationem, summamque in regimine prudentiam continuato Pręfecturæ cursu oporteret vel Fratribus, vel Sororibus præesse, alijsque distrahi negotijs, nunquam tamen officium intermisit Apostolicæ Prędicationis. Vita igitur, prædicatione, & signis mirè fructificauit, obediente vniuerso populo vbicumque pręsdicabat voci eius, tanquam Angeli stantis inter illos, videntesque signa, quę faciebat, & quæ pręnunciabat bona, vel mala euenire. *Vid. Theatr. 1. Ord. tit. 4.*

# SERIES VI.

## MINORITÆ ETRVSCI ORATORES PONTIFICII.

I. HENRICVS de SIGNORETTIS Pisanus Ioan. XXII. Sum. Pontificis familiaris, pluribus ab eodem datis litteris Auinioni 12. Calend. Nouemb. an. 1329. vniuersis vtriusque status ordinibus Pisarum commendatus, Pi

sis in Patria, in cuius finibus Petrus de Corbario Antipapa latitabat, missus; exploraturus qualiter res se haberent cum Ludouico Bauaro Imperatore, acturus etiam cum eodem Corbario, vt tandem resipisceret. Non inanem præclaris his in facinoribus operam Henricus posuit; conciues .n. Pisani eius hortatu resipuerunt, Bauari iugum excusserunt, & Pontifici Ioanni nomen dederunt. Latenter interim, & occultè agens cum Corbario, vt errorem Seudó-pontificatus (id m .n. per annum integrum abstinuerat à functionibus, seù fictionibus Pontificijs,) apertè deponeret. Hoc quoque cooperante Illustri viro Bonifacio Comite de Donoratico, sub cuius cura delitescebat Corbarius, feliciter obtinuit; & eò faciliùs, quò iam ille pertæsus sacrilegæ dignitatis, & sceleris admissi, à Bauari consortio & consilio secretò recesserat. Hominem itaque annis grauem, longa assuetæ pietatis religione flexibile, tam corde compunctum, haud operosum fuit ad veritatis semitam retrahere, quam eò faciliùs licuit inuenire, quò longiùs animo & corpore aberat à Ludouico, erroris authore. Excussa proindè mentis caligine, consilium bonum suadente Henrico complexus, statuit se Ioanni vniri & veri Pontificis clementiæ committere, & ab eo veniam multiplicis errati, missis litteris, deprecari, in conspectùque eius se præsentari. Omnia peculiari diplomate promisit Ioannes; vltrò spondens Petrum in Ioanne non seuerum iudicem, sed pium Patrem, & beneuolum amicum experturum. His pactis prodijt in apertum Petrus, & publica eiuratione suos detestatus est errores primùm Pisis, inde Niciç, ac successiuè in omnibus Prouinciæ ciuitatibus per quas, nobili comitatu Auinionem contendens, transibat. Octauo Calend. Septemb. Auinionem appulsus, die sequenti in publico Consistorio recognitis, retractatisque mi serijs misericordiam humiliter alligato ad collum fune implorauit, & obtinuit. Etenim tàm compuncto animo, quàm facundo sermone lachrymabiliter dicentem, ad suos pedes prostratum Ioannes tenere collachrymatus peramanter suis brachi s erexit, in spem meliorem excitauit, & pacis osculo donauit. Dedit insuper in ipso Palatio Apostolico ampla cubicula, libros vt studeret, honorificam supellectilem, victum ex propria mensa Pontificia, & & socios custodesque Aulicos adhibuit. In hac honesta & religiosa custodia viuit Petrus annos tres, mensem vnum, & vita functus honorificè sepultus est in Ecclesia Minorum Auinione in habitu Franciscano. *Vide historiam latè apud Vuad. tom. 3. an. 2330. à nu. 1. ad 9. inclusiuè.*

II. B. IOANNES PARENS Florentinus & Romanus ciuis, magnus in populo Caussidicus, S. P. D Francisci dignus discipulus, & secundus in Generalatu successor; vti suprà *par. 1. tit. 2. ser. 1. nu. 3. & præsenti tit. ser. 6. n. 23. & latiùs Theat. 1. Ord. tit. 4. diximus*. Anno 1235. sedente Greg. IX. Romę seditio popularis exorta grauiter Pontificios affligebat; aliquot .n. ciues authore Hannibaldo de Hannibaldis Senatore ab Ecclesia rebellarunt, Clericis, & Tusciæ populis Romanæ Sedis vectigalibus grauissima onera & tributa indicentes. *Perusio*, vbi degebat Pontifex, Legatus in Vrbe missus ad emolliendos & flecten-

dos animos Romanorum; nihil omisit, per quod reducendos ad iustum, & æquum, atque ad Pontificis obedientiam putarat. Orabat, instabat, prædicabat, modo Pontificis merita, modò clementiam, & iniuriarum facilem in eo veniam proponebat, modò criminis pondus & rebellionis scelus ponderabat, modò diuini numinis iram, & futuram vltionem prædicebat. Per quæ dum nihil in duro, & tumultuoso populo proficeret, ascendens in locum altum quodam mane in spiritus feruore numerosa coram multitudine prænunciauit magnam ibi cladem citò superuenturam, quòd ipso facto apparuit. Tyberis .n. suprà modum exundans, multa Romanis attulit damna, & tanta fame & peste laboratum est, vt vix decimus quisque superfuerit. Territus tot calamitatibus populus, iram hanc Dei esse credens, nobilissimos ciues ad Pontificem Perusium legatos misit, oratum vt ad Vrbem rediens, tot miserijs opem ferret.

III. B. MANSVETVS à Castillione Diœces. Aretinæ, cuius acta dodimus *Theat. 1. Ord. tit.* 4. Sancti Ludouici Francorum Regis familiaris & a Consilijs, Innocentij IV. sum. Pontif. Confessarius, & Pœnitentiarius, Pisis Orator missus an. 1244. Pisanos Pontifici & Ecclesiæ reconciliauit. Iterum an. 1263. Pisis Orator remissus ab Vrbano IV. cuius Sacellanus, & Pœnitentiarius erat, pacis inter Pisanos, & Lucanos fœdera stabiliuit. Ottonem Gualduccium, præcipuũ inter Pisanos Ghibellinæ factionis, & Manfredi Siculi confœderatos, quem *modernum Saulum* Pontifex appellat, resipiscentem à censuris absoluit, & Tertiò B. P. Francisci Ordini aggregauit.

IV. PHILIPPVS à Massa Marittima, discipulus B. Ioannis Capistranensis, vir valde versatus in rebus Curiæ Romanæ, & magnæ opinionis apud Aulicos propter suam sapientiam, & rerum agendarum peritiam. Hunc vnum inter alios præstantes viros suos Marcus Bononiensis Vicarius Generalis Obseruantum, an. 1453. Romã auocauit, vt laborãti familię suæ sua ipse prudentia & doctrina opitularetur. Hunc Calistus III. sum. Pont. ad familiare frequenter admittebat colloquium; ad sedandas graues controuersias Senensium ciuium inter se feraliter diffidentium, & ad aduertendum bellum, quod Comes Iacobus Piccininus à factiosis ciuibus vocatus, inferebat, efficacem misit Oratorem. Pius etiam II. Pontif. Max. hominem gratum habuit, nonnulla ardua commisit, & edificandi, acceptandi regendique Conuentus & fratres sui propositi facultatem fecit.

V. SIMON de Aluernia, vna cum Bonifacio de Iporegia, Petro de Crista, & Petro de Mora a D. Bonauentura Generali Ministro selectis, & Vrbano IV. sum. Pont. præsentatus anno 1263. Hos eruditos & pios Apochrysarios, & Oratores misit Pontifex ad Imperatorem Palęologum rem omnium grauissimam, vnionem scilicet Græcæ Latinęque Ecclesiæ intentandam, qui amplis facultatibus & priuilegijs muniti, impigrè laborantes fausta dederunt initia.

VI. THOMAS de FHOCECCHIO. *de quo suprà par. 1. tit. 2. ser. 6. nu. 4.* Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana apud Greg. XI. ab eodem Pontifice ad Pisanos Orator missus est anno 1272.

# SERIES VII.

## MINORITÆ ETRVSCI NVNCII AC COMMISSARII FABRICÆ SANCTI PETRI IN VATICANO.

### PRÆFATIO.

*ANno salutis 1506. Iulius II. Rom. Pont. initium dedit constructioni magnificentissimæ* Basilicæ S. Petri in Vaticano. *Vastissimum quidem ædificium omnium sacrorum, quæ vnquam fuere vspiam, amplitudine longè augustius, sumptus requirebat immensos, quos propter grauissimas expensas, quas pro defensione libertatis Ecclesiasticæ subire cogebatur, ex Rom. Ecclesiæ facultatibus ipse præstare non valens, ad pia Christi fidelium subsidia conuersus, indulgentias, remissiones & facultates varias porrigentibus manus adiutrices concessit atque indulsit. Subsidijs his colligendis, indulgentijs publicandis homines prafecit dignitate conspicuos, fide commendabiles, industria probatos, inter hos potissimùm Nuncios & Commissarios cis citraque Mare delegauit, debitis facultatibus, indultis & priuilegijs munitos Regularis Obseruantiæ Professores: similiter Leo X. Adrian. IV. & Clemens VII. successores donec ineunte anno 1525. desiderantes Ord. Superiores liberari Fratres ab administratione & collectione pecuniarum pro dicta fabrica; & si honestis gauderent priuilegijs & titulis Nunciorum & Commissariorum S. Sedis Apostolicæ, tutàque conscientia id præstare posse ex declaratione præfatorum SS. Pontificum scirent: non semel rogarunt Clementem, vt eos hoc onere, graui valde, populis odioso, humilique fratrum professioni non adeò conformi, leuare dignaretur. Annuit tandem Pontifex rogante P. Ilarione Sacchetto Florentino Commissario Generali, dato liberationis diplomate incip.* Exigunt vestræ fidelitatis integritas ac. &c. *Die 14. Februarij anno 1525. Pontif. sui anno 2 Vid Vuad. tom. 8. an. 1525. nu. 26. Præfato in munere, ne & materiali Ecclesiæ deesse viderentur, fideliter laborarunt quidam ex Etruscis nostris Minoritis quorum nomina hic exhibemus.*

I. Ioannes Antonius Aretinus à Reuerendiss. P. Francisco Zeno Obseruantium Vicario Generali, & Fabbricę Basilicę Vaticanæ Commiss. ac Nuncio à Iulio Pont. constituto, Nuncius & Commissarius in toto Regno Neapolitano

sub

ſubdelegatus fuit die 13. Maij an. 1508. *Litteræ commiſſionis extant Senis in Archiuio Capriola*.

II. Timothæus Lucenſis, de quo ſuprà *par. 1. tit. 2. ſer. 3. nu. 6.* in locum demortui præfati Franciſci Zeni Obſeruantum Vicarius Generalis ſubrogatus an. 1512. Nuncius pariter & Commiſſarius dictæ fabricæ à Iulio præfato 10 Calen. Aug. eiuſdem anni delectus eſt. *Litteræ deputationis in Archiuio præfato ſunt.*

III. Bernardinus Ptolomæi Senenſis, de quo ſuprà loco cit. n. 7. Timothæo Lucenſi præfato Senis defuncto an. 1513. Commiſſarius Generalis Regularis Obſeruantię ſuffectus, Nuncius & Commiſſarius dictæ fabricæ S. Petri, & ipſe deputatus eſt ſuper XXV. Prouincias à Leone X. die 10. Ianuarij ann. 1514. Diploma in eodem Cartophilacio Senenſi aſſeruatur; quo in munere miniſtrauit ſaltem vſque ad annum 1521.

IV. P. ANTONIVS à Decimo ⎫
V. P. LAVRENTIVS Campana) ⎭ Lucenſes, &

VI. P. BERNARDVS Guaſconius Guardianu Conuentus S. Franciſci Lucę à Reuerendiſſimis PP. Bernardino Ptholomęio, Chriſtophoro Foroliuienſi primo Vicarius Generalis, ac poſteà S.R.E. Cardinalis, Franciſcus Lycheto, & Paulo Soncinati ſubdelegati, in hoc munere pariter laborarunt.

VII. Ioannes Baptiſtà de Puppio Reuerendiſſimi P. Pauli Soncinatis Miniſtri Generalis totius Ordinis S. Franciſci Nuncij, & Commiſſarij Apoſtolici pro fabrica dictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, collector & ſubdelegatus in Commiſſariatu dictæ fabricę S. Petri, anno 1521. cùm eiuſmodi negotium benè & fideliter geſſiſſet & adminiſtraſſet, variaſque pecuniarũ ſummas apud domos & profeſſores Regularis Obſeruantiæ dimiſiſſet, Adrianus VI. volens prædictè fabricæ conſulere, & hominem benemeritum & prouidum cohoneſtare, eundum in Commiſſarium & Nuncium prædictæ Baſilicę Vaticanæ pro collectione, exactione, & receptione dictarum pecuniarum, &c. deputauit in capite, ac Commiſſarium, honorifico dato diplomate (*vide apud Vuad. tom. 8. an.* 1523. *nu.* 53.] in eadem Vrbe confirmauit die 15. Iunij, ann. 1523. quo in munere, ſedulam poſuit operam, donec an. 1525. vti diximus. Obſeruantes abſoluti ſunt à tali miniſterio.

✠✠✠
✠

REVER.

# REVERENDISSIMI PP. MINORITÆ SACR. THEOLOGIÆ MAGISTRI, INQVISITORES GENERALES IN TVSCIA.

## PRÆFATIO.

§. 1. HONORIFICVM etiam illud inter cætera Ecclesiastica Munia à S. Sede Apostolica commissa PRAEDICATORVM & MINORVM Ordinibus Mendicantium primæuis, & illustribus gemellis, qui sunt veluti duo LVMINARIA magna Gen. 1. duo ANGELI LOTH ab incendio liberantes, Gen. 19. duæ TVBAE veri Moysis Num. 10. duo CHERVBIN pleni scientia, Exod. 25. duæ illæ COLVMNAE IACHIN, & BOOZ 3. Reg. 7. duo VBERA Sponsæ Cant. 4. duo filij Oliuæ, Zachar. 4. duo Testes Christi. Apocalyp. 11. duo denique, CHERVBIN Propitiatorij, qui Arcam Dei. idest Ecclesiam, vehant, ferant, sustineant; hisque Deus inuectus sacra responsa, oracula, monita salutis mundo effundat Munus inquam, in Hæreticos inquirendi, & fidem, sine qua (teste Apostolo Hebreor. 11.) impossibile est placere Deo, læsam vendicandi in diuersis Orbis partibus Innocentius Papa IV. commisit, commendauitque anno 1252. Sed ne promiscua potestas & vicina locorum iurisdictio confusionem parerent, aut quæstionem excitarent circa constitutos sibi terminos: anno 1254. reuocauit omnes à se datas in negotio fidei commissiones; atque, vtrique ORDINI, italiæ fines diuisit in funiculo distributionis. In amplissimis tractibus Lombardiæ Romaniolæ; Marchiæ, Taruisinæ, ac Liguriæ Inquisitores instituit Fratres PRAEDICATORES, & in posterum instituendi eorundem Ordini facultatem tribuit. MINORES verò destinauit & pariter eorum Ordini de cętero designandi concessit in præclaris & optimis regionibus, in ipsa Vrbe Roma, in vniuersa Tuscia, in Patrimonio S. Petri, in Ducatu Spoletano, in Campania, in Maritima, atque Romania. Bullas commissionum in præsignatis regionibus Patrum PRAEDICATORVM curæ commendatis habet (teste Vuad. tom. 2. anno 1254. nu. 7.) Bzouius Annal. Eccl. ad an. 1252. & 1254. num. 3. Quæ verò ad designata Minoritis loca attinent, affert ipse. Vuad. loc. cit. à præfato nu. 7. ad 18. inclusiuè. Vide Lector; non pænitebit.

§ 2. Ad Annum igitur 1254. exordinanda est origo potestatis & authoritatis instituendi, destituendi, ammouendi, subrogandique Inquisitores hereticæ prauitatis præfatis Ordinibus PRAEDICATORVM & MINORVM à Sede Apostolica concessa. Licèt .n. anteà Episcopi & Ordinarij locorum in negotio fidei contra Hæreticos Minorum aut Prædicatorum, & vt plurimum coniunctim, ministerio vterentur, vti factum fuisse

Mediolani

*Mediolani anno 1229. scribit Vuad. tom. 1. ad annum cit. num. 24. Senis in Tuscia an. 1244. quo Bonfilius Episcopus (vti in Serie Inquisitorum Senensium dicemus) die 5. Februarij vices suas, authoritatem & potestatem inquirendi in Hareticos Pradicatoribus & Minoribus commisit, prout refert Vuad. tom. 3. anno 1340. num. 11. Necnon Greg. IX. sancta mem. anno 1238. 8. Calen. Maij, & Pontif. sui an: 12. instituit Ministrum Prouincialem Minoritam Prouincia Nauarra, atque P. Magistrum Petrum de Leodegaria Ordinis Pradicatorum Inquisitores in Regno Nauarra, & quidem independenter ab Ecclesiarum Pralatis, dato Diplomate incip.* Rumor, qui de Regni Nauarræ, &c. *apud Vuad. tom. 1. an. 1238. nu 6. quo omnium primo, saltem in Hispania, iudicarim, [ inquit ibi Vuad.) creatos Inquisitores viros Regulares. Et in ex litteris eiusd m sum. Pontificis eodem die & anno datis incip.* Raymundu-Rogerij. *apud Vuad. loc: cit. num. 7. constat tunc temporis Patrem VVlielmum Arnaldi Ordinis Pradicatorum, & P Seraphinum de S. Tiberio Minoritam, Inquisitores esse in Ciuitate & Diœcesi Tolosana: Nec non alij Minorita, & Pradicatores varijs in locis cis itra que Montes munus Sancta Inquisitionis exercuerint ante annum prafatum 1254. tamen, quia illorum Deputatio facta libere à sum. Pontificibus, vel Ordinarijs locorum, erat ad tempus, ad causam, ac personalis: nullam tribuebat Ordini facultatem instituendi, &c. Inquisitores de catero. Et si quam forsè contulisset, eam, vti innuimus, reuocauit Innocentius anno 1254. atque per nouas litteras ordinariam concessit facultatem prafatis Ordinibus Inquisitores deputandi, amouendi, subrogandi &c. in partibus sibi respectiuè assignatis, vti (dimissis litteris commissorijs ad Pradicatores generatim spectantibus, ac etiam ad Minores respectu aliarum Prouinciarum, vt ad nostram TVSCIAE deueniamus) ex subiecto Diplomate Ministris Prouinciarum.* Romanę, Tulcię, *ac* S. Francisci *dato, & à Patre Vuad. ad an. prafatum* 1254. *num.* 16, *relato, apparet, & est sequentis tenoris.*

## INNOCENTIVS, &c.

*Dilectis filijs Ministris Fratrum Minor. de administrationibus Roma, Tuscia & S. Francisci Salut. & Apostol. Bened.*

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Christiano censentur, teneamur ex officij nostri debito expurgare lethiferam pestem hæreticæ prauitatis; in Italia tamen imminet nobis hæc sollicitudo propensiùs: vbi eandem pestem, propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ peruersos mores peperit, ex vicinitate persentimus abundantiùs succreuisse. Volentes igitur in *Vrbe*, in *TVSCIA*, *Patrimonio, Ducatu, Campania, Maritima, & Romania*, per aliquos de Fratribus vestris super hoc partes nostrę sollicitudinis adimpleri, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus discretorum Fratrum communicato consilio, tu fili *Minister Vrbis*, duos de tuę, tu fili *Minister Tuscia* duos de tuæ, tu verò fili *Minister* S. Francisci vnum de tuæ administrationum Fratribus, opere ac sermone potentes, & habentes zelum fidei assumatis

rmatis; quibus Inquisitionis Officium contra Hereticos in Terris earundem administrationum, iuxta formam, quam in eis per alias hactenus nostras expressimus, exequendum, iniungere procuretis; quos eam, quam in eisdem litteris comprehendimus, habere volumus potestatem. Si verò quemquam e orundem Inquisitorum ex causa videritis aliquando amouendum, alium, illo amoto, substituatis pari potestate functurum, quoties id faciendum deliberatione cum discretis fratribus prehabita, vobis, vel Vicarijs vestris, vobis absentibus, visum fuerit expedire. Datum Assisij Tertio Calend, Iunij Pontif. nostri anno XI.

§. 3. *Porrò authoritatem hanc instituendi destituendeque Inquisitores, Ministris & Superioribus Prouincialibus respectiuè, ab Innocentio concessam, confirmarunt successores Sum. Pontif. præsertim Alexand. Vrbanus, Clemens, Martinus, & Nicolaus IV. Quare, cùm Ioan. XXII. an. 1333. Pontificatus vero sui 17. sub Datum Auinion. Cal. Iulij, in Prouincia Romana motu proprio Inquisitorem designasset, vsque ad Sedis Apostolicæ beneplacitum, Patrem Simonem Philippi de Spoleto Minoritam subdidit.* Per hoc autem non intendimus ei, cui aliàs ex indulto Sedis prædictæ deputare Inquisitorem prauitatis eiusdē in dicta Prouincia competit, aut Ord. tuo super prædictis quomodolibet in posterum derogare. *Vuad. to. 3. an. 1333. n. 8. Ea autē vsi sunt Prælati Prouinciales saltem vsque ad an. 1432. quo Eugenius IV. Sum. Pont. honorare volens Reuerendiss. Patrem Gulielmum de Casali Minorum Generalem Ministrum, concessit ei amplissimam authoritatem vbique Inquisitores hereticæ prauitatis instituendi, vel destituendi, & si qua alia necessaria in hoc negotio faciendi, hac tamen adiecta clausula:* Non obstantibus constitutionibus, litteris, aut indultis Apostolicis generaliter, vel specialiter concessis, etiamsi de ipsis de verbo ad verbum fit mentio specialis habenda, & alijs quibuscunque, vsque ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum. &c. *Indultum habet Vuad. tom. 5. anno 1432. sub. num. 11. Per quod patet, quòd tunc temporis facultas deputandi Inquisitores Generalibus Ministris non competebat. neque datam fuisse, quia ad beneplacitum Sedis Apostolicæ illam illi contulit authoritatem: & consequenter authoritas ordinaria præfata instituendi Inquisitores penes erat Ministros & Superiores Prouinciales. Probabile tamen iudicarim ex tunc ad Superiores Generales deuolutam esse, vel ipsis instantibus vt simili honore afficerentur, vel successoribus Pontificibus ità eos honorare volentibus. Nam certe per integrum sæculum facultas ordinandi, instituendi Inquisitores a principio Ministris Prouincialibus concessa Superioribus Generalibus collata fuit: qua ipsi liberè vsi sunt vsque ad tempora Pauli III. qui, vti habetur in Bullar. Cherub. tom. 1. pag. 551. const. 34. Instituit Congregationem Generalem Illustrissimorū DD. Cardinalium S. Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis in vniuersa Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitorum Generalium, quàm restituit Sixtus V. vti habetur in d. Bullar. to. 2. pag. 464. Const. 74. Ex tunc autem vsque ad Pontificatum Gregor. XIII. an. videlicet 1574. Inquisitores instituebant, sed cum participatione, vel saltem de electionibus à se factis certiorare debebant præfatam Sac. Congregationem Generalium Inquisitorum. De cætero verò vsque in hodiernum diem (loquor quantùm ad Minores, & hanc Etruriæ Prouinciam) vel ipsi Summi Pontifi-*

*ces, vel praefata Sac. Congregatio deputarunt deputantque Inquisitores Generales. Quod enim vsque ad praefatum annum 1574: Ministri Generales Patrum Conuentualium [Hoc namque negotium fidei totum ad Patres, qui anteà MINORES, nunc autem cum additamento specificatiuo CONVENTVALES dicuntur, spectauit spectatq; ex ipsis à principio electi fuerunt, & ad praesens eliguntur Inquisitores Generales in Tuscia & alijs partibus Minoribus designatis; proinde tota haec materia illos respicit, ipsorum est haec dignitas, quam cum Ministeriatu Prouinciali ac Generali hereditarunt possiderunt: Nihil ergo in his ad Obseruantes, aut aliàs Minoriticas soboles pertinet) Inquisitores Generales cum participatione Sac. Congregationis destinarint: atque ex tunc hanc authoritatem Sedes Apostolica reuocarit, sibique reseruarit, habeo ex litteris Illustris. Cardinalis Pisani. penes Reuerendiss. P. Inquisitorem Florentiae asseruatis Die namque 4. Iunij an. 1574. scripsit praefatus Cardinalis Pisanus P. F. Francisco Pisano, Sac. Theologiae Mag. ac Florentiae Inquisitori, Generalem Ministrum Minor. Conuentualium notificasse sac. Congregationi commutationem Inquisitorum Florentiae ac Pisarum a se factam, cui Sac Congregationē respondisse: ait, translationem illam non admittere, ac proinde ipse Florentiae munus prosequeretur, addens Sum. Pont Greg. x iij. Sacramque S. Officij Congregationem facultatem instituendi destituendique de caetero Inquisitores sibi reseruasse. Instituuntur itaque, vel à Sum. Pont. vel à Sacra Cōgregatione.*

§ 4. *Si qua mutationes in alijs regionibus ab Innocentio IV. vti diximus, Minoribus. vel Praedicatoribus assignatis facta sint, me latet. Hoc autem scio ex Bulla infrà, ad annum 1347. danda & firmata mansiones docent testanturque nullam vnquam à tempore datae facultatis praedictae instituendi destituendique Inquisitores in hac Tuscia Prouincia Ministris Prouincialibus Minorum mutationem factam esse. sed perpetuis temporibus Minores sanctae Inquisitionis munus his in partibus sustinuisse: Ità temporum iniuria, inundationes incendia antiquorumque in curia distinctam continuatamque Inquisitorum seriem habere permisissent: per pauci enim ex antiquis nobis innotescunt ex Annalibus P. Lucae Vuad qui incidenter ex Repert.s Vaticanis eorum mentionem facit, nec aliunde eruere licuit: De modernis verò suprà integrum saeculum, tenuem quidem; sed successiuum habemus Catalogum tùm Florentiae, tùm Senarum, tùm Pisarum Inquisitorum: vnaquaque etenim ex praefatis Metropolitanis Tusciae proprium habet Generalem Inquisitorem, & vnusquisque horum proprias habet aedes mansiones, officinas, ministros, Qualificatores, & alia opportuna. Florentinus in Conuentu S. Crucis, Senensis in Conuentu S. Francisci Pisanus item in Conuentu S. Francisci. Quando autem istas tres Sedes firmarint, vel separarint Inquisitionis munus & iurisdictionem in his tribus Ciuitatibus & dictionibus, incompertum habeo, sed, si diuinari licèt antiquitus factum crediderim: atque fortè ab initio cùm Ministris Prouincialibus duos eligendi potestas facta est, quorum vni Florentinum & Pisanum tractus commisisse crediderim, alteri vero Senensem; vbi, vti praemonuimus, iam de anno 1244. ab Episcopo Senensi in hoc vocati fuerant; & aliunde constet Sedem hanc Senensem antiquam esse; Pisanam verò posteriorem extitisse. Forte autem in causa fuerunt huius triplicati muneris Inquisitionis Archiepiscopi praefatarum Vrbium, aut Respublicae tunc temporis Florentes, &*

S non

*non rarò inter se belligerantes: vel sic vnaquæque Ciuitas penes se haberet, per quem punirentur delinquentes, tollerentur hæreses, pestis hæreticæ prauitatis procul fieret. Hoc autem euenisse ante annum 1331. probabile est; eo namque anno tres erant Inquisitores in Tuscia, vti ad illum annum sub n. 4. habet Vuad. & nos infrà referemus. Quotquot igitur* INQVISITORES GENERALES *in hac Alma Prouincia* TVSCIAE *secundum morem Minorum, vndequaque accepimus ante annum 1500. extitisse, atque in Metropolitana Florentina Sedem tenuisse [ Hæc enim & quoad antiquitatem, & quoad dignitatem, veluti Prouinciæ Caput & Ministrorum Prouincialium residentia, nunc etiam; &* SERENISS. MAG. DVCVM ETRVR. *iure ac meritò primatum semper tenuit.) prima sequenti Seriè, quæ est* VIII. *in ordine, in alijs tribus Inquisitores posteriores* FLORENTIAE, SENARVM, PISARVM, *& in postrema Minoritas Etruscos in alienis Prouincijs Inquisitoratus officio functos commemorabimus. Prænotandum verò est, sequentem seriem incompletam & diminutam esse, &, vt ità dicam, sine capite, eò quòd inquisitorum Regesta nullibi apparent. Quorum autem nomina & tempora damus, habemus, ex Annalibus P. Vuadingi loco citand. tempus autem institutionis & durationis vt plurimùm nos latet. Sit, itaque.*

## SERIES VIII.

### REVERENDISS. PP. MINORITÆ, SAC. TGEOLOG. MAG. GENERALES INQVISITORES IN PROVINCIA TVSCIÆ ANTE ANNVM MD.

ANNO itaque 3154. iuxtà mandatum D. Papæ Innocentij IV. in litteris, suprà §. 1. relatis expressum, *Inquisitores* electi fuerunt in hac Prouincia per Ministrum Prouincialem, licet Nomina lateant. Patet hoc ex litteris eiusdem Sum. Pontif. Dat. Anagniæ 11. Calend. Iulij, eiusdem anni, apud Vuad. an. præfato nu. 17. quarum titulus est. *Dilectis filijs fratribus Ord. Minor. Inquisitoribus hæreticæ prauitatis præsentibus & futuris in Vrbe, Tuscia, Patrimonio B. Petri, Ducatu Spoletano, Campania, Marittima & Romania.* In quibus præfatis Inquisitoribus facultatem tribuit interpretandi & declarandi vna cùm Diœcesanis locorum, statuta contra hæreticos, &c. edita à se, & alia edita per Fędericum Romanorum Imperatorem; quę ipse Pontifex *Potestatibus, siuè Rectoribus Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum,* aliorumque locorum per Italiam constitutis 23. Calend. Iunij transmiserat, & 3. Calend. Iunij, pręfatis Inquisitoribus, vti refert *Vuad. an. cit. n. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.*

Anno

Anno 1258. Alexander IV. Innocentij successor in Pontificatu præfatas leges à Friderigo Imperatore contra heterodoxos statutas, & ab Innocentio confirmatas, innouauit, & præfatis Inquisitoribus iniunxit, vt in singulis Capitulis Ciuitatum, Consiliorum, & Communitatum annotari facerent. Incipit Diploma: *Cum aduersus hæreticam*. Dat. Viterbij 5. Calend. Octob. anno sui Pontif. 4. Christi verò 1258. apud *Vuad. hoc anno nu. 7.*

Anno 1265. Clemens Papa IV. qui res fidei volebat integras, non solum Innocentij, & Alexandri prędecessorum confirmauit Statuta contra hæreticos, &c, sed plurima ipse statuit, & ampliores facultates dedit prefatorum locorum Inquisitoribus, vtì videre est apud *Vuad. tom. 2. ad an. 1265. nu. 3, 4. 5. & 6.*

Anno 1289. Nicolaus IV. Pont. Opt. Max. aliàs adiecit Inquisitoribus facultates, atque inter alios, nonnulla rescripsit eodem anno Patribus BARTHOLOMÆO, & CHARO in Tuscia Inquisitoribus, vtì habet *Vuad. anno præfato nu. 18.*

*Habemus itaque ex præcedentibus Summorum Pontificum litteris continuatam successionem Inquisitorum Minorum in hac Etruria Prouincia; licèt Inquisitorũ nomina non innotescant. Hoc firmato S. Inquisitionis fundamento in Tuscia, dabimus de cætero Nomina Inquisitorum, quorum, vtì præmonuimus, idem P. Lucas Vuad. in Annalibus mentionem facit. Itaque.*

P. LEO à Castillione Aretinæ Diœcesis Inquisitoris munus in Tuscia sustinebat anno 1297. vtì habetur in Vita B. Margaritæ de Cortona. & *Vuad. an. cit. nu. 18.*

P. PHILIPPVS de Carfagnana (*ait Vuad. tom. 3. an. 1316. n. 8.* loquens de Viris scientia insignibus, qui tunc temporis in Tuscia florebant.) sacræ Theologiæ Doctor, & per Tusciam longo tempore hæreticę prauitatis Inquisitor, sepiùs ad præfecturas, & officia vocatus.

Hoc anno [idest 1317. ait *Vuad. nu. 46.*) florebat in TVSCIA vir doctus Fr ANTONIVS Inquisitor Apostolicus in partibus florentinis: vtì ex litteris à Pontifice ad eum scriptis comperio.

P. ACCVRSIVS BONFANTINVS Inquisitor erat in partibus Senensi & Florentina anno 1328. vtì ad illum annum sub nu. 22. refert *Vuad.* quem, subdens, Pontifex (supple Ioan. XXII.) maximè laudat, quòd se viriliter verbo, & opere opposuerit Schismaticis, & Hæreticis, qui Tuscos in suas partes summo studio attrahere conabantur. Aliàs etiam huius viri & Inquisitoratus meminit. *Vuad. ad an. 1338. nu. 17.*

Anno 1331. Tres erant Inquisitores in hac Prouincia TVSCIÆ, v.
Fr. BARTHOLOMÆVS )) Primis duobus (*teste Vuad. tom. 3.* anno. 1331.
Fr. SERVVS DEI; & ) num. 4.) præcepit Pontifex. Ioan. XXII. vt
Fr. PETRVS de Prato ) Processus reassumerent, & seueriùs agerent contrà Tudertinos, Ludouico Bauaro adhęrentes. Petrum autem ex Inquisitore Ministrum Prouincialem creatum, atque ideò Inquisitoratum dimittere volentem, prohibuit, & in officio confirmauit, multasque peculiares causas

eidem commisit. *Fortè sub his temporibus, si non anteà, facta fuit diuisio Inquisitorum, Florentia, Senarum, & Pisarum.*

Anno 1333. PP BARTHOLOMÆVS, & FRANCISCVS PERVSINI munus Sāctę Inquisitionis in hac Prouīcia sustinebant, quibus specialiter (ait *Vuad. ad hunc an. n. 7.*) cōmittitur, vt contrà quosdā hęreticos procedant, & processus absoluant.

P. GRIMALDVS à Prato sac. Theologiæ Magister inquirebat an. 1334. obijtque in Patria anno 1340.

P. MICHAEL, ignoti cognominis & patriæ, Inquisitor erat in Tuscia anno 1336; cui (*teste Vuad. an. cit. n. 1.*) vti & P. Gulielmo de Monterotundo Narbonensi Inquisitori, atque P. Philippo de Monte Calerio in Vrbe Pœnitentiario Pontificio præcepit Pontifex Benedictus XII. vt in Fraticellos districtè animaduerterent: eandemque curam imposuit Archiepiscopo Ebredunen, & Episcopo Anagnino suo in Vrbe Vicario, & Rectoribus Tusciæ, Campaniæ, &c.

Anno 1337. vti habet ad hunc an. n. 1. *Vuad.* erat Inquisitor in hac Prouincia P. PHILIPPVS ORLANDI, cui interuenit simultas cum Ioanne de Sarzana Notario publico negotiorum Camerę Apostolicæ, quem carceri mancipauit.

Anno sequenti 1338 (*eodem Vuad. nu. 17. teste*) P. IOANNES de BADIIS Inquisitoratus officio fungebatur in hac Prouincia, deinde in Romana.

Anno 1340. P. SIMON PHILIPPI, de Spoleto hæreticæ prauitatis Inquisitor in his partibus Tusciæ conquæstus est (*ait Vuad. an. cit nu. 11.*) quòd Commune Ciuitatis Senensis, vel qui eiusdem regimini temporali præsidebant, quædam ediderint statuta, per quę posset Inquisitionis officium impediri vel retardari. Rescripsit Pontifex. Bened. XII. ad Vrbis Rectores, vt omninò illa, quæ ipso iure nulla erant, reuocarent; & ad Episcopum, vt ea curaret sibi absque moræ dispendio exhiberi & annullari, vel taliter moderari, vt sanctæ Inquisitionis officio nullo essent impedimento.

P. PETRVS de Aquila, vir doctus, intrepidus, ac in agendis versatissimus ex familiari, fideli, & Cappellano Serenis. Ioannæ Neapolis Reginæ, anno 1344. Florentinus Inquisitor renunciatus est. *Huic anno 1346. grauis simultas intercessit cùm Prioribus & Rectoribus Vrbis. Cùm enim Petrus Gomesius de Barroro Cardinalis Hispanus ei facultatem fecisset, suo nomine exigendi 12, millia nummum aureorum e societate Acciaiola, pro quibus Priores & Rectores Ciuitatis bona quadam addixerant, & Vades addiderant. Petrus ab ijs aurum deposcebat, illis cunctabantur. cumque nec monendo, nec obsecrando quicquam proficeret, tres misit Apparitores, & Siluestrum Baroncellium socium Acciaiolorum è Palatio prodeuntem comprehendi iussit. Tumultu in foro mox excitato, impetu in Apparitoribus facto; vinctum ei eripuerunt. Re ad Priores relata, quòd maiestatem suam læsam existimarent, Apparitoribus Inquisitoris manus abscindi iusserunt, & vniuersa dictione proscripserunt. Petrus cum sibi à fursibunda Plebe metueret, Senas secessit, & in Præfectum, Priores; & administros facinoris anathema tulit, insuper & sacra omnia Vrbi interdixit, donec Siluestrum sua iurisdictioni interceptum restituerent. Priores, & reliquos Magistratus Vrbis appellatione interposita ad Clementem VI. Pontif. Florentinum, & Fesulanum*

*num Episcopis & Clerum ad sacra obeunda impulerunt: Cum autem eorum plurimi sacra facere recusarent, nonnullas iniquas leges in praeiudicium libertatis Ecclesiasticae, ac Sanctae Inquisitionis officij tulerunt, Carceres, Inquisitionis diruerunt, vinctos dimiserunt: & missis Oratoribus aduersus Petrum coram Pontifice institerunt. Clemens verò violatam fuisse Inquisitionem perspiciens: postulante Petro, qui Auinionem se se contulerat, diem Prioribus, Praefectis Vrbis, & reliquis authoribus sceleris & socijs apud subsellia Sedis Apostolicae dixit, Vbi item euocauit vtrumque Episcoporum Florentinum, & Fesularum, qui Petri Inquisitoris Edicto parere detrectauerant. Ità Vuad. tom. 4. an. 1246 nu 4. & 5.*

Anno 1347. amoto, sed cum honoris incremento, Petro Aquilano ab Inquisitoratu Florentiæ, substituit Clemens Pontifex P. MICHAELEM Lapi Florentinum sequenti Diplomate.

CLEMENS PAPA VI:
Dilecto filio Michaeli Lapi de Florentia Ord. FF. Minor.

*Licèt vbilibet Sedis Apostolica diligentia aduersus haretica prauitatis labe respersos quorum nequitia serpit, vt cancer, ne in aliorum perniciem sua venena diffundant, libenter remedium exhibeat opportunum. Tamen in Ciuitate & Diœcesi Florentina, alijsque Ciuitatibus, & Diœcesibus, nec non Castris, locis Villis & Terris infrà Prouinciam Tusciæ constitutis in quibus* Personæ Ordinis Minorum, *cuius Professor existis*, Inquisitores *prauitatis eiusdem per Sedem Apostolicam* Deputati. Florētiæ cōmuniter residentes, *cōsu uerint super prauitate predicta Inquisitionis officium exercere: ex speciali benignitatis affectu pracipuè cupimus, vt negotium fidei iugi profectu, euulsis & radicatis erroribus prosperetur, ac fides Catholica fortiùs elucescat. Ad quod per nos & alios desiderātes attentiùs vigilare, taleque ad huiusmodi negotium fidei, ibidem efficaciter promouendum, deputare personam, cuius honesta conuersatio exemplum tribuat puritatis, eiusque labia erudita doctrinā fundant veræ sapientiæ salutarē vt eius sacro ministerio omne fermentum labis huiusmodi expurgetur, ad personā tuam, quàm sinceritate religionis & fidei maturitate, morum & litterarum scientia Dominus insigniuit, nostra considerationis intuitum dirigentes te Inquisitorem eiusdem hareticæ prauitatis in eisdē Ciuitatibus ac Diœc. Castris, locis, Villis & terminis authoritate Apostolica vsque ad biennium deputamus; discretioni tuæ per Apostolica scripta mandantes, tibiq; in remissionem peccatorum iniungentes quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito. virtutē Spiritus induens ex alto, pradictum Inquisitionis officium in eisdem Ciuitatib, Diœc. castris, locis, & villis, ac terminis, prout tanti negotij vtilitas suadebit, sub spe mercedis æternæ, sic efficaciter prosequi & exequi studeas diligēter, vt per sollicitudinis tua prudentiam radix prauitatis eiusdem exinde penitus euellatur Vinea Domini, exterminatis vlpeculis, qua peruersis moribus demoliuntur eandem, fructus afferat Catholica puritatis. In huiusmodi negotio processurus, tàm secundùm indulgentias & priuilegia, Inquisitoribus prauitatis eiusdem, in eisdem partibus authoritate Apostolica deputatis, seu officio Inquisitionis huiusmodi ab eadem Sede concessa, quàm secùndum Canonicas sanctiones. Per huiusmodi autem deputationem de*

*tua*

*tua personæ huiusmodi Inquisitionis officio per nos factam, seu eorum Ordinarijs, quominus ipsi Inquisitionis officium super labe prædicta, prout volunt Canonicæ sanctiones exercere valeant: nec non prædictis, vel quibuscunque alijs priuilegijs dictis Ordini, vel Inquisitoribus, seu officio, siqua sunt eis ab eadem Sede concessa nolumus praeiudicium generari.*

*Datum Auinione Quinto Calend. Maij Pontif. nostri an. quinto,*

*Ex Vuad. tom. 3. an.* 1347. *num.* 10.

P. Mag. IACOBVS ZOZIMI de Tholomæis, nobilis Senensis, SOZZINVS dictus, cùm iam per aliquot ante annos Sanctæ Inquisitionis officium gessisset, anno 1365. ex commissione Vrbani v. promotus est ad Magisterij Lauream per Patrem Gabrielem Volaterranum, atque officium continuauit. Cum autem anno 1372. ab æmulis exagitaretur Sum. Pontif. Greg. xi. eundem in officio cōfirmauit, dato sequenti diplomate Episcopo Sabinensi.

*Fide digna relatione percepimus, quòd nonnulli inuidiæ stimulis concitati dilectum filium Iacobum de Tholomæis de Senis Ordinis Fratrum Minor. Sac. Theologiæ Magistrum, in Prouincia Tuscia Inquisitorem hæreticæ prauitatis, in dicto eius officio indebitè perturbare, ac ipsum à tam dicto officio falsis exquisitis coloribus facere amoueri conantur. Quorum, si prædicta sunt vera, conatibus obuiare volentes, ipsumque Iacobum apud Nos ac litterarum scientia, vitæ munditia, alijsque virtutibus, & moribus, ac administratione laudabili, & vtilis officij supradicti multipliciter commendatum, prosequi opportunis fauoribus cupientes, ipsumque circunspectioni tuæ, quæ prout asseritur, de præfato Iacobo notitiam habens specialem ipsum constituit in officio antedicto, affectuosius commendamus, mandantes, quatenus eundem non permittas in dicto officio indebitè molestari, vel per quoscumque quauis authoritate a præfato officio remoueri, Dat. Auin. 7. Calend. Febr. Pontif. nostri an, 2. Ex Vuad. tom. 4. an.* 1372. *nu.* 35. *de quo item agit ad annum* 1365. *n.* 5. 1384. *n,* 6. *atq. in Add. eiusdem tom. ad an.* 1383. *addit.* 7 Et Pompæ Senens. *par.* 1. *tit* 13. *nu.* 3. Nos autem suprà *tit.* 1. *Ser.* 3. *inter Episcopos nu.* 22. fuit .n. postea Episcop. Narniensis, inde Grossetanus, postremò Clusinus.

P. PETRVS LIPPI à Colle Vallis Elsæ, quem perperam Bzouius an. 1375. n. 8. Philippum vocat, munus Sanctæ Inquisitionis exercebat in Tuscia a. 1475. quo Greg. xi. Pontif. monuit. Florentinos, vti præmisimus, sub Inquisitoratu Petri de Aquila anno 1346. statuta quædam contra sacrum Inquisitionis Tribunal condidisse, eaq; adhùc inconcussè apud eos seruata impedimento esse, ne officium suum secundùm sanctiones Canonicas liberè possit exercere. Atque horum exemplo Pistorienses similes leges tulisse: quas vt vtrobique reuocarent scripsit Pontifex, commissa facultate prædicto Inquisitori, vt resipiscētes à censuris, quibus inuoluebātur absolueret. *Diploma ad Florentinos habet Vuad. tom.* 4. *an.* 1375. *nu.* 31. *ad Pistorienses nu:* 32. *sequenti.*

P. PAVLVS Ariminensis sac. Theologiæ Mag. Inquisitoràtum Florentiæ tenebat anno 1389.

Anno 1390. idipsum munus sustinebat P. Thedaldus Florentinus sac. Theol. Magistr.

P. Mag. FRANCISCVS Landinus de Aretio anno 1399. Inquisitor generalis erat Florentiæ. Cui

Eodem anno 1399. subrogatus fuit P. M. Michael Bonaccursius de Figlino, quem Bonifacius IX. anno 1401. per suas Litteras incip. *Licet vbilibet*, &c. valde commendauit, & ad triennium confirmauit. *Tandem*, inquiens, *ad personam tuam, quam religionis zelo, sinceritate fidei, maturitate morum, litterarum scientia, multarum aliarum virtutum donis earum largitor Dominus insigniuit, dirigentes intuitum nostræ mentis, te, qui huiusmodi officio hactenus pro certo tempore præfuisti, prout præes etiam de præsenti, & in ipso iam fideliter exercuisti totius diligentiæ tuæ curas, sicut fidedignorum testimonio clare cognouimus & propterea te huiusmodi officium sufficientem & idoneum non immeritò reputantes, vsque ad triennium à die qua ipsum officium iuxtà ordinationem electionis, &c. Dat. Rom. apud S. Petrum VI. Idus Aprilis ann. XII. apud Vuad. Reg. tom. 5. pag. 3. num. 47.*

*Præfatorum quatuor acta reperiuntur in quodam Regesto in Tabulario Sanctæ Inquisitionis.*

Anno 1406. sanctæ Inquisitionis munus suscepit P. Magister BARTHOLOMÆVS Francisci Senensis, qui insequenti cum prædicto onere & mortalitatem deposuit. *Pompa Senens. loc. cit. num. 4.*

Anno 1411. P. IOANNES IOANNIS de Florentia ex Inquisitore Minister Prouincialis electus, Inquisitorem in Etruria deputauit. P. FRANCISCVM Curtij à Monte Ilcino, sac. Theologiæ Magistrum, virum doctum & peritum, qui etiam Minister Prouincialis anno 1423. electus fuit. *Vuad. tom. 5. an.* 1411. *n.* 5. & *Pomp. Senens. loc. nu.* 7.

P. Mag. DOMINICVS BATINI, Senensis an. 1414. rexit vsque ad an. 1418. *Pompa Senens. loc. cit. nu.* 8.

Anno 1423. P. Mag. ANGELVS THOMASI de CORSINIS, nobilis Florentinus, Inquisitionis Tribunal regebat in Tuscia. *teste Vuad. tom.* 5. *anno præfato nu.* 5. *ex. mm. Vaticanis.*

P. LVCAS CIONIS de MARSILIIS Senensis sacr. Theolog. Professor, qui anno 1424. Procurator Generalis erat apud Martinum V. anno 1427. Tribunal Sanctæ Inquisitionis in Tuscia regendum suscepit, à quo in partibus Venetis, & Marchiæ Taruisinæ translatus est, in quibus strenuè agebat, anno 1434. *teste Vuad. an. cit. nu* 4. *& Pompa Senens. loc. cit. nu.* 12.

P. PETRVS Pratensis, vir Venerabilis sac. Theolog. Mag. Prouinciæ huius Tusciæ Inquisitor & Minister erat an. 1440. vti habet *Vuad. an. cit. nu.* 33.

P. Mag. BARTHOLOMÆVS de Insula, ciuis Senensis, Inquisitor deputatus est anno 1421. deindè Minister Prouinciæ Romanæ. tandem Senis apud suos sepultus, hoc Epitaphio cohonestatus. *Pompa Senens. loc. cit. num. 9. Mag. Theologus Mag. BARTHOLOMAEVS Senensis Ordinis Minor. qui sic Minister, sic Inquisitor Hæreticorum ........: magnis ornatus muneribus. Obijt* 7. *Calend. Iunij* 1459.

Anno 1435. Inquisitor in Tuscia deputatus fuit P. FRANCISCVS Ioannis de Fulgineis à Montelcino Doctor sac. Theologiæ ait. *Vuad. anno præf. n.* 15.

Anno 1435. Inquisitor in Tuscia deputatus fuit P. Franciscus Ioannis de Fulgineis à Monte Ilcino, Doctor sac. Theologię, *Vuad.* anno præfato nu. 15.

Anno 1437. Reuerendiss. P. Gulielmus de Casali Generalis Minister, vigore Indulti Eugenij IV. cuius in Præfatione §. 4. meminimus in Comitijs Generalibus Tolosæ die 18. Maij celebratis Francisco in Inquisitoratus Officio subrogauit P. Magistrum BARTHOLOMÆVM Aretinum. Cui post aliquot annos P. IACOBVS Bleda, siue *del Biada*, eadem vrbe Florentiæ oriundus successit. *Ex Vuad. an.* 1437. *n.* 33.

Iacobo præfato successit P. IACOBVS Spatarius de Incisa.

Anno 1454. deputatus est Inquisitor P. Mag. MARIANVS de GRATINIS Senensis, *Pomp; Senens. loc cit. nu.* 16.

Anno 1459. Senis in patria migrauit ad D. P. Mag. HIERONYMVS IVSÆ cùm prius in hac Prouincia Inquisitoratus Officio functus esset, vnde in sepulchrale lapide in Templo Minorum existente legitur.

*Hic iacet Reu. P. Mag. Hieronymus Iusa Ord. Minor. qui fuit socius Reuerendiss. P. Generalis eiusq. Commissarius, & Inquisitor hæreticæ prauitatis: Obijt die 6. Mens. Iuly Iuny,* 1459. *ind.* 7. *Pompa Senens. loc. cit. n.* 15.

Anno 1468. Inquisitor in hac Prouincia erat P. Mag. IOANNES-PETRVS de Monte Ilcino à P. Antonio de Medicis nobili Florentino, tunc temporis Tusciç Ministro, posteà Episcopo, vti aliàs diximus Marsicano, deputatus: qui anno 1475. à Reuerendiss. P. Francisco Sansone Generali Ministro Vrbini Inquisitor designatus fuit & Grosseti, & Etruriæ anno 1477. vti refert *Vuad. tom.* 6. *an.* 1468. *nu.* 16.

*Ex deputatione hominis istius constat facultatem instituendi Inquisitores penes Ministros Generales, ac etiam Prouinciales tunc temporis exstitisse.*

Anno 1496. Inquisitor erat in Tuscia P. Mag. FRANCISCVS Curtij de Monte Ilcino, ait *Vuad. tom.* 7. *an. cit. nu.* 7. sed à quo, & quando institutus non refert.

Anno 1499. Senis in patria obijt P. Mag. BARTHOLOMÆVS Compagnino anteà Tusciæ Inquisitor, in cuius sepulchrali lapide legitur.

*BARTHOLOMÆO Compagnino Senens. Ord. Minor. Sacr. Theolog. insig. Mag. Philosophiam publicè legenti; Tusciæ hæreticæ prauitatis Inquisitori Religionis Patri, Sepulchrum hoc positum est B. M. Obijt anno* 1499. 14. *Calend. Augusti.*

*Pompa Senenses loc. cit. nu* 18.

*Cæterorum Inquisitorum nomina desiderantur & tempora.*

# S E R I E S IX.

## REVERENDISS. PATRES MINORITÆ, SAC. THEOLOG. MAG. INQVISITORES GENERALES FLORENTIÆ AB ANNO MDL. AD MDCLXXX.

*QVamplurimos alios, præter præmemoratos Patres Inquisitores Minoritas in hac Tuscia Prouincia ante anno 1500. extitisse, ratio suadet: Bini, n & bini (vt ex litt. Innocentij IV. in Præfatione* § *2. datis constat) deputari cæperunt de ann. 1254. Nos autem præcedenti seriè ab anno 1289, ad 1500. XXXV. tantùm dedimus, quos inuenimus. At hi certè duorum sæculorum tempora non explent, maximè cùm bini aut terni vtplurimùm deputati fuerint. Pari modo desiderantur omnes, qui ab anno 1500. ad 1550 sacrum sanctæ Inquisitionis Tribunal tenueruntin Metropolitana Florentina Ciuitate, & celeberrimo Conuentu S. Crucis Minorum Conuentualium desunt .n. omninò monumenta huius temporis. Seriem itaque Reuerendissimorum PP. INQVISITORVM FLORENTIAE ab anno 1552. ad currentem 1680. integram & successiuam, quam, & prout annuente Reuerendiss. P. Francisco Antonio Triuerio Mediolanense actuali Generali Inquisitore, A. R. P. Sac. Theologiæ Mag. Cæsar Pallauicinus Mediolanensis eiusdẽ Sanctæ Inquisitionis Vicarius Generalis summa benignitate ministrauit, dabimus in præsenti, in sequentibus verò Senarũ, & Pisarum. itaque*

## F L O R E N T I Æ

Anno 1552. Sanctæ Inquisitionis munus exercebat *P. Mag. RAHPAEL de SALVINIS* Florentinus, Cui

Anno 1556. successit *P. M. SERASTIANVS TVRRIANI* de Puppio Sac. Theol. Magister.

Anno 1561. Inquisitor erat P. M. *ANTONIVS Ginorius Florentinus*,

Anno 1567. Inquisitor electus fuit P. M. FRANCISCVS à Saponaria, qui mense Septemb. 1571. è viuis abijt,

Anno 1571. Defuncto P. Francisco Inquisitore præfato P. Mag. *Franciscus Pisanus*, qui sub die 8. Septembris obitum eius Sac. Congregationi annunciauerat, ab eadem sac. Congregatione die 21. eiusdem Mensis Septembris & anni 1571. Vice Inquisitor deputatus fuit, atque die 14. Nouemb. anni insequentis 1572. de mandato Gregorij Papæ XIII. Generalis Inquisitoris titulo insignitus.

*Tempore Inquisitoratus huius Reuerendiss. Patris, vti in Præfat.* §. 3. *notauimus, sublata fuit facultas instituendi Inquisitores Ministris Generalibus ac Prouincialibus & sum. Pontifici, ac sac. Congregationi EE. DD Cardinalium Generalium Inquisitorum reseruata; qui deinceps instituerunt, instituuntque Inquisitores. Proindè*

Anno 1578. Francisco Pisano die 16, Maij, de mente prælibati Greg. XIII. subrogatus fuit *P. Mag. Dionysius Costacciarius, qui annos 22. rexit.*

Anno 1603. *. *Mag. Lelius Medicaus* Placentinus, Prouinciæ Bononiæ olim Moderator, insignis Ecclesiastes, & disertissimus Theologus à Sixto v. summo Pontif. Pisarum Inquisitor deputatus anno 1586 à Clemente Papa VIII. die 27. Septemb. an. 1603. Florentiæ translatus, ibidem anno sequenti diem clausit extremum. De hoc agit *Vuad. tom. 2. an. 1278. num. 36.*

Anno 1604. *P. M. Franciscus Maurus* alijs *Marius* & *Moro* à Monte Granario, multis suæ Prouinciæ Marchiæ Anconitanę, & Ordinis functus officijs, Lelio Medicæo Pisis successit, & Florentiæ anno præfato 1604. vbi & ipse anno 1606. viam vniuersæ carnis ingressus est. *Ex Vuad. tom. 4. anno 1374. nu. 26.*

Anno 1607. *P. Mag. Cornelius Prsatoni* à Monza qui anno 1604. Francisco Mauro in Inquisitoratu Pisano successerat. & in Florentino subrogatus fuit.

Anno 1612, *P. M. Lelius Marzari*, Fauentinus, cum per biennium Senis Inquisitoratus officio functus esset, Florentiæ translatus est die 22. Augusti, cui

Anno 1618. die 2. Augusti suffectus est *P. M. Ioannes Paulus Panzarasa* de S. Ioanne in Persicheto.

Anno 1621. Mens. Nouemb. Florentiæ Inquisitor deputatus fuit Reuerendiss *P. M. Michael Messerotti* Bononiensis; qui anno 1623. Minister Generalis PP. Conuentualium renunciatus est.

Anno 1623. Michaele ad Generalatum assumpto, die 24. Nouemb. Florentię Inquisitor subrogatus est *P. M. Ludouicus Corbuti*, de Montono, qui paulò antea Senarum Inquisitoratum susceperat.

Anno 1626. Mens. Nouemb. Ludouico supremæ Inquisitionis in Vrbe Consultore declarato, in Inquisitoratu Florentino successit idem, qui & in Senensi subrogatus fuerat, nempe *P. M. Clemens AEgidius* à Montefalco, qui ad decennium ministrauit.

Anno 1636. die 10. Aprilis Clementi successit *P.M. Ioannes* de Mauris à Fracta districtus Perusini, qui & Senis anno 1626 eidem suffectus fuerat; quique deinde supremæ Inquisitionis Romæ Qualificator vocatus, postremò Nunc. in Regno Neapolitano Episcopus creatus, ibidem obijt.

Anno 1637. deputatus fuit *P. M Ioannes Mozzarelli* de Farnano. Cui.

Anno 1645. successit *P. M. Iacobus Cima* à Sezza, qui Florentiæ die 16. Sept. 1658. mortalitatem expleuit,


Anno 1658. die 12. Octob. Iacobo subtracto subrogatus est *P. M. Hieronymus Baronius* de Lugo, olim Inquisitoratus officio functus Belluni Aquileiæ, Concordiæ, atque Pisarum, vnde ad hanc sedem translatus fuit. in eaque carnis sarcinam deposuit.

Anno 1672. *P. M. Franciscus Rambalduccius* a Verruchio, olim Adriæ, indè Pisarum, posteà Patauij Inquisitor, Florentię Hieronimo suffectus est, atque hic vitam in meliorem commutauit anno 1664.

Anno 1674. die 2. Augusti Inquisitor deputatus est *Reuerendis. P. M. Franciscus Antonius Triueri Nob. Mediolanensis*, cùm priùs in præcipuis Accademijs Ordinis Cathedram Magistralem tenuisset, atque Supremi Moderatoris à Secretis, Pa-

taujque

tauique Inquisitoratus munus sustinuisset, qui & in præsenciarum sui nominis laudè sacrum Sanctę Inquisitionis Tribunal regit.



# SERIES X.

## REVERENDISS. PP. MINORITÆ SAC. THEOLOG. MAG. INQVISITORES GENERALES IN CIVITATE ET DOMINIO SENARVM.

*INter primas Italiæ Vrbes* [ *inquit Vuad. tom.* 3. *ad annum* 1340. *nu.* 11.) *nobilis Ciuitas Senensis INQVISITORES admisit, & honorificè habuit. Ex Vrbis tabularijs Originarium accepi Instrumentum Bonfilij Episcopi à R. P. Ferdinando Vghello Ordinis Cisterciens. Abbate transmissum, quo* 15. *Calend. Februarij anno* 1244. *vocat & admittit in partem sollicitudinis inquirendi contra Hæreticos FRATRES PRÆDICATORES & MINORES, quibus integrè vices suas authoritatem & potestatem committit. Ità Vuad. loc. cit.*

*Porrò postquam Innocentius* IV. *vti præfati sumus anno* 1254. *Ministris Prouincialibus Tusciæ facultatem duos INQVISITORES in hac Prouincia instituendi destituendique dedit, ac mandauit, vnum ex ipsis Florentiæ alterum in hac Vrbe Senensi, & in Almo Conuentu Sancti Francisci firmam Sedem, S. INQVISITIONIS posuisse, ac deinceps tenuisse, licèt nomina Inquisitorum pro tempore, vt plurimum defectu monumentorum, nos lateant, credendum est. Qui .n. antea authoritate Episcopi destinatos exceperant Inquisitores. quomodo à Sede Apostolica per Ministros Prouinciales Delegatos respuerent, & quare Ministri benemeritis & pijssimis Ciuibus denegarent? Sed, vt vtsit; Inquisitorum huius Ciuitatis Virginis nomina à P. Vuad. in Annalibus, siuè Pompis Senensibus par.* 1. *tit.* 13. *relata, atque recentiorum à Reuerendissimo P. Modesto Pauletto de Vincanello moderno Inquisitore benignè transmissa subnectenda veniunt, atque noua, & vetera, quæ innotuerunt; vnica sed diminuta, Serie complectenda; nullum enim ante annum* 1340. *nominatum reperimus. Igitur.*

# SENIS.

ANNO 1340. Cùm *P. Simon Philippi* hæreticæ prauitatis Inquisitor esset in partibus Tusciæ (inquit Vuad. an. præfat. nu. 11.] conquæstus est apud Benedictum XII. quòd Commune Ciuitatis Senensis, vel qui eiusdem regimini

temporali præſidebant, quędam ediderint ſtatuta, per quæ poſſet Inquiſitionis officium impediri, vel retardari: vti ſeriè pręcedenti notauimus. *Ex quo duo eliciuntur, primùm, nomen & tempus Inquiſitoris in hoc ſtatu Senenſi, præcedentium enim latent: ſecundum, ante hunc annum Tribunal ſanctæ Inquiſitionis, contra quod leges ſtatuta fecerant retroactis temporibus hac in vrbe extitiſſe.* Et confirmatur Nam.

Anno 1343, *P. Franciſcus Altimanni* de Vgurgieris, prænobilis Senenſis, ſac. Theologię magiſter cum patrię Reipublicę ad Clementem VI. Sum. Pontif. Orator acceſſiſſet, ab eodẽ Senenſium, pauloque poſt in tota Prouincia Etruriæ Inquiſitor el. ctus eſt.

Anno vero 1345. in patribus Senarum Franciſco ſucceſſit *P. Andreas Ptolomei* patritius Senenſis, atque etiam in reliquis Etruriæ patribus. *Pompe Senenſ. loco cit. n. 2.*

Anno 1361. *Andreæ* in patria ac pariter in Tuſcia ſucceſſit eius conſanguineus *P. Iacobus Zozimi* de Ptolomeis de quo ſer. 8. præcedenti egimus.

*P. Mag. Gabriel Volaterranus*, vir venerabilis & doctus, inſignis Concionator, & ſac. Theolog. Doctor. Iacobo cui vti ſer. 8. præd. diximus, Lauream magiſtralem contulerat, in Inquiſitoratus officio ſucceſſit in partibus Senarum, qui tandem cùm laudabiliter annis multis (vti ſupra par. 1. tit. 3. ſer. 1. innuimus) hanc Prouinciam rexiſſet, migrauit ad Dominum anno 1362. Lucæ in Conuentu S. Franciſco antegradus Altaris ſepultus. *Reliquorum nomina vſque ad annum* 1409. *deſiderantur*.

Anno 1409. Senarum Inquiſitor electus fuit *P. Mag. Auguſtinus Auguſtini* filius de Senis. *Pompe Senenſ. loc. cit. n. 5.*

Anno 1412. ſubrogatus fuit *P. Mag. Matthæus Antonij* de Rannuccis nobilis Senenſis pietate & litteris clarus, qui vſque ad an. 1421. quo Reuerendiſs. P. Angelus Saluettus ad Generalatum aſſumptus Matthæum in ſocium delegit, ſanctæ Inquiſitionis munus in patriam exercuit: *Pompe loc. cit. n. 6.*

*P. Mag. Michael Ioan. Salui de Salutatis* nobilis Senenſis, de quo ſuprà par 1. tit. 3. ſer. 1. loquuti ſumus, anno 1422. in Inquiſitoratu Senenſi Mattheo ſucceſſit Pomp. loco cit. n. 10.

Anno 1424. *P. Mag. Marcus* de Aſciano, vir prudens & doctus, cum plura Religionis officia laudabiliter exercuiſſet, poſt Michaelem munus ſanctæ Inquiſitionis ſuſcepit, & per biennium ſuſtinuit. Pompæ loco cit. n. 11.

*P. Mag. Lucas* filius Cionis, Marco ſuffectus fuit an. 1426. qui anno inſequenti Florentiæ translatus eſt, vti ſupra ſer. 8. diximus. *Pompa* loco cit. n. 12. *Hic deſunt nonnulli*.

Anno 1437 Reuerendiſs. P. Gulielmus de Caſali Miniſter Generalis authoritate ſibi ab Eugenio IV. anno 1437. facta, de qua in præfat. §. 3. & ſer. 8. pręced. meminimus, in Capitulo Generali die 18. Maij Toloſæ celebrato Senarum Inquiſitorem deputauit *P. Antonium Martini* de *Monte Barchio*, ait *Vuad.* tom. 5. an. cit. n. 33. (ſed fortè dicendum eſt de *Monte Varchio*) eo. n. tempore

(*ipſo*

(*ipso Vuad. t.4. ad an.* 1399.*n*.44.*teste*) florebat Mag. *Antonius Forti* à Monte Varchio, fortè filius Martini, qui, vt ipse ait, an. 1430. patrium Cœnobium vetustate collabentem refecit. de quo nos infrà par. 3. tit. 1. ser. 5. n. 3. agemus. Antonio autem sub mensem Octob. defuncto idem P. Minister Generalis die 10. Nouemb. eiusdem anni 1437. subrogauit.

*P. Mag. Laurentium Iusti*, Senensem, Concionatorem celeberrimum, doctrina ac pietate insignem, qui anno 1441. Venetijs, & Marchia Taruisina eiusdem sanctæ Inquisitionis Officium exercebat: & tandem in patrio Conuentu è viuis sublatus anno 1461. honorifico sepulcro donatus marmoreo, & sequentibus Elogijs circa suam effigiem chonestatus. In pectore namq; illius simulachri in lapide sepulchrali insculpti, liber vnus expansus residet, & in eo legitur *Doctus doctrice gratia, doctus experiantia, que sunt perfectionis hae fieri docet omnia.* Ad pedes eiusdem scriptum est. *Hic iacet q. R. D. P. Mag. Laurentius Iustus de Senis, Ord. Minor. Prædicator eximius, Minister Prouinciæ Terræ Sanctæ, & postea Tusciæ: qui Librariam constituit eamq; libris solemnibus plurimis illustrauit. Iocalia Sacristiæ, ac bona multa Conuentui largitus est. Obijt an.* 1461 *die* 7. *Iuny.* De eo agit cum laude *Vuad* tom. 5. an. 1437. n. 33. & 1441. n. 61. & tom. 6. an. 1471. n. 22. quo anno obijsse dicit, sed sepulchro standum esse crediderim, cui suscribunt *Pompa Senen.* loco cit. n. 20.

Anno 1439. in Inquisitoratu Laurentio suffectus est *P. M. Iacobus Stephani* Senensis, per cuius absentiam substitutus est *P. M. Guilelmus* de Sucreto *Vuad.* anno 1437. loc. cit. & 1439. n. 57.

Anno 1471. (teste *Vuad.* anno præfato n. 11.) Inquisitor erat in partibus *Senarum, & Pisarum* [en primus, inter Inquisitores Pisanos, cuius nomen & tempus innotescit] *P. M. Laurentius de Ganghereto* qui etiam in partibus Florentinis Inquisitoratus officio functus erat, nec non postea (vti suprà par. 1. tit. 3. ser. 1. diximus) huius Prouinciæ Minister anno 1473. seù veriùs 1475. electus fuit, regebatque anno 1478.

*Laurentio* successit in munere *P. M. Ioannes* de Lucignano, antea Tusciæ Visitator, qui ad plures annos Tribunal rexit:

*Cæteri vsque ad annum* 1569. *omninò nos latent dabimus ergo seriem sequentium vsque ad annum currentem* 1680. *quam, vti præfati sumus accepimus à Reuerendiss. P. Inquisitore actuall,*

Anno itaque 1569. sacrum Sanctæ Inquisitionis munus in hoc tractu Senensi exercebat *P. Mag. Petrus Iusti* de Sarno.

Anno 1570. *P. Mag. Felix Pranzinius*, Pistoriensis, qui ad biennium rexit.

Anno 1572. successit *P. Mag. Franciscus de monteflorum.*

Anno 1575. Francisco subrogatus fuit *P. Mag. Leo de Radicofano*, qui in eodem Inquisitoratus officio, anno sequenti, die 13. Octobris, huic mundo vale dixit supremum.

Anno 1576. Leone defuncto Inquisitor deputatus fuit *P. Mag. Prosperus Vrbani* Vrbinas, sed parum superuixit.

Anno

Anno 1577. Inquisitoratus officium suscepit *P. Mag. Dionysius Costacciarius*, qui anno insequenti F or niæ trans atus fuit, vt serie præcedenti diximus, Cui *P. Mag. Nicolaus Angelinus* Pennensis successit.

Anno 1583. Idem tenebat *P. Mag. Annibal Santuccius* de Vrbino.

Anno 1584 præerat *P. Mag. Antonius* de Preceno.

Anno 1488. *P. Mag. Iulianus Canti* de Mogliano.

Anno 1597. *P. Mag. Zacharias Orcinoli* de Rauenna.

1599. *P. Mag. Leo* de Placentia.

1603. *P. Mag. Felix Pranzinius* de Pistorio, Nepos præmemorati, qui ex hoc Senensi ad Paduanum Inquisitoratum translatus est.

1607. *P. Mag. Bonauentura Passerus* de Nola, vir doctissimus, atque scriptor egregius, teste *Vuad. de Scriptoribus lit. B.*

1610. *P. Mag. Lelius Marzari* de Fauentia, qui, vti serie præcedenti diximus, anno 1612. Florentiæ trans atus est.

1612. Lelio successit *P. Mag. Franciscus Luciani* de Plumbino, insignis Concionator, eximius Theologus, ac Tusciæ Minister, vti suprà par. 1. tit. 3. ser. 1. diximus, & *Vand.* tom, 4. anno 1399. n. 46.

Anno 1620. *P. Mag. Vincentius Baldi* de Perusio.

1623. Ineunte subrogatus fuit *P. Mag. Ludouicus Corbuti* de Mintono, qui eodem anno Florentiæ translatus est.

1634. Ludouico translato Inquisitor suffectus est. *P. Mag. Clemens Aegidius* à Montefalco, qui item eidem anno 1626. in Inquisitoratu Florentino successit.

*P. Mag. Ionnes Maurus à fracta* Senis anno 1626. & Florentiæ 1636. Clementi præfato successit.

Anno 1636. subrogatus est Ioan. *P. M. Bartholomæus Tartaglia* de Assisio. Huic.

1640. *P. Mag. Guglielmus Roccha* de Perusio. Cui

1645. *P. M. Bernardinus Mazoni* de Cesena, in Inquisitoratu Pisarū suffectus fuit

1647. *P. Mag. Franciscus Sartorius* de Castrofidardo, antea Inquisitor Iustopolitanus, postea Adriæ;

1653. *P. Mag. Carolus Pelagalli* Veliternas, ex Inquisitoratu Taruisino.

1656. *P. Mag. Ioannes Pelleus* à Radicofano, vir doctissimus, & integerrimæ vitæ, antea Belluni, & Taruisij Inquisitor, postremò Episcopus Grossetanus ordinatus, antequam sedem adiret, anno 1663. Patribus appositus est.

1663. *P. Mag. Ioseph Amati* de Massafrà ex publico Theologo Senarum Inquisitor factus est, ac deinde Minister Generalis.

Anno denique 1677. die 9. Iunij *Reuerendiss. P. Mag. Modestus Pauletus* de Vineanello, cum prius Inquisitoratus officio functus fuisset Belluni, indèque Pisis translatus, ex Inquisitore Pisano Senarum deputatus est, vbi ad huc sacrum sanctæ Inquisitionis munus sui nominis laude sustinet.

SERIES

# SERIES XI.

## REVERENDISS. PP. MINORITÆ SAC. THEOLOG. MAG. INQVISITORES GENERALES IN CIVITATE PISARVM.

*IN CELEBERRIMA QVOQVE, antiquissima, ac olim potentissima Vrbe Pisarum, in Conuentu S. Francisci Patrum Conuentualium constitutum est Tribunal Sanctæ Inquisitionis contra hæreticam prauitatem, in quo vnus ex ipsis Patribus Iudex constituitur, & Generalis Inquisitor à Sede Apostolica, qui ibidem proprias habet ædes & destinatam mansionem, cum reliquis necessarijs ad suum munus exequendum. Amplissimam antiquitus habebat Iurisditionem, in toto videlicet Dominio Pisano in Agro Lunensi, atque in Insulis Sardiniæ & Corsicæ, ex priuilegio tamen, in quibus Illustrissimus Archiepiscopus Pisanus Primas est & Legatus natus. Sed hæ Insulæ in potestate Hispaniarum, ac Ianuensium redactæ, proprios habent Inquisitores. Antiquissima est itaque & Sedes ista Pisana; sed ex antiquis Inquisitoribus in his partibus, tantùm innotuit, P. Mag. LAVRENTIVS DE GANGHERETO, qui, vti serie præcedenti diximus, Inquisitor erat Pisarum & Senarum anno 1471. neque post ipsum alius apparet ante annum 1560. Quare ab hoc anno Inquisitorum seriem, quam Reuerendiss. P. Mag. Augustinus Georgi actualis Inquisitor ministrauit, exordiamur necesse est. Itaque*

# PISIS.

Anno 1560. *P. Mag. Christophorus Grattolinius* à Marsalla, primus inuenitur Inquisitor. Cui

*P. Mag. Heronymus de Vrbanis* à Monte Pulitiano, olim Tusciæ Minister, ac sui Instituti Procurator Generalis in Curia Romana successit. Huic

Anno 1581. successus fuit *P. Franciscus Pratellius* à Monteflorum, qui, vti ser. præced. diximus, Senis Inquisitor erat anno 1572. quique posteà Prouinciæ suæ Marchiæ ad Ministratum assumptus est. Huius cum laude meminit *Vuad.* tom. 4. anno 1399. n. 43.

Anno 1584. *P. Mag. Annibal Santuccius* de Vrbino, ex Inquisitori Senense Pisanus deputatus est.

*P. Mag. Lelius Medices* Placentinus, de quo suprà ser. 9. egimus, à Sixto V. sum. Pontifice anno 1586. Pisarum Inquisitor delectus, sub Clemente VIII. anno 1603. Florentiæ translatus est.

Anno 1603. Lelio subrogatus est *P. Mag. Franciscus Maurus* de Montegranario, qui etiam eidem successit in Inquisitoratu Florentino, vti diximus anno 1604.

Anno 1604. Francisco Florentiæ translato, Pisis successit *P. Mag. Cornelius à Monza*, cui pariter an. 1607. in Inquisitoratu Florentino successor extitit.

Anno

Anno 1607. Cornelio suffectus est *P. Mag. Antonius Maria Forconius à S. Genesio*, P ceru Cui

Anno 1609. successit *P. Mag. Archangelus Mondainus*. Placentinus.
Eodem anno defuncto Archangelo subrogatus fuit *P. Mag. Lelius Marzarius* de Fauentia, qui in sequenti 1610. Senis, atque 1612. vti præmonuimus, Florentiæ translatus est.

Anno 1610. Lelio successit *P. Mag. Augelus Gottardi* Ariminensis.

1615. *P. Mag. Angelus Piccininius* de Rauenna subrogatus fuit, qui anno insequenti Patribus appositus est.

1616. Defuncto Angelo suffectus est *P. Mag. Ioannes Maria de Thelomais*, Auximensis, qui pariter anno sequenti e viuis abijt. *huius successor nos latet.*

Anno 1625. Inquisitor declaratus est *P. M: Tyberius Sinibaldius* à Montenouo. Cui

Anno 1630. successit *P. Mag. Dominicus Vico* Auximensis.

*P. Mag. Bernardinus Manzonius* de Cæsena anno 1636. subrogatus fuit, qui an. 1645. Senis, vti diximus, traslatus est.

Anno 1645. Bernardino successit *P. Mag. Antonius Sabbathinius*, Viterbiensis, qui post aliquot annos ibidem obijt.

*P. Mag. Zachæus a Sezza* Antonio successit. Huic

*P. Mag. Iulius Aessinius* de Orbeto, qui prius Aquileiæ, & Concordiæ Inquisitor extiterat, quoque post aliquot annos, Pisis migrauit ad Dominum. Cui

*P. Mag. Hieronymus Baronius* de Lugo de quo ser. 9. præced. Iulio successit, atque hinc Florentiæ traslatus.

Anno 1658. Pisis subrogatus fuit *P. Mag. Franciscus Rambaldaccius* à Verrucchio, cui etiam, vti serie præfata diximus successit Florentiæ anno 1672.

*P. Mag. Modestus Paulettus* de Vineanello, modernus Inquisitor Senarum anno 1672. Francisco successit.

Demùm anno 1677. Modestus Senis translatus *Reverendiss. P. Mag. Augustinus Georgius* Bononiensis, antea Inquisitor Belluni, Adriæ, Aquileiæ, Concordiæ, Taruisij, & Vdinis, ab Innocentio XI. feliciter regnante die 10. Iunij Pisarum Inquisitor delectus, hodie Inquisitoratus officio fungitur,

# SERIES XII.

## REVERENDISS. PP. MINORITÆ ETRVSCI INQVISITORES GENERALES IN ALIENIS PROVINCIIS.

*SVPEREST ad Complementum huius negotij fidei vtilos ETRVSCOS MINORITAS addamus, qui extra natiuam Prouinciam munus sanctæ Inquisitionis contra*

*tra hæreticam prauitatem obierunt, recepit .n. deditque Etruria idoneos tanto ministerio Ministros vtinam parem vtrorunque notitiam habere contigisset: quamplurimos certè ex antiquioribus & recentioribus producere possemus; sed quomodo dare possumus qua non habemus. Cogimur itaque illos paucos tantùm referre, quos (vno excepto) recenset Vuad. loc citandis.*

*P. Mag. Bartholomæum* ciuem & Episcopum Grossetanum (ait Vuad. tom. 2. ad an, 1291. n. 14.) ex vno Diplomatum Nicolai IV. habetur Inquisitorem egisse in Vrbeuetana Ciuitate, & Prouincia Romana sed hoc anno mortuum.

*P. Mag. Felix Pranzinius* Pistoriensis ex Inquisitore Senensi, vti ser. 10. præced. diximus ad Paduanum traslatus fuit.

*P. Mag. Franciscus Bonaccursius* Florentinus, de quo egimus suprà par. 2. tit. 1 ser. 3. anno 1397. institutus est Inquisitor, & Sedis Apostolicæ Nuncius, cum facultatibus plurimis per vniuersam Insulam Corsicæ *Vuad.* addit. 16. ad tom. 4.

*P. Mag. Iacobus Sei*, de Florentia Inquisitor erat in Vrbe Roma an. 1402. cui Bonifacius IX. varia indulxit priuilegia *Vuad.* tom. 5. anno præfato n. 10.

*P, Mag. Ioannes de Badijs*, Florentinus, in Hæreticos inquirebat in Prouincia Romana anno 1338. *Vuad.* an. cit n. 17,

*P. Mag Ioannes Petrus* de Monte Ilcino, vti ser. 8. præcedenti diximus, anno 1475. à Ministro Generali Francisco Sansone Vrbini Inquisitor institutus fuit.

*P. Mag. Laurentius Iustius*, Senensis, vti ser. 10 præcedenti monuimus, Pisis, Venetijs ac in Marchia Taruisina Inquisitoratus munus egregie sustinebat an, 1441

*P. Mag. Lucas Cionis*, Senensis, an. 1434. vti ser. 8. præc. innuimus Laurentio conciui in partibus Venetorum, ac Marchiæ Taruisinæ in Inquisitoratu præcesserat.

*P. Mag. Michaelem Pisanum* in Prouincijs Aquilegensi, & Gradensi à Raymundo Abbate, & Sedis Apostolicæ Nuncio, authoritate Pontificia sibi in hac parte specialiter commissa Inquisitorem contra hæreticam prauitatem institutum confirmauit Clemens VI. speciali dato diplomate Calend. Octob. anno 1350. incip. *Honestis petitionibus* habet *Vuad.* in Reg. tom. 3. ad annum præfatum pag. 395. num, 210. Eumdemque confirmatum voluit Innocentius VI. succeslor sub quo, præsertim anno 1356. multa præclara gessit; Vide apud *Vuad.* tom. 4. ad annum præfatum 1356. à n. 12. ad 19. inclusiuè.

*P. Mag. Scolarius* à Monte Ilcino, vir doctissimus & prudentissimus, de quo supra par. 1. tit. 3. ser. 1. egimus, semel & iterum Guardianus Araceli-tanus, Tusciæ Minister Prouincialis, alijsque functus muneribus, hereticæ prauitatis Inquisitorem agebat Venetijs, ac in tota Marchia Taruisina anno 1433. inde in Prouincia Romana anno 1437. *Vuad.* tom. 5. anno 1433. n. 15. & 1437. numer. 33.


Hæc De INQVISITORIBVS &c.

# TITVLVS TERTIVS.

## DIGNITATES ET OFFICIA ORDINIS EXTRA PROVINCIAM MINORITIS ETRVSCIS COLLATA &c.

### PRAEFATIO.

*Splendorem adhuc augeret & decorem Primogenitæ huius Prouinciæ Tusciæ Dignitates & Officia, Prælationes & onera ex munia intra Ordinem, sed extra natiuam Prouinciam, à Minoritis Etruscis, cunctis vsque nunc sæculis, summa cum laude & ordinis incremento gesta atque administrata. Qua in re Etrusca hac vna fortè vincit omnes alias Minoriticas Prouincias, præstat omnibus, nulli secunda est, parem habet nullam cum nulla conferenda, sed omnibus præferenda venit & exaltanda. Etenim præter Supremos & Primarios totius Ordinis Minoritici, Regularisque Obseruantiæ Rectores ac Præsules suprà par. 1. tit. 2 ser. 1. 2. & 3. memoratos: Antesignanos Duces, primarios Prouinciarum Rectores præcipuos atque præstantiores protulit propagatores, ampliatoresque qui potenti virtute vniuersum ferè per Orbem Institutum disseminarunt, aut dilatarunt, aut restaurarunt, aut consolidarunt Minoriticum.*



## SERIES I.

### MINORITÆ ETRVSCI MINISTRI PROVINCIALES IN ALIENIS PROVINCIIS AB EXORDIO RELIGIONIS VSQVE AD ANNVM MCCCCC.

I. B. *Agnellus Pisanus* S. P. D. Francisci discipulus, anno 1216. ab eodem Sancto Institutore in Galliam cum alijs dilatandi Ordinem ergo missus amplissimum & celeberrimum ædificauit Parisiensem Monasterium, primus in eo *Guardianus, & Parisiensis Custos* institutus, vna cum cæteris per triennium illis in regnis in fame & siti, frigore & nuditate apostolicę fidei, & Ordinis incremento insudauit. Anno vero 1219. *Primus in Angliam Minister Prouincialis* delegatus ab eodem sancto Patriarcha, primus in illo Regno Minoriticum plantauit institutum, & ad mortem vsq; in signis & prodigijs dilatare non destitit; vbi tandem anno 1235. labores Apostolicos sancto fine coronauit.

II. B.

II. *B. Albertus Pisanus* B. Agnelli condiscipulus, & in Galliam, & in Angliam fidissimus & inde fessus cooperator, anno 1223. ex Anglicana missione Assisium reuersus *secundus Germaniæ Minister* electus, mirum in modum Ordinem in Franconia, Bauaria, Sueuia, Alsatia, Saxonia, & alijs regionibus propagauit rexitque vsque an. 1227. Picenam inde administrauit Prouinciam, & vt quidam volunt, anno 1230. B. Ioan. Parente in Generalem Ministrum assumpto, in Ministeriatu Hispaniæ suffectus est. Anno verò 1236. in Cœlis sublato B. Agnello conciue, *Minister Angliæ* subrogatus est. Denique anno 1239. Minister Generalis creatus, sub festum Natiuitatis Virgineæ eodem anno vir sanctus ad requiem transijt cælestem vti Theat. 1. ord. tit. 4. & suprà par. 1. tit. ser. 1. n, 4. diximus.

III. *Antonius Lucensis* insignis Predicator, & Scriptor, *Marchiæ* Minister circa annum 1290. inde huius Prouinciç Tusciç, vti suprà par. 1. tit. 3. ser. 3. narrauimus

IV. *Bartholomæus Senensis* olim Tusciæ, ac *Terræ Sanctæ* Minister, senio confectus Senis in patria decessit anno 1455. sepultus apud Patres Conuentuales sub ingenti marmore incisa eius effigie.

V. *B. Benedictus Singardius* Aretinus, S. P. D. Francisci discipulus, primus *Prouinciæ Marchiæ* Anconitanæ Rector Prouincialis ab ipso S. P. Francisco ordinatus anno 1216. ad triennium eandem administrauit, & sanctissimis legibus cōmuniuit. Anno 1219. ab ea absolutus, & in *Græciam, seu Romaniam* Primus item Minister cum alijs pluribus, amandatus, inter deficientes illas Grçcie nationes vir sanctus, in regimine prudens, & in subeundis quibuscumque laboribus, vel in Ecclesiæ vel in sui sodalitij obsequium animi constantis, Minoriticas intulit leges, Cœnobia plurima ædificauit, Ioannem Brennam Grçcorum Imperatorem & Ierosolimorum Regem Minoritico Instituto adscriptum Minorem Minorum reddidit, vt maior fieret in regno Cælorum, Romaniæ Prouinciam excitauit, innumeros virtute & sanctitate conspicuos consodales adsciuit; tota sanctitate annis triginta & vltrà illis in plagis Orietalibus in Euangelio laborauit. Miros fecit ibidem Ordo progressus, & vir sanctus cum socijs rei spiritualis prouentus, doctrinam eorum & vitam Domino confirmante sequentibus signis. Quibus quā plurimos schismaticos Græcos ad vnitatem Ecclesiæ Romanæ adduxit. Denique in patriam remeans sorte, veluti alter Ionas, à Nautis in mare proiectus ab Angelo in nubeculæ specie mirabiliter erectus, in Paradisum deliciarum deportatus, sanctos Enoch & Eliam salutauit, gaudium annunciauit, locum lustrauit, in portu Anconitano ante nautas collocatus est, secus portans digitum sancti Danielis Prophetæ, ad cuius sepulchrum ex Antiochia in Babiloniam per Draconem, seu Angelum deportatus fuerat, & reductus, quem Aretio detulit, cuius virtute multa Deus operatus est in ea ciuitate miracula. Vbi ipse miraculis clarus fere centenarius post annum 1277. migrauit ad Christum in æde S. Francisci in sacello à familia singardorum in eius honorem constructo, honorifice tumulatus, & sequentibus carminibus cohonestatus.

*Aretij BENEDICTVS ego, Singardia proles,*
*Vates, & sacra Religione Minor.*

*Assyrij Patres mihi iam paruere Ministro,*
*Hinc digitum, Daniel quem dedit ipse tuli.*
*Nunc viuo in Cœlis, patria & mea membra reseruat,*
*Inque meis aris thurea dona fero.*

VI. *Bernardus de Aretio* olim Minister *Prouinciæ Marchiæ* obijt anno 1313. dum actu Prouinciæ Tusciæ Præfecturam gereret, sepultus in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ in terra S. Geminiani marmoreo sub tumulo insculpta eius imagine, & sequenti inscriptione;

*Hic iacet Religiosus P. Fr. Bernardus de Aretio Sac. Theolog. Mag. & Doctor eximius ac olim in Prouincia Marchia Minister Prouincialis ....... felix anima ..... migrauit ad Christum .... die 5. Mensis Octob. an. D. 1313. anno scilicet 6. Ministerij Prouincialis Tusciæ.*

VII. *Sanctus Daniel Tuscus Martyr* primus *Calabriæ Minister* à sancto Institutore Francisco anno 1216. institutus, & vna cũ alijs sex Septæ Martyrio coronatus 6. Idus Octob. anno 1221. vti latè Theat. 1. ord. tit. 1. spect. 2. diximus.

VIII. *Franciscus Pistoriensis* Sac. Theologię Magister Legatus Apostolicus vti suprà tit. 2. ser. 1. n. 9 diximus, ad Soldanũ Babiloniæ missus, anno 1429. circa annum 1435. *Minister Prouinciæ Orientalis* creatus est, rexitque vsque ad an. 1438.

IX. *Iacobus Senensis*, cognominatus de *Tundo*, qui anno 1283 circiter Minoribus nomen dedit, vir doctus, & prudens, nec non Magister Sac. Theologiæ Parisiensis; deinde ob vitæ merita, & regendi peritiam, vti suprà par. 1. tit. 3. ser. 1. diximus, Minister huius Prouinciæ Tusciæ, atque *S. Francisci in Vmbria*.

X. *B. Ioannes Bonellus* Florentinus, vti latè Theatr. 1. Ord. tit. 4. narrauimus, Primus Minister Prouincialis in *Gallia Narbonensi* à S. P. D. Francisco anno 1216. destinatus vna cum B. Monaldo conciue, & cæteris Institutum Minoriticum eo in Regno planctauit Cœnobiorum, & Fratrum numero celebrem excitauit Prouinciam, quam ad mortem vsque sanctissime administrauit, atque denique Arelate miraculis clarus abijt in cælum.

XI. *B. Iannes Parens* Ciuis Florentinus & Romanus, cuius suprà *par. 1. tit. 2. ser. 1. n.* 3. 52 *tit. 2. ser. 4. n.* 23. latius *Theat. 1. Ordi tit.* 4 meminimus, primus *Minister Prouincialis in Hispaniam* ab eodem Francisco Parente directus an. 1219. per totam Hispaniam Institutum dilatauit, Cœnobia construxit, prædicatione illustrauit vsque ad annum 1230. quo ex Ministro Hispaniæ in supremum Ordinis Rectorem electus est, vti diximus suprà, & ad sexennium præfuit. Anno 1236. abdicato Generalatu transiuit *Insulas Corsicæ, & Sardiniæ*, vbi etiam primus illis in Insulis Minorum Religionem plantauit, plantatam sanctis operibus & laboribus rigauit, legibus præmuniuit, ac sanctissimè vsque ad mortem, circa annum

1250.

1250. *Vicarij Prouincialis* titulo gubernauit, quam parturiuit Prouinciam, & in Sardiniam extendit.

XII. *Lucas* de Sarzana *Siciliæ Prouinciam* administrabat anno 1438. quo etiã in Regno Cephaludensis Episcopus creatus est, anno 1445. vti sup. *tit.* 1. *ser.* 4. *n.* 15

XIII. *Petrus Pratensis*, cuius suprà *par.* 1. *tit.* 2. *ser.* 8. *n.* 1. *tit.* 3. *ser.* 1. meminimus, sac. Theolog. Mag. Tusciæ Minister, & Inquisitor, Ordinis Procurator Generalis, anno 1327. *Prouinciæ S. Francisci* Minister institutus est à Reuerendiss. P. Michaele Cęsenate Ministro Generali quã Prouinciã rexit vsque ad an. 1331

XIV. *Raynerius Piccolomineus Senensis*, vir sanctus, cuius acta damus *Theat.* 1. *Ord tit.* 9. & suprà *tit.* 1. *ser* 1. *n.* 8 *ser.* 3. *n.* 9 Pœnitentiarius, & Legatus Apostolicus *Romanam Prouinciam* regebat anno 1257.

XV. *Salomaus Lucensis* exemplaris vitæ, & prudentis regiminis vir vti *Theat.* 1. *Ord. tit.* 9. diximus, & supra *par.* 1. *tit.* 2. *ser.* 1. à Reuerendiss. P. Matthæo Aquaspartano Generali Ministro *Prouinciæ Marchiæ* Præfectus Prouincialis institutus est anno 1289.

XVI. *Scolarius* à Monte Ilcino sac. Theologię Magister, Inquisitor Venetijs Marchia Taruisana, ac in Prouincia Romana, Guardianus Ierosolimitanus atque Aracælitanus de Vrbe, eiusdem *Prouinciæ Romanæ* Minister Prouincialis electus est anno 1438. & Tusciæ 1441.

XVII. *B Vitus Cortonensis*, S. P. D. Francisci discipulus, cuius acta dedimus *Theat.* 1. *Ord tit.* 4. B Benedicto Aretino, de quo suprà *n.* 4. in Ministeriatu *Prouinciæ Romaniæ* in partibus Grecorum successit. In patria demùm reuersus, & meritis multorum propagatæ fidei laborum clarus, migrauit ad Dominum.


XVIII. *Gabriel* à Monte Ilcino *Vicarij Prouincialis* titulo Minoribus in *Insula Corsica*, quæ non nisi inter obseruantes *Prouinciæ* titulo decorata est, pręerat anno 1373. Cui Greg. XI. sum. Pontifex anno præfato 7. Calend. Septemb. facultatem contulit in Hęreticos illius Insulę inquirend. vna cum Simone Episcopo Adiacensi, absoluendique, ac in pristinum restituendi, qui abiurata hæresi, posteà ad vomitum reuersi, iterum ad gremium sanctæ Matris Ecclesię redire voluissent. Item eodem anno Nonis Septembris ipso depræcante Vicario facultatem indulsit quatuor loca de nouo recipiendi, construendique, vt ita commodius in conuersione hæreticorum in siluis & montibus, & locis à communi habitatione remotis habitantium pia conuersatione, & sancta prædicatione laborare, & fructuosius insudare possent.

XIX.

XIX. *Gulielmus Pratensis*, Doctor Parisiensis, Archiepiscopo Cambaliensis & *Cataja in Tartaria* Vicarius cum plenitudine potestatis missus est ab Vrbano V. anno salutis 1370. & ad procurandam Tartarorum conuersionem deputatus, vti latè supra *tit.* 70. *ser.* 2. *n.* 7. *& tit.* 2. *ser.* 4 *n.* 28. narrauimus.

XX. *Bartholomaeus Aluernicola*, vir optimus, mitis, & placidus, feruidus tamen zelator honoris diuini & Franciscani anno 1376. in Capitulo Generali Aquilæ celebrato die 13. Iunij *Vicarius & Commissarius* amandatus est *Ierosolymam*, commissa ei prouincia Loca sancta inuisendi, & dissoluta reformandi quam ille prudenter anno sequenti saluberimis editis constitutionibus, apud *Vuad. tom.* 4, *an.* 1476. *n.* 14. legendis, absoluit.

XXI. *Victorius Cappellius* Senensis vir sacra Theologia ac Prædicatione præstantissimus semel & iterum Calabriæ Prouinciã administrauit Florebat an. 1300.



# SERIES II.

## MINORITÆ OBSERVANTES ETRVSCI VICARII PROVINCIALES IN ALIENIS PROVINCIIS ANTE ANNVM MDXVII. QVO VICARII PROVINCIALES MINISTRI DECLARATI SVNT.

I. AVgustinus à Florentia Vicarius Prouincialis in *Prouincia Romana S. Angeli & Calabria* an. 1421. B Thomę Florentino, de quo infrà subrogatus est.

II. *Barnabas* Senensis *Vicarius Candiæ* institutus est Ferrariæ in Comitijs Generalibus, die 13. Maij, 1481. qui Guardianus Conuentus Lucensis existens, sigillum remisit, & Officium renunciauit.

III. *Bartholomaeus* à Colle Nuncius, & Prædicator Apostolicus, de quo suprà *tit.* 2 *ser.* 2 *n.* 3. *& ser.* 5. *n.* 5. atque *Theat.* 1 *Ord. tit.* 9. egimus ter Guardianus Aræcelitanus de Vrbe, ac *Vicarius Terræ Sanctæ, atq; Insulæ Cratensis* electus fuit & piè administrauit.

IV. *Franciscus* de Aretio vir bonus, & doctus, aspectu venerabilis & Apostolicus

stolicus Concionator, plurium Prouinciarum Visitator, *Prouincia Candia*, anno 1461, & *Romania* 1467. institutus est Vicarius Prouincialis.

V. *Gabriel Pisanus Candia Vicarius* delectus est anno 1501. in Capitulo Generali Vrbino celebrato.

VI. *Ioannes à Bibiena Vicarius Candia* renunciatus est Neapoli die 2. Iunij 1512. sed renunciauit.

VII. Seru. Dei *Ioannes* à Monte Ilcino S. Bernardini socius, cuiùs acta damus *Theat. 1. Ord. tit. 4.* pluries *Prouincia S. Angeli* Vicarius, in ea tandem miraculis clarus obdormiuit in Domino, sepultus in Conuentu s. Onuphrii apud Vastum.

VIII. *B. Ioannes* Pratensis, cuius suprà *tit. 2, ser. 5. n.* 11. egimus *Dalmatia Vicarius, & Albania* ac Bosnæ Commissarius amandatus est anno 1455.

IX. *Ludouicus* Senensis anno 1444. ab Eugenio IV. sum. Pontifice in *Prouincia Orientali Vicarius* Ministri Generalis, cum plenitudine potestatis, amandatus est, vt fratribus præesset, & Christianis illius regionis animos adderet, quatenus exercitibus mittendis in auxilium Rhodianorum, & pro recuperatione Terræ sanctæ intentanda assisterent, opem ferrent, &c.

X. *Marcus* Florentinus anno 1438. *Prouincia S. Angeli Vicarius* institutus, & ad triennium laudabiliter præfuit.

XI. *Petrus* Pistoriensis *Vandalia Vicarius*, anno 1444. Nuncius, & Commissarius Apostolicus ad fœdera vocandis Principibus, & colligendis subsidijs Christianorũ pro numerosa classe contra sultanũ Cayri Dominũ in auxiliũ Rhodianorum mittenda, missus est ab Eugenio IV. vti suprà *tit. 2. ser. 2. n.* 12. diximus.

XII. *B. Thomas* Florentinus, de Scarlino etiam dictus, Laicus vir incomparabilis sanctitatis, ampliandæ nouæ familiæ Regularis Obseruantiæ desiderio flagrans, á Martino V. sum. Pontifice obtinuit, vt liceret fraticellos, quibus posset locis depellere, quas vsurparunt ædiculas, suis consodalibus adaptare, alijsque in locis plures adiungere. Cœnobia itaque S. Francisci apud Scarlinum, S. Ioan. ad Gauorranum, S. Benedicti de Naue, & S. Petri propè Scansanum, eiecta illa mala sobole, Obseruantibus asseruit, duoque alia adiecit S. Francisci ad Radicondolum, & S. Cerbonis in Insula Elbæ, quæ authoritate præfati Martini V. ad plures annos rexit, & moderatus est. Prçterea primus *Vicarius in Prouincia S. Angeli, & Calabria*, à B. Ioan. Stronconio Prçceptore institutus an. 1418. plurima extruxit in illis Monasteria. Primus item in *Prouincia Corsica* Vicarij functus est officio, Regularis Obseruantiæ semina ea in Insula iecit, Conuentus derelictos

relictos instaurauit, tres ædificauit, & vnum in Sardinia, optimisque discipulis repleuit, imo totũ Institutũ exornauit, vti latè *Theat.1.Ord tit.4*, in eius vita diximus.

XIII. *V. P. Fr. Hieronymus* Florentinus B. Thomæ prefati discipulus anno 1449. sub Nicolao V. Pont. Max. & Francisco foscareno Venetorum Duce Regularis Obseruantiç Institutum in *Prouincia Candia* plantauit, & omniu n primus *Vicarius*, seu *Custos* institutus est, quatuor loca de nouo acquisiuit, tria reformauit, quibus ad plures annos summa cum laude prefuit.

XIV. *Ioannes Excalceatus* Perusinus ex Guardiano sacri Montis Aluernæ *Vicarius Pratensis* tunc, modo *S. Bernardini Prouinciæ* delectus fuit anno 1438. à qua anno 1440. absolutus, Tusciæ & Vmbriæ Vicarius institutus est.

# SERIES III.

## OBSERVANTES ETRVSCI MINISTRI PROVINCIALES IN EXTERIS PROVINCIIS.

I. B. *Albertus* de Sarthiano, cuius acta, & præclariora facinora damus *Theat.* 1. *Ord. tit.* 4. & cum laude meminimus suprà *par.* 1. *tit.* 2. *ser.* 2, *n.* 3. *& par.* 2. *tit.* 2. *ser.* 1, *n.* 1. *& ser.* 5. *n.* 1. Græcè & Latinè doctus, S. Sedis Apostolicę Legatus, Nuucius, & Commissarius, Concionator Apostolicus, Obseruantum Instaurator, totius Ordinis Vicarius Generalis, à Patribus Conuentualibus à quibus anno 1415. recesserat, nomen Obseruantibus daturus, Prouinciæ *S.* Antonij capitulariter congregatis Mense Iunio anno 1442. miro omnium consensu eiusdem *Prouinciæ Sancti Antonij* Minister Prouincialis electus est.

II. *Benedictus à Corelia*, Lucensis, Lector Iubilatus ex gratia, Minister *Prouinciæ Calabriæ* inferioris, eadem in *Prouincia* expleto Ministeriatu diem clausit extremum, circa annum 1633.

III. *Bernardinus* Campana à Corsanea Lucensis, olim Diffinitor in Tuscia, Lector Iubilatus, & facundus Concionator, Commissarius Visitator amandatus in *Prouincia S. Angeli* in Apulia anno 1640. incunte anno 1641. in Capitulo ab ipso celebrato, eiusdem Prouinciæ Minister electus est, quo in officio anno insequenti 1642. mens. Decemb. dormitionem accepit.

IV

IV. *Bernardinus Turaminius* Patritius Senensis, semel & iterũ Definitor in Tuscia, ac in *Prouincia Romana* Minister Prouncialis, insignis Cócionator, & Scriptor prout infrà *par. 3. tit. 1. ser. 4.* dicemus, præclara ingenij sui reliquit monumenta.

V. *Carolus* à Castellione Diœces. Aretinę Beroarda nobili familia natus, ab adolescentia Canonicis Regularibus adscriptus, iniquo facinore, clericali militia relicta sęculari nomen dedit & operam, strenuèque sub Petro Strotio Florétino pro Senensibus contra Medices militauit an. 1559. sed in sequenti 1560. ad se reuersus, die 7. Maii facultatem ad aliam Religionem transeundi à Priore Generali Canonicorum præfatorum obtinuit, qua fultus Neapoli eodem mense in Prouincia Terrę laboris Obseruantibus nomen dedit, Cosmæ Medici Etruriæ Ducis gratiam recuperauit, ita vt Æneæ germano fratri suo Cosmæ consanguineam in matrimonio obtinuerit anno 1565. In hac Prouincia semel & iterum Diffinitor atque in pręfata *Pruincia Terra Laboris* Minister Prouincialis fuit, & denique anno 1592 Romę in Conuentu Aracelitano, optimo fine quieuit.

VI. *Christophorus Rena* de quo suprà *par. 1. tit. 1, ser. 7. & tit. 3. ser. 3.* anno 1602. *Prouincia Principatus* Minister delectus est, & ad triennium præfuit.

VII. *Euangelista* à Momigno Pistor. Lector Iubiiatus, Concionator egregius, Diffinitor, & Vicarius Generalis, de quo suprà *par. 1. tit. 2. ser. 5. n. 6. ser. 7. n. 18. & tit. 3, ser. 3.* egimus, anno 1624. Minister Prouincialis in *Prouincia S. Didaci* electus, ad triennium præfuit.

VIII. *Honoratus* de Luca Concionator Clarissimus, Lector Iubilatus, Diffinitor Generalis, *Prouincia Romana*, [vti suprà *par. 1. tit. 2. ser. 7. n. 22.* diximus) Alumnus, Prouincialis Minister Almique Conuentus Aracælitani semel & iterum prudens extitit moderator.

IX. *Laurentius Passacaldi* de Prato, Prouincię Romanæ inter Obseruantes Alumnus, eiusdem Minister Prouincialis extitit, in ea exemplariter, religiosè, & sanctè vixit, & obiit, in Conuentu Aracælitano sepultus anno salutis 1660.

X. *Paulus Arriguccius* Florentinus, Romæ in Capitulo Generali anno 1571. *Prouincia S. Bernardini Minister* designatus, ad triennium rexit, & anno 1582. in patria de via in patriam abijt.

XI. *Paulus de Sonagio*, vir doctus, prudens. & regimine conspicuus, huius Prouincię quater Definitor, & Minister Prouincialis, nec non Diffinitor Generalis, vti suprà *par. 1. tit. 2. ser. 7. n. 11. & tit. 3. ser. 3.* diximus, anno 1578. *Prouincia Principatus* in Regno Neapolitano Minister electus, anno 1580. Salernitano in Conuentu consumationem vitæ accepit.

XII. *Seraphinus Comensis* huius Prouinciæ alumnus, atq; semel, & iterum Diffinitor, Minister Prouinciæ Candię designatus est Romæ in capitulo Generalissimo de anno 1517. atque in Capitulo Generali Lugduni celebrato anno 1518. confirmatus est.

# SERIES IV.

## OBSERVANTES ETRVSCI COMMISSARII VISITATORES ALIARVM PROVINCIARVM.

I. ANdreas *Alemannus* Florentinus, Diffinitor Generalis, & Curiæ Romanę Commissarius, vti suprà *par. 1. tit. 2. ser. 7. n. 5. & ser. 10. n. 1.* diximus.

II. *Franciscus* de Pontremulo Prouinciæ Bononiæ, & Ordinis Pater, de quo supra, *loco cit. ser. 7. n. 6.*

III. *Ioannes de Sibya*, vice Procurator Generalis, vti supra *loco cit. ser. 9. n. 2. &*

IV. *Mauritius* de Pontremulo, Prouinciæ Ianuæ Pater eodem in Capitulo Generali Messanę in Conuentu S. Marię de Iesu celebrato anno 1532. inter alios grauissimos Patres, Visitatores Prouinciarum selecti sunt, ad libitum Reuerendiss. P. Ministri Generalis mittendi.

V. *Antonius* à Masseta Romandiolæ Theologus, & Concionator celeberrimus, Prouinciæ Ficenæ aliquando alumnus, vir Græcè, Hæbraicè, & Latinè doctissimus, Iudeorum acerrimus impugnator, & malleus, anno 1651. dum Commissarij Visitatoris officio fungeretur in *Prouincia Ianuensi* e viuis sublatus est.

VI. *Bartholommeus* à Cocciglia Lucensis Concionator, & Lector Generalis, ac olim in Tuscia Diffinitor Prouincialis, Commissaria potestate sequentes visitauit, & præfuit in Prouincias, *Romanam* anno 1649 *septem Martyrum* in Calabria 1650. & *D. Thomæ S. Nicolai ac Mediolani* anno 1663. quo munere expleto, Placentiæ die 9. Nouembris anni præfati diem clausit extremum.

VII. *Bartholomæus* à Plebe S. Stephani vltimus Vicarius, & primus Minister Prouincialis Regularis Obseruantiæ, vti supra *par. 1. tit. 2. ser. 3.* diximus, anno 1501. *Sardiniæ* Prouinciam visitauit.

VIII. *Benignus Bruni* Florentinus Concionator clarissimus, Lector Iubilatus Custos, Minister Prouincialis, Diffinitor, ac Commissarius Generalis, vti suprà *par. 1. tit. 2. ser. 5. n. 7. ser. 7. n. 18. & par. 2. tit. 2. ser. 3.* diximus *Romanam*, *S. Francisci, ac S. Antonij* Prouincias visitauit.

IX. *Benignus* Senensis olim Diffinitor, & prudens huius Prouincię Moderator, vti supra *par. 1. tit. 3. ser. 3.* diximus, ineunte Mense Augusti an. 1669. à sac. Congregat. Episcop. & Regul. in *Prouincia Ianua Commissarius* amandatus grauissimas controuersias sedaturus, discordias compositurus, eodem Mense à Reuerendiss. P. Commissario Generali eodem in officio confirmatus cum plenitudine potestatis Congregationem intermediam celebrandi, Prouinciam regendi, visitandi, atque Capitulum conuocandi, & in eo præsidendi. Tanta prudentia, comitate, æquitate, pacis zelo, dexterietate, atque ingenuitate turbolentissimis illis temporibus præfuit, ac prædicta expleuit, Prouinciæ illius mores composuit, studia sancta auxit, scandala depulit, sedauit discordes, sanauit inimicitias, odia extinxit, tantæ denique pacis, tantæ reconciliationis & concordiæ author fuit, vt expleto munere communes egerint gratias, ac viginti ex grauioribus Patribus totius Prouinciæ nomine sub die 22. Februarij 1670. publicis litteris & nuncio honoratissimum dederint testimonium penes Patres præfatæ Sac. Congregationis, eosdem Purpuratos Patres regratiantes talem, ac tantum Virum in tempore opportuno misisse eiusdemque extollentes religiosas virtutes, & administrati regiminis æquitatem.

X. *Bernardinus* de Pitelio Pistorien. summus Theologus, & Ecclesiastes insignis, Eminentissimi Caroli Cardinalis Medices Confessarius, anno 1622 *Romanam* Prouinciam visitauit & denique anno 1630. charitate ductus peste laborantibus dum ministraret Pistorij ad Christũ migrauit, vti *Theat. 1. Ord. tit. 6. ser. 3*

XI. *Daniel Gallettus* de Senis Tuscię Minister anno 1588. vti supra *par. 1 tit. 3 ser. 3* diximus. electus, iam de anno 1585. Commissarius cum esset in *Prouincia Corsica* ossa B. Francisci de Maleficijs Florentini in Tusciam asportauit, vti *Theat. 1. Ord. tit. 4.* in vitâ præfati Beati Francisci nàrrauimus.

XII. *Euangelista* à Momigno, cuius supra serie præcedenti *n. 6.* & locis ibis citatis egimus, Commissaria potestate visitauit Prouinciam *Romanam, Picenam, Ianuensem, Brixiensem, & Pennensem* S. Bernardini.

XIII. *Franciscus Mancinius* de Florentia Minister Prouincialis, & Diffinitor Generalis, cuius supra *par. 1. tit. 2. ser 7. n. 20. & tit. 3, ser. 3.* egimus, *Marchiæ Anconitanæ ac S. Francisci* Prouincias visitauit.

X V. *Honorius Caiani* de Florentia, Procurator Generalis Ordinis, Clementis VII. sum. Pont. Confessarius, de quo supra *par. 1. tit. 2. ser 9. n 3.* egimus, Commissarius & Visitator Apostolicus, & Ordinis etiam in *Prouincia Bononiæ* missus est anno 1532.

XV. *Iacintus à Sancto Cassiano*, Diffinitor, annis XII. à Secretis Ministri Pro-

uincialis, Lector, & Concionator Generalis, vir pius & prudens, ac multiplici experientia commendatus Commissarius Visitator in *Prouincia S. Francisci* egit anno elapso 1678.

XVI, *Ioannes à Camaiore* Lucensis, Tusciç Minister electus anno 1550. vti supra par. 1. tit. 2. ser. 3, innuimus, deindè Commissarij Visitatoris officio functus est in Prouincia *Picena*, ac *Neapolitana* Terræ laboris,

XVII. *Ioannes Baptista* à Burgo Collinæ, Prædicator Generalis, Lector Iubilatus, Custos, & Minister Tusciæ, Secretarius Generalis, Serenissimorum Principum Matthiæ, Leopoldi, & Francisci Medices Theologus & Confessarius, de quo supra *par. 1. tit. 2. ser.* 3. egimus, vir magnus & ingenuus *Mediolanensem Prouinciam* paucis ab hinc annis visitauit.

XVIII. *Ioannes Baptista* à Massa Ducali Prædicator, Lector Generalis, bis Diffinitor Prouincialis, quo in munere anno 1674. mortalitatem deposuit, cum prius Commissarij Visitatoris officio in *Prouincia Ianuensi* functus esset.

XIX. *Ioannes Franciscus Cocchius* Florentinus Tusciç Minister, & plurium Prouinciarum Commissarius extitit Visitator, & deniquè in Patria die 14. Februarij, anno 1604. corporis sarcinam deposuit.

XX. *Ioseph* à Saturnana Pistorien. Concionator Generalis, Lector Iubilatus, Diffinitor Prouincialis, anno 1661. Commissarius Visitator *Prouinciæ Ianuensis*, in patrio Conuentu demum 23. Iulij, 1675. obijt.

XXI. *Iulianus de Luca* olim Diffinitor & Custos in Tuscia, ac Commissarius Visitator in *Prouincia Bononiensi*, Lucç in patria die 3. Iulij, anno 1648. res humanas reliquit.

XXII. *Laurentius* Campana, Lucensis, Theologus & Concionator egregius, semel & iterum Diffinitor in Tuscia, Commissarius & Visitator Apostolicus in *Prouincia Sardiniæ* eandem ad sex menses rexit.

XXIII. *Marianus* Senensis, cuius suprà *tit.* 2. *ser.* 2. *n.* 14. meminimus, Sedis Apostolicæ Nuncius, & Commissarius Visitator in Prouincia *Sardiniæ*, atque *Candiæ* extitit.

XXIV. *Michael-Angelus* de Florentia, Concionator, Lector Generalis, in Tuscia Terræ Sanctæ Commissarius, & Custos, in Prouincia Bononiensi, hoc anno 1681. Commissarius Visitator delegatus est.

XXV. *Petrus Paulus Vgurgerius* Senensis, semel & iterum Vicarius Prouincialis in Tuscia, Visitator *Prouinciæ Ragusæ* missus anno 1478.

XXVI. *Sebastianus* à Petrasancta, Lector Iubilatus Tusciæ Rector vir pius & prudens Serenis. Leopoldi Cardinalis Medices Confessarius, cuius acta damus *Theat. 1. Ord, tit. 9.* & suprà *par. 1. tit. 2 ser. 3.* an. 655. *S. Bernardini Prouinciã* visitauit

XXVII. *Seraphinus Tegliaccius* nobilis Senensis Concionator Generalis, Theologus, vir probatæ virtutis, hoc anno 1680. Commissarius Visitator amandatus est Prouinciæ Corsicæ.

XXVIII. *Timotheus* Lucensis Vicarius Generalis, de quo suprà *par. 1. tit. 2. ser. 3 n. 6.* Prouinciarùm Visitator institutus est in Capitulo Mantuano, an. 1504.

XX X. *Vincentius Bertinius* à Sartheano disertissimus Theologus, & egregius Concionator, tanta sapientia præditus, vt ad magna negotia peragenda videretur ab ipsa natura progenitus, neque in Italia pares habere, obinde Principibus Ecclesiasticis & secularibus perquam familiaris & charus, pro quibus magna fecit, gessit & scripsit, vti *Theat. 1. Ord. tit. 9.* suprà *par. 1. tit. 2, ser, 3.* & infra, cum de scriptoribus agemus, diximus, & dicemus. Quinquies in Tuscia Diffinitor, semel ad triennium Minister Prouincialis, deinde anno 1625. Commissarius, & Visitator Apostolicus totius *Regni Siciliæ*, vtriusque *Calabriæ Principatus* item & *Terræ Laboris* in Prouincijs destinatus, multo quidem labore, sed incredibili prudentia, zelo, & pietate, simul, quoad Religionem, administrauit, pluraque illis in regnis pro pace Monachorũ, & Episcoporũ, authoritate fultus Apostolica cõposuit ardua, stabiliuitque proficua. Denique tàntus vir die 25. Ianuarij, an. 1643. apud Mõtẽ Ilcinũ in humanis esse desijt, ad pręmia euocatus in cęlis.

*Si qui alij ex Obseruantibus tali munere functi sint, me latet; transeamus ad strictiores Obseruantes.*

# S E R I E S V.

## STRICTIORES OBSERVANTES ETRVSCI MINISTRI PROVINCIALES, AVT COMMISSARII VISITATORES IN ALIENIS PROVINCIIS.

I. F*idelis de Luca* Theologus, & Concionator celebris, nostra hac tempestate Conciones eruditas Quadragesimales & per Aduentum edidit; *Prouinciæ Bononiæ* Alumnus, Custos extitit & Minister Prouincialis. II.

II. *Ioannes-Baptista* à S. Marcello Pistorien. *Prouincia Reformata Romanæ* Alumnus, & Minister Prouincialis, Etruscam hanc Prouinciam anno 1642. & alias anteà, & posteà visitauit. Demùm sac. Pœnitentiariç Lateranensis Præses, ibidem quieuit in Domino.

III. *Primus* à Castronouo Capharoniç, Theologus & Concionator egregius, *Prouinciæ Reformatæ Romanæ* Alumnus, Diffinitor, Custos, & Minister Prouincialis extitit, viuit Guardianus in Conuentu S. Francisci Trans-Tiberim de Vrbe hoc anno 1679.

IV. *Angelicus* de Arano Commissarius Visitator *Prouinciæ Marchiæ*; & Diffinitor in Tuscia anno 1646.

V. *Angelus Maria* à Cutigliano Theologus, & Concionator, Generalis Diffinitor Prouincialis, ac olim Commissarius Visitator in *Prouincia Tridentina*, viuit

VI. *Archangelus* à Fresciano, vir prudens & doctus, semel Diffinitor, quiquies Sacri Montis Aluernæ iterdum Rector, bis Minister Prouincialis, an: scilicet 1655. & 1667. electus, summa cum laude ad sexennium præfuit *D. Francisci D. Thomæ, ac Tyrolensem Prouincias* visitauit.

VII. *Bonifacius* Valsauinionensis, semel Diffinitor, & Sac. Montis Aluernæ Guardianus anno 1662. *Principatus Prouinciam* visitauit, atq; anno 1674. Vicarius erat in Regio Monasterio S. Clarç Neapolis.

VIII. *Franciscus* Florentinus, Theologus, Concionator, Diffinitor, & Custos *Ianuensem, & Medsolanensem* Prouincias Cōmissarius visitauit, & in regio S. Mariæ Magdalenç Monasterio Neapolitano, ab an. 1675. ad 1679. Cōfessarius fuit.

IX. *Innocentius* à Cruce, vir doctus, & in agendis prudens, de quo supra *par. 1 tit. 2. ser. 9. n* 4. egimus, ex Guardiano Sacri Montis Aluernæ, cuius præfecturam annis quatuor, nempe 1634. & 35. 1644. & 45. egregiè sustinuerat, Procurator Curiç Romanæ pro Reformatis electus, post triennium in Tusciam regressus, anno 1649: anno decimo recurrente, quo Custodis munus expleuerat, Minister Prouincialis assumptus est, interim verò plures Prouincias visitarat, & absoluto triennio Ministeriatus paulò superuixit.

X. *Ioannes-Baptista* à Cutigliano Sacri Montis Aluernæ aliquando Guardianus, Diffinitor, Custos atque Minister Prouincialis electus anno 1661. postquam plures Prouincias visitarat, prudenter que rexerat.

XI. *Ioannes-Baptista* à Massa Ducali, an. 1636. Sacri Montis Aluernæ Guardianus

dianus 1639. Custos Prouincialis, Vrbani VIII. Pont. Max. authoritate primus Minister Strictioris Obseruantiæ declaratus, qua Custodiæ Reformatæ in Prouincijs erectæ sunt sub illo tempore, plures etiam alias Custodias & Prouincias visitauit.

XII. *Ioannes Chrisostomus* de Lugliano, Custos anno 1652. in Tuscia, *Pedemontanam Prouinciam* Commissarius visitauit.

XIII. *Ioannes Paulus* de Balneo, Theologus, Concionator egregius, Sacri Montis Aluernæ, & Tusciæ Prouinciæ ab anno 1670. ad 75. prudentissimus Moderator *S. Antonij Prouinciam* pariter Visitatoris officio functus est, superestque.

XIV. *Ioseph* de Chianciano ex Diffinitor, & Custos anno 1676. in *Corsicam* Commissarius missus illam Prouinciam moderatus est.

XV. *Iulius* à Monte-Ignoso semel Custos, terque Diffinitor in Tuscia ad triennium *S. Mariæ Magdalenæ* de Neapoli Præfecturam tenuit, & *Consentinam Prouinciam* visitauit, obiit anno 1678. in Conuentu S. Cerbonis extra Lucam.

XVI. *Laurentius de Cardoso*, Lucensis, diuinis, & humanis litteris, sanaque eruditione pręclarus, de quo infra cum de scriptoribus agemus dicemus, Commissarius Visitator in *Prouincia Romana*.

XVII. *Petrus-Paulus* à Burgo Lucensi Custos in Tuscia anno 1664. & in Tyrolensi Prouincia Visitatoris munus expleuit.

XVIII. *Prosper de Terebio* Discretus, & Diffinitor, qui florebat anno 1642. plures visitauit Prouincias.

*Præter præfatos, supersunt adhuc alij Patres Etrusci varijs titulis & dignitatibus in alienis Prouincijs cohonestati, sequentibus scriebus ergo recensendi.*

# S E R I E S VI.

## MINORITÆ ETRVSCI MINISTRI, aut GVARDIANI TERRÆ SANCTÆ.

I. **B**Artholomæus Senensis Tuscię, ac Terræ Sanctæ extitit *Minister* vti suprà *ser.* 1. *n.* 3. diximus.

II. *Bonauentura Bagnai* nobilis Senensis olim *Minister* Terræ Sanctæ, ac Congregationis Canonicorum Lateranensium in Saxonia Commissarius,& Visitator Apostolicus, obijt Senis anno 1595. in Ecclesia S. Francisci apud suos sepultus.

III. *Franciscus Sanson* Senensis, Minister Generalis totius Ordinis,de quo supra *par.* 1. *tit.* 2. *ser.* 1. *n.* 8. egimus,Terræ *Sanctæ* die 17.Maij, anno 1469.atque anno insequenti 1470. huius Prouinciç Tusciæ *Minister* renunciatus est. *Hi Ministri. Sequuntur Guardiani Obseruantes.*

IV. *Angelus* à Figlino *Sac. Montis Sion Guardianus*, Terrç Sanctæ *Custos, & Commissarius* electus est Aquilç in Capitulo Generali an. 1495. ad trienniũ rexit.

V. *Bartholomaus* à Colle Vallis Elsæ, vti suprà *tit.* 2. *ser.* 2. *n*;3. *ser.* 5. *n.* 5. *tit.* 3 *ser.* 2. *n.* 3. atque *Theat.* 1. *Ord. tit.* 9. diximus Nuncius, & Prædicator Apostolicus, Candiæ Vicarius, ter *Guardianus* Arçcelitanus in vrbe, atque *Sacri Montis Sion* in Ierusalem, *Custos, & Commissarius* extitit Terræ Sanctæ.

VI. *Bernardinus del Vecchio* Senensis, ab anno 1507. ad 1512. Sacri Montis Sion, & totius Terræ Sanctæ Præfecturam tenuit.

VII. *Iacobus* ab Alexandria Palearum, huius Prouinciæ Alumnus, & Vicarius Prouincialis, vti suprà *par.* 1. *tit.* 3. *ser.* 2. *& Theat.* 1. *Ord. tit.* 10, diximus vir pius & doctus, Ierosolimitanus *Guardianus, &c.* creatus Neapoli in Capitulo Generali die 20. Maij, an. 1475. die item 20, Maij, in Parasceue, anno 1478. in vasta quadam solitudine deserti dum ad sultanum Babiloniæ proficiscere tur, de quibusdam negotijs sanctorum Locorum acturus, viribus ex itinere destitutus, efformata per socios crucem, nuda iacens humo pie osculatus,& fortiter amplexatus, illud ex sac. Hymno proferens; *Dulce lignum, dulces clauos &c.* in eius amplexu religiosè obdormiuit in Domino, Alexandriæ Aegypti in Ecclesia S. Marci sepultus.

VIII. *Nicolaus Spinellius* Senensis, zelantissimus Tusciæ Minister, Siciliæ Commissarius, vti *Theat.* 1. *Ord. tit.* 9.& suprà *par.* 1. *tit.* 3. *ser.* 3. *n.* 14. diximus, Ierusalem *Guardianus &c.* Romæ in Capitulo Generali anno 1625. designatus, Puteolis in Cãpania soluturus, morte præuentus, in cælestem Ierusalem (vti piè creditur virtutis & sanctimoniæ odor relictus suadent) soluit, & ad securum portum peruenit.

IX. *Paulinus* Pisanus litteris & virtutibus insignis, Guardianus Ierosolimitanus institutus an. 1582. eodẽ in loco,& munere an. 1585. diem clausit extremum.

X. *Scolarius* à Monte Ilcino, vir doctus, & in regimine prudens, pluribus in

locis Inquisitor, Prouinciæ Romanę & Tusciæ Minister; Aracęlitanus in Vrbe pluries Guardianus, & Sacri Montis Sion in Ierusalem item Guardianus, & Terræ Sanctę Custos electus est anno 1433. sub Eugenio IV. cuius hortatu cessit officio anno præfato, vtì suprà *par. 1. tit. 3. ser. 1. tit. 2. ser. 8.* & præsenti *ser. 1. n. 18.*

XI. *Zenobius* Florentinus Ierosolimitanus Guardianus, & Terræ Sanctæ pręses electus anno 1517, pręfuit ad triennium, in Tusciam reuersus, anno 1523. Diffinitor eligitur, & 1527, Florentiæ in patria, peste laborantibus inseruiens, eo in charitatis munere animam suam posuit pro fratribus suis, vti *Theat. 1. Ord. tit. 6. ser. 3.* diximus.

# SERIES VII.

## GVARDIANI ET OFFICIALES ALIORVM LOCORVM TERRÆ SANCTÆ.

I. B. *Albertus* à Sarteano Locorum Terræ Sanctæ Commissarius & Reformator extitit anno 1439. Eugenij IV. ac Prælatorum Ordinis authoritate constitutus, vtì suprà *ser. 1. n. 1.* diximus.

II. *Bartholomæus Aluernicola* huius Prouinciæ Vicarius, de quo suprà *ser. 1. n. 19.* communi Patrum capitulariter Aquilæ anno 1376 congregatorum decreto amandatus est Ierosolymam, cõmissaque ei prouincia Loca sancta inuisendi, & dissoluta reformandi, quam ille prudenter anno sequenti absoluit. *Vide apud Vuad. tom. 4. anno 1376. n. 13. & 14.*

III. *Bonauentura Citoniensis*, Strictioris Obseruantiæ anno 1650. SS. Sepulchri Ierosolymitani Pręfecturam gerebat.

IV. *Cœlestinus* à Marthi Diœces. Samminiatensis, sanctissimi Sepulchri Pręses Bethelem Guardianus, ac in Aegypto Commissarius, redijt in Tusciam an. 1676. vbi ad huc agit in humanis.

V. *Franciscus Castellarius* à Castronouo Capharoniæ, vir innocentissimę vitę, suæ professionis tenacissimus, & pietati ab adolescentia addictus; deuotionis ergo in Prouinciam S.P. Francisci translatus, pius ad multos annos S. Mariæ Angelorum extra Assisium incola fuit, in eademq; Prouincia, licet absens Diffini-

toris titulo choonestatus; Maiori in dies spiritus feruorę correptus, in Palestinam profectus Loca redemptionis nostræ piè adeo veneratus est, atque in eis ferè ad decennium conuersatus, vt SS. Sepulchri Præfecturam, Bethelemiticum Guardianatum stenerè, Sacri Cantus Moderatorem, Discretum, seu Diffinitorem eligi, aliàque officia obire, & demum illius Prouinciæ filium declarari, perpetuumque habitatorem promeruit, & obtinuerit. Ierosolymis ergo feria 6, die 7. Augusti anno 1676. religiosissimo fine vitæ cursum confecit vti *Theat.* 1, *Ord. tit.* 9. diximus.

VI. *Franciscus* à Gualteris, vicus est prope Pistorium, Laicus, pius & prudens, Bethelem aliquando Guardianus, in patriam reuersus, die 28. Augusti 1606, seu 16 . o. in patrio Iacherini Conuentu dormitionem accepit.

VII. *Franciscus* à Sarzana dùm Chios, insula Aegei, Guardianum ageret, die 7, Iunij, an. 1642. ibidem dormitionem accepit.

VIII. *Franciscus* de Vallæ Buræ Pistoriensis, laicus in fabrilibus, & agendis expertus, Bethelemiticus & ipse Guardianus, Francisci pręfati successor, piè in patrio præfato Conuentu Pistoriensi obdormiuit in Domino ànno 1629.

IX *Ieremias* à Florentia adhuc sperstes, Bethelem Guardianus, & Ægypti Præses ac Commissarius extitit.

X *Iacobus* à Figline olim, vti suprà *tit.* 2. *ser.* 4. *n.* 48. diximus; Missionarius Apostolicus, inde ad biennium pro Ordine Smyrnæ Guardianus, adhuc illis in partibus degit.

XI. *Ioannes Maria* à Senalonga Strict. Obseruantiæ olim Guardianus Nazareth, hodie viuit in Tuscia.

XII *Nicolaus* de Bibiena, olim SS. Sepulcri Præses, viuit hoc anno 1679. in Conuentu Omnium Sanctorum Florentiæ.

XIII. *Pacificus* à Terrinca conterraneus meus, laicus, vir pius, & in agendis prudens. Bethelem Guardianus, ibi vitæ terminum posuit anno 1548. vbi Saluator noster nasci dignatus est in plenitudine temporis.

XIV. *Saluator* Pistoriensis, Laicus piæ conuersationis, vti *Theatr.* 1. *Ord. tit.* 9, diximus, Guardianatus officio functus in Bethelem, in patriam reuersus anno 1654. pio fine migrauit ad Dominum.

XV. *Siluerius* Sanctinius à Terrinea, conterràneus meus, Prouinciæ Reformatæ

matæ Romanæ Alumnus, anno 1651. Præses, Parochus ac Sacellanus Alexandriæ Ægyptis, Item Præses in Cayro, ac Commissarius cum plenitudine potestatis in toto Ægipti, anno 1652. SS. Sepulchri Præfectus, anno 1653. Nazarenus Guardianus, Galileæ Commissarius, Pascham in Iordanis Ripam cum Peregrinis celebrauit, atque in festo Natiuitatis Domini Iesu Christi eiusdem anni in Tusciam remeauit, & hoc anno 1649. in humanis agit Romæ in Conuentu S. Francisci Trans-Tyberim.

XV. *Simon* à Larciano, ad huc superstes, iterum & tertio nunc quarto sacræ Palestinæ probus inhabitator, SS. Sepulchri, ac Bethelemitici Conuentus Præfecturam semel & iterum tenuit, aliasque alibi exercuit officia, Sacrarum Cæremoniarum quoque ac Organi Magisterium in Ierusalem laudabiliter gessit.

# SERIES VIII.

## COMMISSARII TERRÆ SANCTÆ IN TVSCIA RESIDENTES PRO COLLIGENDIS ELEEMOSYNIS.

I. V*Incentius* à Sartheano, cuius *T beat. 1. Ord. tit. 9.* & suprà *par. 1. tit. 3. ser. 3* & præcedenti *ser. 4. n. 28.* memini, post plures annorum Centurias atque innumeros Patres, quorum nomina me latent primus inuenitur. Commissarius institutus pro colligendis subsidiis Locorum sanctorum Terræ Sanctæ in Tuscia anno 1612. à Reuerendiss. P. Ioanne de Hierro Ministro Generali.

II. *Petrus Ioan.* de Florentia successit Vincentio, anno 1630.

III. *Miniates* Florentinus anno 1643. subrogatus fuit.

IV. *Bonauentura* Liburnensis Miniato successit, an. 1653.

V. *Petrus-Franciscus* Florentinus post Bonauenturam electus est anno 1661.

VI. *Michael-Angelus* Florentinus, Pisis sac. Theologiæ Lector Generalis post obitum Petri Francisci sub finem anni 1673. subrogatus est Commissarius. & sac. Congregationis Correspondal.s eodem in ministerio Terræ Sanctæ, & vsque in hodiernum die ministrat.

# SERIES IX.

## OBSERVANTES ETRVSCI ALIQVA DIGNITATE EXTRA PROVINCIAM DECORATI.

I. A*rchangelus* à Villamagna prope Florentiam Theologus, & olim Definitor in Tuscia, in regio posteà Monasterio S. Claræ Neapolitano Confessarius, ibidem diem clausit extremum an. 1572.

II. *Cosmas Simonettus* à S. Marcello Pistorien. an. 1591. Definitor in Prouincia Florentina, 1593. Commissarius Visitator Prouinciæ Senensis, 1596, Guardianus Sacri Montis Aiuernę, 1603. Confessarius Regij Monasterii præfati S. Claræ Neapolis, denique in Patrio Iacherini Conuentu extra Pistorium, peste, dum alijs luentibus inseruiret, correptus, anno 1632. septuagenarius migrauit ad Christum.

III. *Franciscus* à Valico Capharoniæ Prouinciæ Romanæ Alumnus, atque in eadem olim Definitor, anno 1675. Guardianatus officio fungebatur in Conuentu S. Mariç de Paradiso Viterbij.

IV. *Gabriel* à Monteuarchi, Neapoli in regio S. Clarę Monasterio Confessarius ibidem anno 1590. naturæ debitum soluit.

V. *Ioannes* à Bibiena, vir doctus, & Concionator facundus, anno 1580. dum in Regio S. Claræ Neapolis Monasterio Confessarius Christi ancillis ministraret, è viuis sublatus est.

VI. *Ioannes* à Greue eximius Theologus, Concionator insignis, in præfato Monasterio S. Claræ Confessarius anno 1610. migrauit à sæculo.

VII. *Ioannes* de Luca scientia & prædicatione celebris, semel & iterum in Tuscia Definitor, Guardianus pręlibati Monasterij S. Clarę anno 1598. institutus, & 1600. ad triennium confirmatus est.


VIII. *Philippus* Florentinus, Prouinciæ Romanæ filius, in eaque Definitor, à secretis erat in Tuscia anno 1665. Patris Archangeli Romani Commissarij Visitatoris.

IX. *Siluester* Pistoriensis Laicus integerrimæ vitę & piæ conuersationis vir, Reuerendiss. P. Francisci à Sosa Ministri Gener. socius gratissimus Guardianus propterea S. Francisci in Monte extra Perusium institutus est, & denique in pa-

trio Conuentu Pistorij ineunte anno 1651. ferè centenarius orans & psallens migrauit ad Dominum: *vti Theatr. 1. Ord. tit. 9. diximus.*

X. *Siluester* à Radda Prouinciæ Romanæ alumnus, Definitor & Custos; an. 1609. Commissarius Visitator venit in Tusciâ.

XI. *Thomas* à Florentia semel & iterum Definitor, ac Vicarius Prouincialis in Tuscia, Cretensis Guardianus ad triennium; demum anno 1654. in patrio Montis S. Miniatis Conuentu piè quieuit in Domino, vti *Theatr. 1. Ord. tit. 9.* narrauimus.



# SERIES X.

## PP. REFORMATI ETRVSCI ALIQVA DIGNITATE DECORATI EXTRA PROVINCIAM.

I. ÆGidius Liburnensis Definitor Generalis, Prouinciæ Romanæ alumnus, & Custos obijt Romæ anno 1678. *vti suprà par. 1. tit. 2. ser. 7. n. 23.* diximus.

II. *Ambrosius* à Valico semel & iterum Custos in Tuscia, Neapoli in Monasterio S. Claræ aliquando Confessarius, nonagenario maior, & præ multa senectute lumine orbatus Fesulis anno 1677. diem clausit extremum.

III. *Damasus* à Terrinca, conterraneus meus, vir pius, & doctus, regularis quod disciplinæ tenax, sacram Theologiam scolasticè, & moraliter in Tuscia, Corsica que ad plures annos interpretatus, Corsicæ Prouinciæ olim alumnus, semelque & iterum Definitor, religiosissimæ obijt Fesulis Vigilia Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi an. 1671.

IV. *Franciscus* Florentinus Definitor, & Custos in Tuscia, ab anno 1676. ad 1679. Neapoli in Monasterio S. Mariæ Magdalenæ extitit Confessarius, viuit in patrio Fesulano Conuentu.

V. *Hieronymus* Florentinus, Neapoli in Monasterio aliquando Confessarius, in Tuscia Definitor electus anno 1649. & 1664.

VI.


VI. *Ioseph* de Chianciano, olim Definitor, posteà S. Mariæ Magdalenæ Neapoli Confessarius, anno 1675. Custos in Tuscia electus.


VII. *Iulius* à Monteignoso Definitor, & Custos in Tuscia. Guardianus S. Mariæ Magdalenę Neapolis, obijt in Conuentu S. Cerbonis extrà Lucam anno elapso 1678.

VIII. *Sanctes* à Sexto Lucensis, Lector Theologus ex Definitor hoc an: 1679 Neapoli in Monasterio S. Claræ Confessarius istitutus est.

*En quorum memoria est ad hanc secundam partem spectantium, plures, vt reor Etrusci Heroes similibus dignitatibus, Officijs, Munijs cohonestati fuerè: sed præmemoratos tantùm quorum certam notitiam habui recensere licuit, His, Lector, contentus sis, ore, atque* ex vngue Leonem.

FINIS SECVNDÆ PARTIS.





# THEATRI GENEALOGICI SERAPHICÆ PROVINCIÆ TVSCIÆ TERTIA PARS.

## ETRVRIÆ DIGNITAS ET EXCELLENTIA LITTERIS, PRVDENTIA GENERIS, CLARITATE SPLENDESCENS.

## TITVLVS PRIMVS


## SAPIENTIÆ, ET DOCTRINÆ DIGNITAS.

### PRÆFATIO



*ERTIVS ADHVC, tertio loco, triplici quoque titulo explicandus, accedit honor deuisque, laus, & gloria Almæ huic Prouinciæ TVSCIAE, doctrina, sapientia, scientia, prudentia, rerum agendarum peritia sanguinisque generositate Heroum suorum adeptus. Multi namque ( vtinam omnes innotescerent ad maiorem Dei gloriam atque ETRVRIAE SPLENDOREM ) ex Minoritis Etruscis cunctis vsque nunc saculi varijs in Vniuersitatibus, Collegijs, Accademijs praclara sapientia, ac doctrina emolumenta collegerunt, in populis inde sparserunt. Alij dictis, alij scriptis Ecclesiam Catholicam illustrarunt ditaruntque, at-*

*quę mortales ad salutem erudierunt.* DOCTORES ECCLESIÆ *( inquit D. Gregorius Canisc, cap. 3.)* lectum Salomonis ambiunt, & venientes hostes repellunt, dum exemplis sustinent, verbis muniunt, & scriptis erudiunt. *Alij Summorum Pontificum, alij Regum, alij Principum, alij Magnatorum Conscientias in viam salutis direxerunt, eorundemque negotia plurima cum laude pertractarunt, aliaque multa in commune fideliũ bonum praeclara ediderunt facinora. Alij demum ex Primo Ordine, alijs ex Secundò, alij aliaque ex Tertio sanguinis claritate splendorem Etruscum clariorem reddiderunt: quorum quarumque memoria occurrit sequentibus titulis, & seriebus innouamus, in lucem reuocamus.*



SERIES

# SERIES I.

## MINORITÆ ETRVSCI DOCTORES PARISIENSES.

I. A*Damus, &* ) de Prato germani Fratres, ille Episcopus Eugubinius
II. *Gulielmus* ) *vti suprà par. 2. tit. 7. ser. 3. n.* 1. diximus; iste natu maior Archiepiscopus Cambaliensis in Tartaria, *vti loc. cit ser. 1. n. 7.* ampla cum potestate delegatus: ambo Doctoratus laurea in Vniuersitate Parisiensi insigniti florebant anno 1380.

III. *Angelus Nerij* Patritius Florentinus, Sac. Theologiæ Magister, à Patribus Conuentualibus ad Obseruantes translatus, Parisijs profectus, Cathedram Magistralem, & Doctoratus lauream assequutus, publicè ea in Vniuersitate per aliquot annos interpetratus est sententiarum magistrum, atque in eum scripsit.

IV. *Antonius* de Sancto Miniate, cuius cum laude meminit Pisanus *Confor. lib. 1. fruct.* 11. Sac. Theologiæ Magister Parisiensis, *qui*, inquit ille *Parisijs, & in Tuscia fuit notabilis homo, & Prædicator* floruit autem ante an. 1400.

V. *Antonius Nerius*, cuius *supra tit. 2. ser. 3. n.* 3. egimus, Regularis Obseru. post adeptam lauream, Parisiensem Constitutum amplexus, floruit anno 1450

VI. *Arlottus* Pratensis, Minister Prouincialis Tusciæ, vir pius & prudens, magnus vbique, Parisiensis Doctor clarissima reddidit tempora sua, commendatissima in agendo & scribendo sapientia, qua meruit ad supremum sodalitij verticem assumi anno 1285. sed breui consumptus, Patribus appositus est an. 1286. in Parisiensi conuentu sepultus, *vti suprà par. 1. tit. 2. ser. 1. n. 5. diximus*.

VII. *Euangelista Marcellinus* Pistoriensis, vir sanctus, sapientia & signis illustris, proficuus Ecclesiastes, clarissimusque Parisiensis Theologus, Romæ anno 1593. sancto fine quieuit in Domino, Araçlitano in Conuentu sepultus: *vti Theatr. 1. Ord. tit. 4. & sup. tit. 2. ser. 3. n. 9.*

VIII. *Gerardus* Pratensis, Parisiensis Doctor, Innocentij, Alexandri, & Vrbani IV. Sum. Pont. success. Pœnitentiarius, Apochrysarius, ac Legatus, *vti suprà par. 2. tit. 2. ser. 1. n. 7.*

IX. *Iacobus* de Senis cognominatus de *Tundo*, qui circà anno 1285. Minoribus nomen dedit, euasit vir doctus & prudens, magnæ deuotionis, & spiritus, nec non Sac. Theologiæ Magister Parisiensis, ac Tusciç, ob vitæ merita, & regendi peritiam, *vti sup. par. 1. tit. 3. ser. 1.* diximus, Minister Prouincialis.

X. *Iacobus* de Mugello ) *omnes agri Florentini nati (* inquit Marian. tract. de Orig. aliàs cit. cap. 11.] *ferè vno tempore Parisijs annis pluribus sacram Theologiam legere, & sub eodem fermè tempore,*
XI. *Ioannes* de Scopeto )
XII. *Modestus* Antiquus, & )
XIII. *Sinibaldus* de Figlino )
scilicet circa annum 1340. *decesserunt*

XIV. *Paulus Iona* Lucensis, vir sanctus, vti *Theat.* 1. *Ord. tit.* 4. diximus, semel, & iterum propterea Minor. Obseru. in hac Prouincia Vicarius Prouincialis, iuxta dicta supra *par.* 1. *tit.* 3. *ser.* 2. *in sac. Theolog.* (subdit Marianus loc. supra cit.] *Magister Parisiensis & si nullum opus suum inuenerim, tamen ob singularem excellentiam suæ doctrinæ & prædicationis inter viros illustres commemorandum censeo.* Florebat anno 1465.

XV. *Petrus de Acciaiolis*, Patritius Florentinus Parisiensis Doctor florebat in Tuscia anno 1330.

XVI. *Philippus Florentinus*, *Vltranensis* agnomento, celebris Concionator, ac in sac. Theologia & Philosophia Magister Parisiensis. Legit longo tempore Florentiæ & Patauij, floruitque circa an. 1315. & plura posteris monumenta reliquit, infrà ser. de Scriptoribus, commemoranda.

## PROLOQVIVM.

APostolica sententia Thimot. 5. n, 17. *duplici honore digni sunt qui laborant in verbo & doctrina: atque B. P. Francisci Oraculo sub morte suis facto,* Testam. B. Francisci omnes Theologos, & qui ministrant nobis sanctissima verba diuina debemus honorare & venerari, sicut eos, qui ministrant nobis spiritum & vitam. *Hinc inter Obseruantes, qui à sui Instituti exordijs quidquid mundani fastus, atque ambitionis inducere potest procul facientes, Theologi, aut Lectoris Iubilati titulo contenti, Doctoris, & Magistri gradum titulumque reliquerunt: rem tamen habentes in veneratione semper habiti, varijsque gratijs & honoribus Lectores affecti sunt, & Concionatores; præsertim verò ab anno 1621. quo in Generali Capitulo Segouiæ celebrato cautum fuit, vt LECTORES, qui XII. annis continuis sacram Theologiam publicè in Studijs deputatis docuissent, ij deinceps IVBILATI cẽserentur, gratijs priuilegijs, & indultis ibidem expressis, quorum nonnulla successu temporis immutata sunt, potirentur. Ità sanè religiosis honoribus, vel pijs muneribus, aut aquis subsidijs excitari oporteret varia & nobilia Ordinis ingenia ad honorificos sudandos labores, quibus tempore illustrari posset Religio: calcaria namque addit virtuti spes præmij: & nullus est quantumuis humilis, quem à labore non retrahat ingratitudo. Gaudent præterea hi LECTORES IVBILATI omnibus, & singulis prærogatiuis, præeminentijs, priuilegijs, gratijs & indultis, quibus Doctores Artium, & in Sacra Theologia Magistri aliorum Ordinum de iure, vsu & consuetudinę vtuntur, fruuntur. Cum-*

que

*quæ in ordine ad aperiendas & executioni mandandas litteras per officium Pœnitentiariæ expeditas nonnulla sub orta essent difficultates, omnes tulit SS.D.N. INNOCENTIVS XI. Romana Ecclesia nunc supremus & prudentissimus Pastor, anno elapso, sequenti declaratiuo Diplomate.*

## INNOCENTIVS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Celsus-Maria Billo de Senis Commissarius Generalis Curiæ Ordinis Fratrum S. Francisci de Obseruantia nuncupatorum, quod dudum statim atque dictus Ordo ab Ordine Fratrum Minorum S. Francisci nuncupat. authoritate Apostolica separatus fuit, Fratres Minorum de Obseruantia huiusmodi, vt quidquid mundani fastus atq; ambitionis inducere potest à se procul amouerent, ad gradus Doctoratus Artium, & magistri in Sacra Theologia promoueri, & Doctores, ac Magistri vocari desierunt: Nihil tamen minus eiusmodi scientiarum studijs operam dederunt; sed qui in illis tantum progressi erant, vt alias docere possent, solo contenti fuerunt & adhuc sunt nomine & titulo Lectorum Actualium & Habitualium, qui etiam post peractam iuxta Apostolicas, & Ordinis sui Constitutiones saltem triennio Philosophiæ, & decennio Sacræ Theologiç lecturam, LECTORES IVBILATI vocati fuerunt, & vocantur,

Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, licet eiusmodi LECTORES IVBILATI, quoad rem ipsam, nempe litterarum scientiam à Magistris in Sac. Theologia, & Doctoribus Artium differre non videantur; quia tamen inter eos est nominum titulorumque diuersitas, nonnulli prætendant, ac etiam per Sententias iudicialiter definiant, illos Doctoribus, & Magistris huiusmodi in ordine ad aperiendas & executioni mandandas litteras per Officium Pœnitentiariæ Apostolicæ expeditas, quæ eiusmodi Doctoribus, seu Magistris super absolutione; dispensatione votorumque, seù aliorum obligatione, commutatione dirigi solent, ac quoad alias, prærogatiuas pares non esse; Nobis propereà dictus Celsus-Maria humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè prouidere, & vt infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur Ordinis primo dicti decori & honorificentiæ, quantum cum Domino possumus, benignè consulere; ipsumque Celsum-Mariam specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnibus & singulis memorati Ordinis fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia Lectoribus Iubilatis præsentibus & futuris, vt quascunque Litteras per Officium Pœnitentiariæ Apostolicæ huiusmodi pro tempore expeditas, quæ Doctoribus

Artium, seu Magistris in sacra Theologia directe fuerint, recipere, aperire, & iuxtà illatum formam & tenorem executioni mandare nec non quoad alias functiones Ecclesiasticas, & litterarias quaslibet, omnibus & singulis prærogatiuis, præeminentijs, priuilegijs, gratijs, & indultis, quibus fratres expressè professi aliorum Ordinum, Doctores Artium, & in sacra Theologia Magistri tàm de iure, vsu, & consuetudine, quàm aliàs quomodolibet vtuntur, fruantur & gaudent ac vti, fieri & gaudere liberè, licitè, & validè possint & valeant, authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & indulgemus.

Cæterùm, non intendimus perpræsentes litteras priuilegia, exemptiones, prærogatiuas, gratias & indulta, quæ prefatis Lectoribus Iubilatis per Apostolicas & Ordinis primo dicti Constitutiones concessa sunt, vllo modo augere, vel minuere sed in statu & terminis in quibus de presēti reperiūtur remanere volumus.

Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suasque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissimè suffragari, & ab eius respectiuè inuiolabiliter obseruari, sicque in præmissis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.


Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis alijsque quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis & litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis, aliàs in suo robore permansuris, ad premissorum effectum, hac vice duntaxat, specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt earundem præsentium litterarum transumptis, seu exēplis etiā impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique locorum tàm in iudicio, quam extrà illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Anulo Piscatoris die 27. Nouembr. 1679. Pontificatus nostri anno quarto

I. G. Slusius.

*Prefato Indulto gaudent, quotquot Lectores Iubilati declarati sunt, non ità gratijs, & priuilegijs Ordinis: nam in prefato Capitulo Segouiensi numerus Iubilatorum prefinitus est iuxtà numerum Studiorum Generalium: nempe vt pro singulis Sacra Theologia*

*logia studijs duo dumtaxat Iubilationis indulto quoad praecedentiam & fruantur in in quauis Prouincia, quibus sublatis siue per mortem, siue per promotionem ad altiora munera, in eorum locis subrogantur, qui iam ius Iubilandi acquisierant, seruata inter ipsos ratione temporis, quoquisque legerit. Cum autem in hac Tuscia Prouincia tria sint Studia Generalia constituta, vnum* Florentiæ, *alterum* Lucę, *tertium* Pisis, *sex actu Iubilationis priuilegijs, reliqui successiuo Ordine subogantur. Et quia ab anno* 1621. *à quo relictis antiquioribus, placet initium sumere, alij dormierũt somnum suum, alij supersunt, duplici Serie, primò defunctorum, deinde viuentium Lectorum Iubilatorum nomina & tempora perstringimus. Sit igitur*



# SERIES II.

## A. RR. PP. MINORITÆ OBSERV. ETRVSCI LECTORES IVBILATI, QVI EX HOC SÆCVLO TRANSIERVNT.

I. *Albertus, &* ) à Massa Ducali, alias Carrariæ, sicuti conciues &
II. *Angelus Maria* ) coetanei; ità in re litteraria probata ęmulatione ęmuli, Concionatores Clarissimi euaserunt; atq; ab anno 1612. vsque ad 1630. circiter, non interrupto cursu, modò Aquilæ, modò Bononiæ Mediolani modò, Florentiæ sibi inuicem succedentes sacræ Theologiæ dogmata explicarunt. *Lector Iubilatus* propterea vterque declaratus; vterque & Definitor Prouincialis electus est; Angelus 1625. Albertus verò 1628. Angelum an. 1630 viam vniuersæ carnis ingressum, Albertus anno 1634. subsequutus est.

III. *Angelus* à Prato, præfatorum contemporaneus, Concionator egregius, Aquilę 1615. deinde Lucæ, ac Florentiæ sacrę Theologię Lectioni operam dedit. Iubilationis quoque indulto potitus est. Hic anno 1630. & sequenti in patrio Palci Conuentu Guardianus, patrię ciuitati peste laboranti compatiens, plures submisit charitatis ministros & seipsum adiecit, atque charitatem illam, qua nemo maiorę m habet, habere ostendit. Die namque 17. Iunij, 1631 in foro ciuitatis verba faciens, publica in concione, spiritu afflatus, pro patrię liberatione semetipsum Domino obtulit in holochaustum, Dominum cum lachrymis deprecatus, furorem in se, iram omnem, atque iustam indignationem suam transferre, & patriam benignè absoluere dignaretur, & exauditus est. Eodem namque die ipso peste grauissima correpto, & tertio inde è viuis sublato, ciuitas Pratensis simul à peste immunis facta est; vti latè *Theat.* 1. *Ord. tit.* 6. narrauimus.

IV. *Antonius Franciscus Caballius* Emporiensis, Theologorum nostri æui facilè Princeps, Definitor, Custos & Minister Prouincialis, Serenis. Principis

Leopoldi

Leopoldi Medices Theologus ac Confessarius gratissimus, Florentinæ Diœcef. Examinator Synodalis, sanctęque Inquisitionis Qualificator. Obijt tantus vir in patrio isto Emporiensi Conuentu anno 1656. die 8. Nouembris.

V. *Basilius Nerius* a Leuiliano, de Petrasancta dictus, tertio consanguinitatis gradu mihi coniunctus, magnus vbique Theologus, ingenij sublimitate, memoriæ profunditate nulli secundus, Aquilæ, Lucæ, Florentiæ ac Viennæ annis decem & octo sac. Theologiæ arcana summa cum laude interpretatus est, & ingenij sui monumenta reliquit, infra ser. de scriptoribus enumeranda. In patrio denique Petręsanctæ Conuentu die 3. Augusti 1631. qua prædixerat hora, ad superos euolauit.

VI. *Benedictus* de Corelia, Lucensis Tusciæ Definitor, Neapoli ac Lucæ cum ab anno 1618. ad 1628. sac. Theologiæ Cathedram laudabiliter sustinuisset, Minister Prouinciæ Calabriæ inferioris renunciatus, & Iubilationis titulo cohonestatus, in pręfata Calabriæ Prouincia diem clausit extremum; vti suprà *par.2. tit.3. ser.3. n.2.* diximus, circa annum 1633.

VII. *Benignus Bruni* Florentinus, Custos ac Minister Prouincialis, Definitor ac Commissarius Generalis, vti suprà *par.1. tit.2. ser.5. n.7. ser.7. n.19. & par.2. tit.3. ser.3.* pręfati sumus, Concionator Clarissimus & acceptissimus, nulli Theologorum nostri æui secundus, Florentinæ ac Fesulanæ Diœcef. Examinator Synodalis, atque sancti Officij Qualificator. Obijt Romę anno 1670.

VIII. *Bernardinus Campana* à Corsanea, Lucensis, celebris in Italia Concionator & sac. Theologiæ Professor, Definitor in Tuscia, atque Minister Prouincialis Prouincię S. Angeli; anno 2. Præfecturæ Decembris verò 1642. viuendi finem fecit; vti suprà *par.2. tit.3. ser.3. n.3.* &c.

IX. *Bernardinus Dinius* ab Vzzano subtilissimus Scotistarum nostri æui, magna sui nominis laude, Lucę, Bononię ac Florentiæ sacram interpretatus est Theologiam. Plura scripsit scolasticè, & Historicè singulari eruditione, & ingenij perspicacitate referta sed in morte eius, quam religiosè in Conuentu S. Francisci Massæ Ducis, vbi in obsequium Excellentissimorum Principum Cybo morabatur, die 15. Nouembris, an. 1661. obiuit, incautè igni tadita sunt à socio.

X. *Bernardinus Passeri* à Phocecchio, Florentiæ, Neapoli ac Perusię Lector Generalis, prolixo morbo correptus & priuilegio Iubilationis titulo insignitus, in patrio Conuentu, die 15. Decembris 1662. è viuis migrauit.

XI. *Bernardinus Sanctinius* à Prato, Lucæ primum, inde in Conuentu S. Bernardini Alexandriæ Palearum sac. Theologiæ cursum ad Iubilationem compleuit, atque in patrio Palci Conuentu die 23. Augusti, anno 1662. carnis sarcinam deposuit.

XII. *Bonauentura* de Rignano Lunigianæ, Theologus, cum Florentię ac Mediolani annis XXIV. & vltrà sac. Theologiam legisset, Iubilationis indulto potitus; tandem in patrio Conuentu S. Francisci extra Fiuizzanum circa annum 1628. huic mundo vale dixit.

XIII. *Cherubinus* à Barberino Mugelli, Concionator Generàlis, Lector Iubilatus,

latus, anno elapso 1678. die 23. Nouemb. in Conuentu S. Bonauenturæ Nemoris de Mugello diem clausit extremum.

XIV. *Didacus* à Virguletta, Perusiæ ac Florentiæ sacræ Theologiæ operam dedit, & in patrio Conuentu S. Francisci Villæfranchę Lunigianæ, vbi eius scripta, sacra eruditione referta, inueniuntur, die 23. Iulij, anno 1661. dormitionem accepit.

XV. *Euangelista* à Momigno Pistorien. Concionator celeberrimus, disertissimus Theologus, toti Italię notissimus Ecclesiastes scriptorque, Prouincię S. Didaci ac Tusciæ Minister Prouincialis, Definitor, ac Vicarius Generalis, vti suprà *par. 1. tit. 2. ser. 5. n. 6. ser. 7. n. 28. tit. 3. ser. 3. & par. 2. tit. 3. ser. 3. n. 6.* diximus Obijt Florentiæ die 11. Septembris, anno 1646.

XVI. *Gregorius della Bella*, Florentinus disertissimus S.P.N.D. Francisci propugnator, ac immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ acerrimus assertor, vltimus ex Obseruantibus annò 1625. Sacri Montis Aluernæ Guardianus, primus inter Etruscos Iubilationis gradu potitus, olim Definitor, ætate longeuus die 17. Ianuarij, an. 1660. Florentiæ Patribus appositus est, prout iam annis 30. concupierat, ideòque sponte luentibus in obsequium omnium primus sese obtulerat, vti *Theat. 1. Ord. tit. 6.* latè narrauimus.

XVII. *Hieronymus Stella*, Liburnensis, olim Fani, Florentię ac Lucæ eruditissimus Scotista, nullique nostræ ætatis secundus concionator egregius, & eruditione clarissimus; anno 1670. die 28. Iunii Florentiæ curis humanis finem posuit.

XVIII. *Ioannes* à Cigoli, æqua doctrinę ac pietatis laude hac nostra ætate floruit, Licet enim Lector Iubilatus iam à multis annis, Institutiones Logicales, aliasque Artes iuuenibus tradere, Magisteriumque in moribus adhibere gestiebat nec senio, quo grauabatur, indulgebat, vt eisdem verbo præiret & exemplo; ætate ergo grauis die 5. Septembris, anno 1648. in patrio Conuentu S. Mariæ, vulgo *S. Romano* dormitionem accepit.

XIX. *Ioannes-Baptista* de Vzzano, Concionator egregius, profundissimus Theologus in humanis esse desiit, die 3. Septembris anno 1649. Florentiæ in Conuentu Omnium Sanctorum sepultus.

XX. *Ioannes* à Cutiliano Anconæ Florentię ac Lucæ sacræ Theologiæ cursu expleto, Iubilationis Lauream adeptus, paulò post Pistorii in Conuentu Iacherini mense Nouemb. an. 1662. mortalitatem expleuit.

XXI. *Ioseph* à Saturnana Pistorien. Definitor in Tuscia, Commissarius Visitator Prouincię Ianuensis, vti suprà *par. 2. tit. 3. ser. 4. n. 20.* diximus, Lector Iubilatus, in pręclaro Pistoriens. Conuentu die 23. Iulii, anno 1675. vitam in meliorem commutauit.

XXII. *Lucas Busoninus* à Cutiliano, vir pius, prudens, humilis, pudicus, cuius acta damus Theatr. 1. Ordinis tit. 9. ingenii subtilitate coetaneos supergressus, summus omnium Theologus habitus, Bononiæ dum legeret Tuscię Minister electus anno 1634. æqua sui nominis laude scolasticæ Monasticam coniunxit disciplinam, copulauit in regimine prudentiam, atque religiosissimo fine vitæ ac

virtutis


virtutis curriculum coronauit die 5. Martii, anno 1654. in Conuentu Palci extra Pratum honorificè sepultus.

XXII. *Nicolaus* à Bononiana, Lucensis, Concionator Generalis Cremonæ, & Lucæ Theologica placita explicauit Diffinitoris munus exercuit, & tandem in patrio Lucensi Conuentu die 31. Martii, anno 1659. Patribus appositus est.

XXIII. *Pacificus Castellarius* à Castronouo Capharoniæ, Anconę, Florentię Cathedras cùm sustinuisset, Lector Iubilatus renunciatus, Definitoris munere potitus, feria 5. in Cœna Domini, die 15. Aprilis, anno 1677. in patrio S. Francisci Conuentu ex hac vita migrauit, vltimus suæ familiæ,

XXIV. *Sebastianus Oliuerius* de Petra Sancta, à Terrinca oriundus, multiplici virtutum laude ac regimine commendatissimus, vitæ probitate, morum candore, comitate ingenuitate ac animi sinceritate omnibus amabilis & acceptissimus, primarius Florentiæ ac Romæ sac. Theologiæ Lector, sacra eruditione nulli secundus, Serenifs. Magni Ducis Etruriæ Theologus, atque Serenifs. Cardinalis principis Leopoldi ab Etruria Confessarius gratissimus, S. Inquisitionis Consultor, Definitor ac Minister Prouincialis in Tuscia, Commissarius Visitator Prouinciæ Aquilæ. Hic relicto sui desiderio, Florentiæ die 11. Octob. 1674. migrauit ad Dominum vti Theat. 1. Ord. tit. 9. narrauimus.

XXV. *Seraphinus* de Bibiena acutissimi ingenij, ac fęcundissimæ memoriæ vir, Concionator Clarissimus. Lector Iubilatus, Floriani in Conuentu S. Francisci die 28. Octob. anno 1678. mortalitatem deposuit.



# SERIES III.

## A. RR. MINORITÆ OBSERV. LECTORES IVBILATI ADHVC IN HOC SÆCVLO COMMORANTES.

H*IC omisso Alphabetico, Iubilationis, Antiquitatis Dignitatisque ordinem seruamus. Primi quique ob assumptionem ad Ministeriatum locum alijs reliquerũt. Sex sequentes actu Iubilationis Indultis gaudent. Postremi, vita comite, ordine quo hic referuntur ponentur.*

I. *Ioannes Baptista de Paris* à Burgo Collinæ Concionator Generalis, Lector Iubilatus, Custos & Minister Tusciæ, Serenissimorum Principum Matthiæ ac Leopoldi olim, modò Principis Francisci Mariæ Medices Theologus ac Confessarius, necnon Metropolitanæ Florentinę Examinator Synodalis.

II. *Blasius de Dulcis* à Florentia Concionator Generalis, Lector Iubilatus, Tuscię Minister, Sanctæ Inquisitionis Consultor.

III. *Ioannes Carolus de Biaginis* à Cutiliano, Definitor, Custos, & Minister Prouincialis, Concionator Generalis, Lector Iubilatus, Serenissimi Cosmi III. Magni Ducis Etrur. in Lombardiam olim itinerantis Confessarius ascitus.

IV. *Celsus-Maria Billò* de Senis Concionator Generalis, Lector, Iubilatus, Tusciæ Minister Prouincialis, & Curiæ Romanæ Commissarius Generalis actualis. *Horum omnium egimus suprà par. 1. tit. 3. ser. 3.*

V. *Paulus Vantinius* Cosmopolitanus Concionator Generalis, Lector Iubilatus, Minister Prouincialis actualis electus Senis die 8. Iun 1, hoc anno 1580.

VI. *Franciscus de Lombardis* à Vallecchia Concionator Generalis, Definitor Prouincialis, Lector Iubilatus actualis.

VII. *Laurentius à Ghiuizzano*. Lucensis Examinator Generalis, Excellentissimę Reipublicæ Theologus, olim Definitor, Concionator Generalis, Lector Iubilatus actualis.

VIII. *Iulianus* de Luca ex Definitor Prouincialis, Concionator Generalis, actualis Lector Iubilatus.

IX. *Seraphinus Tinghi* à Castrofranco Vallis Arni inferioris, Concionator Generalis, actualis Definitor in Tuscia, ac Lector Iubilatus, & Metropolitanę Florentinæ Examinator Synodalis.

X. *Cherubinus* de Bibiena olim Custos Custodum, Concionator Clarissimus, Lector Iubilatus, Serenifs. Mag. Ducis Etruriæ Cosmi Tertij Theologus; ac Metropolitanę Florentinę Examinator Synodalis.

XI. *Bernardinus Guasti* de Senis, olim Ferrarie, & Aquilæ sac. Theologiæ Lector Generalis, Concionator egregius, Lector Iubilatus, olim à secretis, modò Vicarius Prouincialis.

*Sequentes ius Iubilationis habentes, hoc ordine subrogandi sunt.*

XII. *Nicolaus* à Cortona, ex Definitor, Concionator Generalis.

XIII. *Carolus Comacchius* à Collodio Lucensis, Concionator Generalis, Lector olim Messanæ, Mileti, Fani, Lucæ, olim Definitor, & Lucanæ Diœcef. Examinator Generalis.

XIV. *Bartholomaeus* de Romena, olim Definitor, Concionator Generalis.

XV. *Bernardinus Tamburacci* Florentinus, Concionator Generalis, & olim Definitor Prouincialis.

XVI. *Bonauentura Baldoccius* de Florentia, olim Montis-Leonis, inde in Patria Sac. Theol. Lector, hoc anno 1679. Lecturę cursum confecit, Concionator celebris, Definitor Prouincialis, vir magnæ expectationis Commissarius Prouincialis actualis.

XVII. *Petrus Ioannes* de Florentia Concionator Generalis, Sac. Theologiæ olim Lector Viterbij, Florentiæ, Pisis, hoc an. 1580. Iubilationis titulo cohonestatus, ac Definitor electus.

XVIII. *Ioseph* de Cortona, Concionator Generalis, qui Lecturæ cursum confecit in Conuentu S. Mariæ de Iesu Montis-Leonis, Prouinciæ Septem Martyrum.

# SERIES IV.

## MINORITÆ ETRVSCI, QVI ATRAMENTO CHRISTIANAM FIDEM ASSERVERVNT, HOC EST, SCRIPTORES LIBRORVM.

SCRIPTORES, *quorum ad præsens Catalogum texere paramus, paucis ex recentioribus exceptis, habuimus ex Bartholomæo Pisano Confor. lib. 1. fruct. 8. pro 2. par. Marian. Tract. de Orig. Tusciæ cap. 11. Tossiniano Histor. Seraph. lib. 2. & 3. Gonzaga par. 1. Ant. Possevino in Apparatu. Hipolyto Manaccia Bibliothica Mariana. Vuad in Annalib. & Syllabo Scriptorum, & a ijs prout succintè citabimus.*

I. *B. Albertus Pisanus* S.P.D. Francisci discipulus vir verè sanctus, doctus & prudens, cuius præclara facinora damus *Theat. 1. Ord. tit. 4.* atque meminimus *suprà, par. 1. tit. 2. ser. 1. n. 4. par. 2. tit 2. ser. 4. n. 21. tit. 3. ser. 1. n. 2.* Minister Generalis totius Ordinis, ac Prouincialis in Anglia, & Saxonia, scripsit. *Gesta suorum Fratrum in Anglia, & Saxonia Vuad. de scriptoribus.*

II. *B. Albertus à Sartheano* agri Senensis, cuius acta potiora damus *Theat. 1. Ord. tit. 4. & suprà par. 1. tit. 2. ser. 2. n. 3. par. 2. tit. 2. ser. 1. n. 1. ser. 5. n. 1. tit. 3. ser. 3. n. 1.* Legatus, Nuncius Commissarius, Concionator Apostolicus, Vicarius Generalis totius Ordinis, vir potens opere, & sermone, atque scripto sanctæ Ecclesiæ Columna, Grecè, & Latinè doctissimus, *test. Marian. & Vuad. loc. cit. nitidè & doctè scripsit.*

*Tractat. de Eucharistia Sacramento* anno 1422.

*Apologeticum pro Obseruantibus suis* anno 1430.

*Tract. de Pœnitentia,* incip. *A plerisque & multis* an. 1433.

*Hermaphroditum* obscenissimum Antonij Panormitani confutauit, anno 1434.

*De conditione amicitiæ,* & malitia inuidentiæ, incip. *Non secus illo pacto,* &c. an. 1445 ad Thomasium Bibium Cyprium.

*Opusculum: Quod nihil noceat ad virtutem humili nasci loco* incip. *Non falsò forsan arbitreris &c.* eodem anno 1445.

*Opusculum Contra vituperatores Martyrum,* ad Eugenium IV Pontif. incip. *Cùm aduersus amplissima gloria,* an. 1445.

*De insolentibus corripiendis;* incip. *Cùm Apostolus Paulus* 1446.

*Epistolas plerasque alias* ad Eugenium Pontificem, Christophorum Episcopum Ariminensem, aliosque Antistites, Principes, Magistratus &c. Quę omnia parata ad prælum habet P. Franciscus Aroldius Minorita.

III. *Andreas Bonfanti* Florentinus Tertii ordinis Professor, & Minister, edidit Florentię anno 1615.

*Vitam B. Luchesij a Podio Bonitij,* primogeniti de Tertio Ordine *Catalogum Sanctorum ac Beatorum Tertij Ordinis.*

IV. *Andreas Mencarellius* à Floriano, sacerdos Regularis Obseruantiæ, vir integerrimæ

tegerrimæ vitæ edidit *Chorographiam Conuentuum* Minorum Obseruantum Prouinciæ huius Tusciæ ære incisam, anno 1672. Qui post vitam sanctè transactam, plenus virtutibus anno 1680. in patrio Cœnobio, mens. Octob. viam vniuersę carnis ingressus, sepultus iacet.

V. *Angelus Feduccius* de Bibiena, sac. Theolog. Mag. Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana, Episcopus Pisauriensis, Sedis Apostolicæ Nuncius & Orator, pro Vrbano V. & Greg. XI. Rom. Pont. ad Marchiones Montisferrati, Principes Estenses, Lucanos, Pisanos, Ianuenses, Florentinos, Romanos, Poloniç Regem, Carolum IV. Imperatorem præclarè functus legationibus *vti suprà par. 1. tit. 2. ser. 8. n. 3. par. 2. tit. 1. ser. 3. n. 3. & tit. 2. ser. 2. n. 1.* diximus (*teste Vua d. tom. 4: an.* 1376 *n.* 8. scripsit egregiè, & copiosè.

*In Cantica Canticorum* florebat anno 1375.

VI. *Angelus Nerij* nob. Florentinus, Sac. Theologiæ Magister inter PP. Conuentuales, Obseruantibus adscriptus, Doctor Parisiensis factus, *vti ser. 1. praced. n. 3. diximus*, ibi Cathedram Magistralem adeptus, in Sentent. scripsit *Vuad. de script teste*.

*Tractus aliquot, & Opuscula.*

VII. *Angelus Saluettus*, Senis ex parentibus Florentinis natus, vir doctus, Tusciç Minister, ac totius Ordinis supremus Rector, *vti sup. par. 1. tit. 2. ser. 1. n. 6. & tit. 3. ser. 1. diximus*, scripsit inter alias.

*Tractatum de Iudicio, & Antichristo*, incip. *Tribus modis homines docentur, Exemplo, Magisterio, Flagello.*

VIII. *Angelus Santinius* Florentinus, Regularis Obseruantiæ Alumnus, vir pius, & candidę mentis, scripsit lingua vernacula.

*Tomba de' Frati morti Maggiore*, quam inuenire non potui.

*Tomba de' Frati morti Minore*. In hac succintè, & fideliter collegit nomina, & acta, non omnium certè; sed plurimorum Fratrum Minorum Obseruantum Defunctorum ab anno 1480. ad 1612. quo ipse die 4. Iulij obijt Florentiæ in Conueutu Omnium Sanctorum. *Hanc nos Theatr. 1. Ord. sæpius citamus.* Eandem continuauit quidam alius ex nostris, cuius nomen latet, vsque ad annum 1619. Inde neglecta, non sine rerum nostrarum iactura, remansit vsque ad annum 1637, quo pijs manibus P. Seraphini Pratensis, de quo infra litt. S. qui eodem stylo eandem continuauit vsque ad mortem anno videlicet 1669. Ad pręsens extat apud Patrem Angelum Pratensem, qui pariter eam continuat.

IX. *Anonymus* quidam, circà nostra hæc tempora, prout ex charactere, & Authoribus quos citat. & sequitur; licet arguere, luculenter scripsit.

*Tractatum de Censuris* )
*Tractatus in Logica* ) Extant M.S. in Biblioteca S. Michaelis Ducciæ propè Fesulas.
*Tractatum in Physica* )

X. *Anonymus* Florentinus, qui florebat anno 1541. quo die 23. Iulij scribendi finem fecit; his additis litteris S. B. D. B. M. P. S, P. atque in principio his pręmissis F. P. Materna lingua, vno in Volumine scripsit Vitas Sanctorum, & Beatorum sequentium hoc ordine. B. Ioan.

| | | |
|---|---|---|
| Vitas | *B. Ioannis de Capistrano*<br>*B. Petri Pettinari Tert. Ord.*<br>*B. Vualdi a S. Geminiano 3. Ord.*<br>*BB. Martyrum* [ *Petri Romani* [ *Ioannis Indiani*<br>*S. Bonauenturæ Episcopi &c.*<br>*S. Ludouici Regis Francorum.*<br>Cuius hodie solemnitas recurr t<br>*B. Cristinæ à S. Cruce virg. 3 Ord.*<br>*B. Ruberti Ariminensis Tert. Ord.*<br>*S. Henrici Regis Daniæ Fil. 3. Ord.*<br>*S. Bernardini Senensis*<br>*Relationem Corp. S. P. N. D. Franc.* | Hunc citat Siluanus Razzius, & nos *Theatr.* 1, *&* 3. *Ord.* Extat M.S. in parua Bibliotheca Conuentus nostri Iacherini extra Pistorium. Alia volumina scripsisse ex eo colligitur, quod Razzius præfatus eundem sæpiùs citat, & Monumenta extitisse in Monasterio *S.* Vrsulæ Florentiæ scribit, sed ad præsés, vbi sint ignoramus |

XI. *Anonymus* quidam Senensis, contemporaneus S. Bernardini, *(teste Vuadd. tom. 4. anno* 1380. *n.* 1.*)* scripsit

*Vitam Sancti Bernardini*, quam transcripsit *Surius*

XII. *Anonymus* quidam Cortonensis coetaneus, & collega B. Guidonis de Cortona, cuius acta damus *Theatr.* 1. *Ord. tit.* 4. omnium primus scripsit

*B. Guidonus præfati Vitam, à quo alij mutuantur.*

XIII. *Antonius Nerius* Aretinus Concionator Apostolicus, & Doctor Parisiensis, de quo suprà *par.* 2. *tit.* 2. *ser.* 5. *n.* 3. *& par.* 3. præsenti *tit.* 1. *ser.* 1. *n.* 5. scripsit

*Commentaria in quatuor lib. Sententiarum*, ] *Vuad de Scriptor.*
*Sermones varios ad Populum* ]

XIV. *Antonius* Cortonensis, teste Vuad. de Scriptoribus scripsit

*Vitam B. Humilianæ de Cerchijs Florent. Vid. Tert. Ord.*

XV. *Antonius de Luca* de quo supra *par.* 1. *tit.* 3. *ser.* 1. *n:* 3. *egimus* Marchiæ ac Tusciæ Minister Prouincialis insignis Prędicator & scriptor scripsit

*Sermones Quadragesimales, &* ) *Marian. Gonzaga, Vuadd. Tossinian. locis*
*Sermones de Tempore* ) *citat.* florebat autem anno 1300. M.S. extare in Bibliotheca Minor. Conuentuàl. Fulginei testatur Tossinian. pręfatus.

XVI. *Antonius* à Massa famosus Sac. Theologię Mag. Tusciæ ac totius Ordinis Minister, & Rector, Concionator & Legatus Apostolicus, Massæ, & Populoniæ Episcopus, *vti suprà par.* 1. *tit.* 2. *ser.* 1. *n.* 7. *ser.* 2. *n.* 2. *tit.* 3. *ser.* 2. *par.* 2 *tit.* 1. *ser.* 4. *n.* 5. *tit.* 2. *ser.* 1. *n.* 2. *& ser.* 5. *n.* 4. *diximus*. Vt erat doctissimus, scripsit ad Martinum V. Pontif.

*Tractatum aduersus Græcorum errores*, Quem *Posseninus* refert extitisse in Bibliotheca Cardinalis Syrletti:

*Officium S. Cerbonis Episc. Populoniæ*, in litteris *(inquit Marian. loc. cit.)* & nota Officij S. P. Francisci.

XVII. *Antonius Medices* Patritius Florentinus, Tusciæ Minister, Marsicanus Episcopus, *vti sup. par.* 1. *tit.* 3. *ser.* 1. *par.* 2. *tit.* 1. *ser.* 4. *n.* 6. *diximus*, insignis

Sacræ

Sacræ Theologiæ Magister & Ecclesiastes scripsit.

*Annotationes in vniuersa Biblia*, Extant in Bibliotheca S. Crucis Florentiæ: Alia plura, quæ scripsit deperdita sunt, inquit *Michael Poccianius* Florentinus. *Vuad. de Scriptorib. Possevin. loc. cit. obijt* 1485.

XVIII. *Antonius Sassolinus* Florentinus, Sac. Theolog. Mag. Prouinciæ Tusciç Minister, anno 1516. inde Magister Generalis PP. Conuentualium. ac denique Episcopus Minerbinus in Calabria, *vti suprà par. 1. tit. 2. ser. 4. n. 1. tit. 3. ser. 1. par. 2. tit. 1. ser. 4. n. 7.* diximus, edidit.

*Conscientia illuminata. Vuad. de Scriptoribus.*

XIX. *Antonius Posius* à Monte Ilcino, vir docili & acuto ingenio, Regens Doctorque ad multos annos Patauij, & Romæ Procurator Generalis Minor. Conuentual. Theologus in Concilio Tridentino edidit.

*Tabulam vtilem in omnes Auerrois Libros, &* ) *Vuad. Gonzag. loc. cit. Pompa Se-*
*Tractatum de obscuris animi motibus.* ) *nenses par. 1. tit. 14. n. 51.* Obijt in patria an. 1580. prout indicat sequens Cenotaphium in Ecclesia existens.

*Antonio Posio, Minor. Franciscanorum Conuentual. Procuratori, Philosopho, ac Sacrosanta Tridentina Synodi Theologo perillustri Hispanorũ Sacerdotum Promotori, Librorumque prohibitorum à Pontifice Max. Secretario constituto: qui plurimis ingenij sui editis Monumentis, obijt à Natiuitate sua An. 52. à Natiuitate Dom.* 1580 *sexto Non. Nouembris.*

XX. *Archangelus Carrodorius* à Pistorio, cuius *supr. p. 2. tit. 2. ser. 4. n. 42. egimus*, hac nostra tempestate Missionarius Apostolicus scripsit.

*Dictionarium Arabicè, Latinè, & Italicè*: sed morte præuentus an. 1652. edere non potuit, & scriptum in manu cuiusdam Doctoris Arabi Liburni remansit.

XXI. *Arlottus* Pratensis Tusciæ Minister Prouincialis, totius Ordinis supremus Moderator, vir pius & prudens, magnus vbique Parisiensis Doctor, clarissima reddidit tempora sua, commendatissima in agendo & scribendo sapientia, *vti suprà par. 1. tit. 2. ser. 1. n. 5. & par. 3. ser. 1. n. 6. diximus*. Scripsit itaque.

*Concordantias vtriusque Testamenti*, quę passim Authoris suppresso nomine, omnium teruntur articulis. Item.

*Sermones diuersi argumenti. Pisan. Tossinian. Gonzaga, Possevinus, Marian. loc. citat & alij.*

XXII. *Augustinus de Gallettis* Senensis scripsit

*Ierusal. m liberata. Vuad. de Scriptoribus,*

XXIII. *Augustinus Millius* à Cetica, Clusetinus, vir pius & doctus inter Obseruantes, edidit Florentiæ anno 1568.

*Dialogum Sacri Montis Aluerna*, in quo & ipse requieuit ad Cosimum I. Mediceum & Natos, *Gonzag. & Vuad. loc. cit.*

XXIV. *Aurelius Sabellius* de Stya, Clusentinas, ad plures anno Sacri Montis Aluernæ incola, ac Guardianus, Theologus & Concionator anno 1616. edidit,

*Dialogum nouum eiusdem Sacri Montis*,

XXV.

X V. *Basilius Nerius* à Leuil ano de Petrasā ta Italus, cuius *supra ser.2.prae. n.5* meminimus, summus sui temporis Theologus, scripsit & ad prelum parauit.

*Commentaria in Quatuor Sententiarum Libros.*

*Commentaria in Lib. Phisicorum Aristotelis.* Horum Tomi sex ad huc in Bibliotheca Conuentus S.Francisci Petresanctæ, vbi inter suos Obseruantes die 3. Augusti 1631 ad meliorem transijt vitam, asseruantur, reliqui fratrum in curia desiderantur; sicut ille edere desiderauit, sed morte præuentus desiderium suum non impleuit.

XXVI. *Bartholomaeus*, *Aromatarius* cognominatus ob summam artis Aromatariæ peritiam, in eadem facultate edidit

*Librum Distinctionum: inquit Marianus loc. cit.*

XXVII. *Bartholomaeus Baphius* à Lucignano Dioeces. Aretinæ disertissimus Theologus, Concionator facundissimus, in Ticinensi Accademia Sacræ Theologiæ Præceptor insignis. Interfuit Concilio Tridentino, vbi Dominica 2. Aduentus habuit.

*Orationem ad Patres*, prodijt Brixiæ anno 1563. edidit quoq;

*Orationes varias Latinas*, anno 1570.

Grandiori ætate transiuit à Conuentualibus ad PP. Capuccinos, inter quos anno 1579. felicem dormitionem accepit. *Tossinian. Gonzaga. Vuad. Bouer. Arturus*

XXVIII. *Bartholomaeus* à Colle Vallis Elsę, vir ęque sāctus atque doctus, cuius acta damus *Theat. 1. Ord. tit.9.* & supra cum laude meminimus *par.2. tit.2. ser.2 n 3. ser 5. n 5. & tit.3. ser.2. n.3.* Nuncius & Prædicator Apostolicus, à Martino V ad Syxtum IV. Pontif. inquit Marianus loc. cit. in Theologia, Legibus, Humanitate & arte Oratoria Florens, veluti argētea Tuba per totam Italiam, Pannoniam & Græciam resonauit. Hic eleganti stylo & ordine conscripsit anno 1477.

*Vitam Sancti Luchesij à Podio Bonitij. Vuad. de Scriptorib.*

XXVIX. *Bartholomaeus Columnensis* de Florētia Minor. Cōuentual. sac. Theolog. Magister edidit Florentiæ anno 1625.

*Tractatum de prohibitione Duelli.*

XXX. *Bartholomaeus Matthioli* de Oneta, Lucensis, contyronus meus, Concionator & Lector, clarus nostri æui Astronomus, sideralibus disciplinis addictus, edidit.

*Tractatus & Libellos varios de rebus Astrologicis:* singulari eruditione refertos. Obijt Lucę die 27. Augusti 1661.

XXXI. *B. Bartholomaeus* Pisanus, Scriptorum Minorum fortè Antesignanus; Ipsi certè nostri Ordinis Historici plurimùm debent; multas .n. easque pręcipuas tabulas & memorias collegit, ex quo potissimùm illi suas desumpserint historias. Sac. Theologiæ Magister, Concionator Apostolicus, animarum zelantissimus, & sanctitatis opinione celeberrimus, doctè, piè, & luculenter scripsit.

*Opus conformitatum vitæ B.P.N. Francisci ad vitam Iesu Christi Redemptoris N.* Præcipuas autem materias, quas prosequutus est in hoc opere [ quæ quidem Cōcionatoribus vberē dicēdi prębent occasionem] sequētia capita iudicabunt.

De

*De singulis actibus vitæ Christi.* *De singulis actibus vitæ S. Francisci.*
*De decem figuris competentibus Beato Francisco.*
*De Incarnatione Verbi.* *De Epiphania Domini.*
*De virtute Pœnitentiæ.* *De insidijs vitæ Christi factis.*
*Discursus de amatoribus huius sæculi.*
*De tentatione Diaboli.* *De electione XII. Apostolorum.*
*De Legibus Cristicolis in Euangelio Datis.*
*De bonis rebus & malis, quæ in hoc mundo reperiuntur.*
*Discursus notabiles super his, quæ Christus docebat.*
*De locutione Christi.* *De Amore Christi ad genus humanum.*
*De miraculis Christi.* *De Christi transfiguratione.*
*De diuitijs & earum affectibus.* *De paupertate & eius affectu.*
*De gradibus humilitatis.* *De lumine gloriæ.*
*De Scientia Christi.* *De his, quæ Christus prophetauit.*
*De nomine Iesu.* *De oratione.* *De nuptijs.*
*De misericordia, & pietate.* *De Christi amore.*
*De cōmendatione & laudibus multorū.* *De mysterio Crucis.*
*De Sacramentis veteris & nouæ legis.* *De Symbolo.*
*De Christi Sepultura.* *Resurrectione.* *Ascensione.*

Item scripsit.

*Opus Conformitatum B. Mariæ Virginis cum Christo eius filio.*
*De laudibus eiusdem B. Mariæ Virginis.* Mariale inscriptus.
*De laudibus Sanctorum.* *De Verbis Domini.*
*De laudibus S. Pauli Apostoli,* egregium Volumen.
*De vita & laudibus S. Benedicti* lib. vnum in duas partes diuisum per meditationes & fructus.
*De laudibus S. Dominici,* vna cum *Arbore* Ordinis Prædicator.
*Expositionem in Regulam S. P. N. Francisci.*
*Summam casuum Conscientiæ.*
*Sermones Quadragesimales de contemptu mundi.*
*Sermones alios Prædicabiles. Et alia plurima,* inquit *Marian. loc. cit. Triginta ingētia volumina* scripsisse refert Tossin. anēsis *loc cit Vuad. Gonzag & alij innumeri.*

XXXII. *Bartholomæus Cambi* à Salutiuo Diœces. Aretinæ, strictioris Obseruantię professor, vir pietate, doctrina, animarum, honoris diuini ac glorię Altissimi zelo insignis, miraculisque ac spiritu prophetico æuo nostro celebris, cuius acta potiora damus *Theat. 1. Ord. tit. 4. & suprà par. 2. tit. 2. ser. 5. n. 7.* meminimus, scripsit Italicos tractatulos breues, pios & pietatem sectantibus apprimè vtiles: qui in duo volumina nuper collati, & Venetijs editi, ita inscribuntur.

Volum. Primum (*Lux, siue Speculum animæ.* *Hortulus Orationis.* *Testamentum Animæ.* *Paradisus Contemplationis.* *Scola diuini Amoris.* *Amorosus Discipulus.* *Vir Scrupolosus.* *Epistolæ Spirituales.* *Alphabetum diuini amoris.*

*Septem*

[*Septem Tubæ Spirituales.* *Confortatio Peccatoris.*
Volum.[*Cor Animæ.* *Amator Iesu Christi.* *Vita Animæ.* *Porta Salutis.*
Secund.[*Salutationes deuotæ ad Christum infantulum, & Mariam Genitricem.*
[*Pratulum diuini Amoris.* *Musa Spiritualis.*

Quibus addit Marraccius in sua Bibliotheca Mariana
*Exercitium deuotissimum B. Virgini faciendum.*
*Canticum super Salutationem Angelicam:*
*Declarationem Salutationis Angelicæ.*
*Inuentiones Amoris erga B Virg Mariam.*
*Carmina de Mysterijs Sanctissimi Rosarij:*
*Orationes, & Salutationes ad Deiparam Virginem.*
*Carmina ad eandem Beatissimam Virginem, &*
*Super septem Psalmos Pœnitentiales B. Virginis Mariæ.*

Abijt in cælum die 15. Nnuemb. 1617. Romæ in Conuentu s. Francisci Trans-Tyberim sepultus,

XXXIII. *Benedictus re & nomine de Baccis* à Podio Bonitij, ciuis Pratensis, cuius admirandas virtutes, præclara facinora, sanctitatisque signa ante & post obitum edita, quibus nostri sæculi ornamentum probatur, Tusciæ splendor, Ordinis Seraphici benedictio, Minorum Obseruantum sanctitas, mæstorum solatio, afflictorum consolatio, languentium sa'us, narramus Theat. 1. Ord. tit. 4. Hic inter alia oratio i & contemplationi addictus, hac de re edidit Florentiæ an; 1655. lingua materna. *Esercitio quotidiano per meditare la Passione, e Morte di Giesù Christo, con l'Allegrezze, e Dolori che pati Maria Vergine in forma Horologij* xxiv. horarum ære incisum: & vt orandi cursus; cursum diei æquet, per singulas horas tria puncta, seù actus vitæ *Saluatoris & vnicum Virginis Matris meditanda proposuit: Item varias Epistolas spirituales* (septuaginta & octo refert P. Seraphinus Pratensis eius Confessarius in fine vitę eiusdem Patris Benedicti) in quibus simplicitatis, humilitatis, charitatis in Deum & proximum, consilij, sapientię, ac timoris Domini spiritus luculenter emicat lucetque. Ex cœtu mortalium ad Beatorum immortalem felicitatem glorioso excessu properauit vir virtutibus & signis egregiè decoratus, in Conuentu Palci extra Pratum, anno salutis 1659 die 3. Martij incipiente magno populorumconcursu parentante.

XXXIV. *Berardus Strozius* nobilis Florentinus, Theologus, Musicæ, & Cantus fracti regulis multùm valuit, in ijsque paucis conferendus erat, pluràque harum artium reliquit monumenta. Celeberrimus item Concionator, scripsit *Discursus Predicabiles* varios, varijsque argumentis Extant. M. S. originale in Bibliotheca huius Conuentus S. Mariæ propè Emporium.

XXXV. *Sanctus Bernardinus Albizesca* Nobili Senensi Familia ortus, Minoritici Ordinis fulgentissimum Lumen & propagator mirificus; verbo exemplo, doctrina, pietate, humilitate, virginitate, meritis, vitæ sanctitate, ac miraculorum gloria vniuerso Christiano Orbi spectatissimus; sanctissimi *Iesu* nominis, & Virginis Matris cultor inclytus: in sacra Theologia, & vtriusque Iuris pru-

dentię

dentiæ non vulgariter versatus, doctissimè ad vtilitatem populi Christiani scripsit.

*In Apocalipsim* lib. 1. *Beatus qui legit.&c.*
*De Euangelio æterno.* lib. 1. *De Christiana Religione* lib. 1.
*De Passione Domini* lib. 1. *Sermones aduersus Iudeos.*
*Sermones de tempore* lib. 1. *De Virtutibus & Vitijs.*
*De fructu eleemosynæ. De Contractibus & vsuris. De restitutionibus.*
*De Religione, & vtilitatibus. De Regimine Principum.*
*De partialitatibus in Regnis & Ciuitatibus.*
*De triplici statu Animæ. De Sacrificio Abrahæ.*
*De Triplici amore Magorum. De Spiritu Sancto.*
*De Amore Dei & Animæ. De veritate.*
*De Casibus proprietatis. Sermones de Sanctis* lib. 1.
*Deuotum Officium Sanctissimi Nominis Iesu.*
*De diuino amore. De mundana prosperitate.*
*De Pastorali gubernatione. De Obedientia.*
*De Sancto Ioseph Sponso Virginis. Defensorium veritatis.*
*De circumstantijs Orationum. Speculum Ecclesiæ.*
*De triplici Christi Natiuitate. Viam perfectionis.*
*De tribus tormentis Peccatorum. Tractatus Prædicabiles.*
*Expositionem in Regulam S. P. N. D. Francisci.*
*Epistolam ad vniuersos Fratres Italiæ.*
*Tractatum diuersas continens Materias. Sermo de Voto & Sac. Religione.*

In laudem Deiparæ Virginis à se vnicè dilectæ scripsit.

*Tractatum de Beata Virgine Maria, quæ dicitur Stella Maris.*
*De Conceptione eiusdem B. Mariæ Virginis.* lib. 1.
*De Festiuitatibus gloriosæ Virg. Mariæ per annum* lib. 1. idest,
*Sermones de Conceptione, Natiuitate, Annunciatione, Purificatione, & Assumptione* eiusdem Deiparentis.
*De superadmirabili gratia & gloria Matris Dei.*
*De laudibus Virginitatis, & XII. Domicellabus Virginis Mariæ.*
*De Angelica salutatione. De consensu Virginis.*
*De glorioso Nomine Mariæ. De septem Verbis B. Virginis.*
*De septem flammis amoris in Beata Virgine.*
*De septem focis immaculatæ Virginis Mariæ.*

*Translatus est in Cælum die 20. Maij, anno Domini 1444. cuius corpus Aquilæ in Vastinis asseruatur & colitur. Authores citati.*

XXXVI. *Bernardinus* Florentinus sacræ Theologiæ Doctor, & celebris Concionator, varia insignitus eruditione, scripsit ad Franciscum Cardinalem Sancti Sixti, posteà Sixtum IV.

*Dialogum de laudibus Castitatis, & Virginitatis.*

Asseruatur Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis. Obiit 1480. *Vuad. de Scriptor.*

XXXVII. *Bernardinus Dinius* de Vzzano Lector Iubilatus, vt ser. 2. præc. n. 9. diximus, peregrine equidem & subtilissimè scripsit. *In Dialecticam, Physicam. De Anima. De Angelis;* & alia scolasticè. Historicè verò, monumenta Prouinciæ collegit, & hęc omnia, illo defuncto periere an. 1661. scripsit præterea.

*Historiam seù Chronicon Heroum Principum Ducumq; Cybò* quàm ab Origine ad an. 1592. perduxit incipit. *Tutti gl'huomini per lore naturale inclinatione desiderano sapere, &c.* Extat M.S. seù potius scripsitatum, sex lib. distinctum penes R. D. Antonium de Pagnis Presbiter. sæcularem de Vzzano, atque ipsosmet Principes

XXXVIII. *Bernardinus* à S. Petro in Balneo in Æmilia, vir simplex rectus ac timens Deum ab adolescentia sua (sub cuius seuera disciplina an. 1645. Tyrocinium posui, vti Theat. 1. Ord. tit. 9. dixi) canendi scribendique cum notis arte æuo nostro singularis. Plura huius artis reliquit monumenta pulchro apice, ac penicillo delineata, alia quidem exemplata, alia excogitatu.

XXXIX. *Bernardinus Turaminius* nobilis Senensis, Regularis Obseruantiæ sacra eruditione, & Verbi Dei prædicatione insignis, Prouinciæ Romanæ aliquando Minister, Italicè edidit Romę anno 1628.

*L'infecondità feconda d'Anna Sanctissima Madre della Madre di Dio.*

*L'Agnese vincitrice Tragisacrosenica* ) . Viterbij anno 1632. *Vuad. de Scriptorib.*
*Lacrime sacre loquaci d'Amore* ).
*L'Agata constante.* )

XXXX. *Bernardinus de Passaris* à Phiocecchio de quo ser. 2. præcedenti nu. 10. egimus, Lector Iubilatus, &c. eruditè scripsit Libellum.

*De Catholici subditis debito erga Principem: seù, De Iure Principis in sibi subditis.* Tract. 8. distributum. Extat M. S. penes me. In quo occasione iniquissimæ necis Serenis. Caroli Stuardi Angliæ Regis latè ostendit; Canonico ac Ciuili Iure morali, scholastica Theologia, atque item & Christiana Philosophia doctè probat, quàm pessimè nostri æui Sectarij de Principibus & de eorumdem authoritate sentiant: & ex aduerso, Catholici quàm ex animo suos Principes dirigunt, sectanturque authoritatem. Scripsit pręterea lingua vernacula Opusculum, cui Titulum præfixit. *Stabilità della Monarchia Spagnola fondata sopra quattro saldissime Basi, della Religione, Pietà, Giustizia, e vera Prudenza.* Item *Centuria d'Auuisi:* sed horum vix tituli & quædam fragmenta, post obitum eius de anno 1661. hinc inde dispersa inueniuntur.

XXXXI. *Bernardinus Tamburaccius* Florent. Lector Iubilatus de quo ser. 3. præcedenti nu. 15. edidit quædam *Elogia, ac Poemata* inclytę Domus CYBO, scripsitque; *Serenissimæ familiæ Cybo Heroica Epitome.*

XXXXII. *Bindus* de Senis scientia, & virtute præclarus, Conciunator egregius scripsit.

Sermones ( De Tempore. ) Florebat anno 1300. *Ex Mariano, Tossiniano*
( De Sanctis. ) *Gonzaga, Vuad. locis citatis.*

XXXXIII. *Bonauentura Baronius,* Hibernus. Colonmeliensis Sac. Theol. Lector emeritus, olim Custos & Commissarius natiuæ Prouinciæ, modo à multis

tannis Accademicus Apatista Florentinus, Serenis. Mag. Ducis Etruriæ Histo-ricus, Vir omnigenę eruditionis, de Religione ac re Scholastica optimè meritus; præter Opera Philosophica, & Theologica, quorum Titulus est, *Scotus defensus*, atque alia miscellanea sub titulo *Opuscoli*, olim edita, & à Patre Vuad. eius Auunculo *De Scriptoribus* relata in Tuscia existens & Obseruantibus aggregatus edidit *Orbes Medicei, Trias Tusca, Chaos Carminum, de Angelis*, qui est tom. IX. Scoti defensi scripsit verò, *De diuino Opificio*, Exameron, & erit tom. X. Scoti defensi. *Canones Canonicorum Historia Regia, de haustu frigido Sermones Quadragesimale* pro ferijs & festis.

XXXXIV. *Reverendiss. P. CELSVS de Zanis*, Florentinus Vrbani VIII. Pōt. Max. Confess. Episcop. Ciuitatis Plebis. & Prælatus Assistens Capellæ Pontificię de quo egimus supra inter Episcopos, doctè & piè edidit. *De Rhetorica, & Poetica Christiana* Romæ anno 1643. *Theodiam*, siue *Hymnodiam*, De Deo. Cui anno 1635. Paraphrasim, & Comentaria adiunxit. Item *Carmina* in honorem *S. P. N. Francisci & Sacri Montis Aluernæ* Romæ prodierunt anno 1652.

Qua in Vrbe anno 1656. ad mortem infirmatus Castri Plebis Ciuitas summo affecit mærore, vnde publico decreto, &c. in omnibus Ecclesijs Parochialibus dictæ Ciuitatis Ss. Eucharistię Sacramentum exponi curarunt, & pro impetranda tanti Pastoris, imo, vti fatebantur, communis Patris incolumitate frequentarunt, & non raro, non pauci, etiam ex nobilibus nudis pedibus visitabant, preces fundabant. Audita verò eius morte, Senatus per triduum splendidè funus & iuxtà persolui curauit in Cathedrali. Septimò autem die solemniori adhuc pompa idipsum peregit Illustrissimus D. Raynaldus Luccarinius Episcopus. Qua occasione luculenta Oratione tanti Viri virtutes, præcipuè verò in ægenos liberalitatem & pietatem laudauit: & quidem tanta dicendi energia, vt adstantem multitudinem in fletum conuerterit. Nec desirant huius argumenti præclara facinora, ipsa in Ciuitate marmore insculpta. Nam in Aula Prætoriana eiusdem Ciuitatis hinc indè candido in marmore legitur.

*D. O. M. A perpetua memoria.*

*L'Illustriss. e Reuerendiss. Fra Celso Zani de Minori Osseruanti Vescouo Assistentè in Cappella del Sommo Pontefice, e Vescouo di questa nostra Città della Pieue donò per elemosina a' poueri di essa, e del Territorio l'anno 1646. scudi 3000. in tanti luoghi de' Monti Nouenali; acciò de frutti di essi si distribuisse pro rata ogni Venerdi in perpetuo tanto pane a i poueri, &c. come per istrumento rogato dal Sig. Domenico, &c. l'anno suddetto il di 28. Giugno. D. O. M. A perpetua memoria.*

*Il medesimo Illustrissimo e Reuerendissimo Monsig. Frà Celso Zani de' Minori Osseruanti Vescouo Assistente in Cappella Pontificia è Vescouo di questa nostra Città donò per elemosina liberamente alle pouere Donne partorienti, & alle zitelle di questa Città & Territorio altri scudi 3000 in tanti luoghi Nouenali, seconda erezione in Roma, acciò de' frutti di essi si diano in perpetuo 20. scudi l'anno à 4. Zitelle pouere in dote, o parte di dote, e del resto si dia vno scudo per ciascuna alle pouerè donne partorienti. Come di tutta quest' opera pia, &c. rogato Ser Francesco Pacucchelli Notaro de Campidoglio, il di 4. Giugno 1649 Roma, &c.*

Hæc omnia annotauit, mihi que communicauit *R. P. Augustinus* de Stronconio Concionator & Lector Generalis ac Prouinciæ S. P. N. D. Francisci, olim Definitor & Custos, nunc autem Chronologus & Conuentus s. Hieronymi Narniæ Guardianus.alterumque pietatis eiusdem Illustrissimi Præfulis addidit testimonium, inquiens: De homine isto ex animo verba facio; nam cùm anno Iubilei 1650. adhuc Clericus agerem in Conuentu s.Mariæ Magdalenæ Biturgiæ; illuc perueniens dictus D. Illustrissimus graui, imò mortali, vt putabatur, infirmitate correptus, in Valetudinarium Fratrum deferri voluit & ego inter alios vnus ex assistentibus deputatus fui; quo tempore nunquam Minoriticum Habitum deposuit nec alias Minoriticas disciplinas remisit. Cæterum prædictis exequijs præsens fui. &c. *Ità illè*.

XLV. *Cherubinus* Florentinus, celebris inter Obseruantes Theologus & Concionator edidit Florentiæ anno 1487.

*Tractatum de Regula spiritualis vita.*

*Tractatum de Norma matrimonialis vita. Vuad. de Scriptor.*

XLVI. *Christophorus Bandellus*, Capharonianus, vir doctus & in confutandis Hereticis mira pollens dexteritate, & acrimonia: scripsit sub Alexandro IV.

*Librum contra hereses. Vuad. &c.*

XLVII. *Clarus* nomine, & scientia Florentinus sacræ paginę & Iuris Pontificij Doctor illustris scripsit.

*Tractatus varios in Iure Canonico*; quos M.S. se habuisse testatur *Vuad.* de scriptoribus.

*Summam Casuum Conscientia*. Extat in Bibliotheca s. Crucis Florentię. *Marianus* loc. cit.

XLVIII. *Daniel de Rhetibus* propè Balneum in Æmilia sacrę Theologiæ Lector Generalis, Concionator egregius, & inter Obseruantes Definitor Prouincialis, ex Hispanico transtulit in Italico Idiomate Opusculum P. Antonij Dazæ eiusdem Instituti doctissimi ac pijssimi viri Prouinciæ Immaculatę Conceptionis in Hispania Alumni inscriptum; *Descrizione delle Stimmate del Nostro Serafico P. S. Francesco*, cui adiecit Notas marginales, dupliciqué tabula ornatum edidit Florentiæ anno 1621. Obijt Cortonæ die 20. Martij anno 1638.

IL. *Didacus* à Virguletta, Concionator Generalis, Lector Iubilatus, cuius ser. 2. præcedenti, nu. 13 egimus inter alia ingenij sui monumenta reliquit.

Tractatus ( *De Angelis*; *De Incarnatione*. *De Trinitate*. *De Scientia Dei*. *De Sacramentis in genere.* ( extant M S. in Bibliotheca Sancti Francisci Villefranchę.

L. *Dionysius Pulinari* de Florentia, vir grandæuus, rerumque nostrarum, prudens inquisitor veridicusque scriptor lingua vernacula.

*Chronica della Prouincia di Toscana*. in duas partes distincta, anno 1580; Ex qua *Gonzaga* suam huius Prouinciæ Tusciæ concinnauit historiam; *Bartholomæus Cimarella* plura desumpsit, & in Quarta Parte Chronicarum expressit. Nos sæpius citauimus, citabimusque. Extat manuscripta Florentię in Conuentu

Omnium

Omnium Sanctorum. Transtulit Italicè *Opus conformitatum* Bartholomęi Pisani; Extat in Bibliotheca præfati Conuentus Omnium Sanctorum: Alia item plurima scripsit, alia transtulit. vt ipse fatetur par. 2. pag. 178. sed cuncta perierũt. Obijt in Conuentu s. Michaelis Ducciæ ad muros Fæsulanos, anno 1582. *Vuad.* de scriptoribus.

LI. *Dominica à Paradiso*, vnico circiter à Florentia milliario, Virgo Tertij Ordinis S. P. D. Francisci dum viueret, atque sub vitæ finem *Patriarchæ* s. Dominici, cui in Ciuitate Florentina sacrarum Virginum genuerat Collegium sub Regulam eiusdem ss. *Patris* vulgò, *La Crocetta* dictum, à titulo s. Crucis Ecclesię indicto, & ad differentiam magni templi s. Crucis Minorum Conuentualium, Vitam eius scripsit anno 1625. A. R. P. Ignatius del Nente Florentinus Ordinis *Prædicatorum* in duos Tomos diuisam, primus prodijt Venetijs anno 1675. Secundus nondum impressus est. Eandem etiam rescripsit *P.* Dominicus Maria Marchesius eiusdem Ordinis in suo *Diario Sacro Domenicano* tom. 4. sub die 5. Augusti. Scripserat eandem, seu potius innuerat Siluanus Razius Camaldulensis, De Sanctis & BB. Etruscis, par. 2. & nos damus Theatr. 3 Ordinis. Virgo hæc, inquit Marracc us in sua Bibliotheca Mariana lit. D. ob Angelicos mores omniumque religiosorum virtutum praxim, ęterna posterorum memoria recolenda; Cuius Beatificationis Acta in sacro pendent Romanę Rotę Tribunali, ex reuelatione sibi facta, dictauit

*De Stellario B. Mariæ Virginis Opusculum.* Ità ille, & Vuad. de scriptoribus. Plura alia eiusdem scripta vna cum prætato Opusculo extare in dicto Monasterio S. Crucis, Monasterij Priorissa mihi asseruit die 24. septembris anni elapsi 1678. exhibereque dixit, quod postea non fecit. Ad nuptias Agni properauit Virgo ista die 5. Augusti 1553. Cuius Corpus in eadem s. Crucis Ecclesia adhuc integrum perseuerat, decenti

Mausolæo reconditum intrà parietem Ecclesiæ in Cornu Euangelij Aræ maioris, in quo sequens appositum est Cœnotaphi.

*Venerabili Sorori Dominicæ à Paradisi nunc. quæ diuina fauente gratia, Monasterium hoc à solo erexit, instituit ac dotauit: Pijssimæ in Christo filiæ tanquam optimè de se meritæ ad perpetuam facti memoriam posuere.*

*Vixit an. 79. Mens. 5. Dies 27.*

*Obijt die 5. Augusti 1553.*

LII. *Dominicus Pantaleo* Florentinus, vir pius & doctus edidit;

*Tractatum de morte comuni. De substantia Orbis.*

*De Conceptione B. M. Virginis. Dialogum de eadem.*

*De forma consecrationis sanguinis Christi.*

*Super Psalmum Miserere.* Obijt an. 1376. Vuad. de Scriptoribus.

LIII. *Elias Cortonensis* S.P.D. Francisci discipulus & Generalatu successor, de quo sæpius loquuti sumus, vir doctus, & humana sapientia clarus scripsit ad vniuersas Prouincias Ordinis anno 1226.

*Epistolam grauem de morte eiusdem sancti Patris Francisci;*

In qua

In qua eius eruditio in sacris Scripturis apparet, & erga suum Institutorem pietas filialis declaratur. Eam habes apud *Vuad. tom. 1. anno 1226. n. 45. & Chronolog. Ordinis fol. 2.*

LIV. *Euangelista Marcellinus* Pistoriensis, cuius præclara facinora damus *Theat. 1 Ord. tit. 4. & supra par. 2. tit. 2. ser. 5. n. 9. ac ser. 1. praeced. n. 7. egimus*, Doctor Parisiensis, sincerus & valde proficuus Ecclesiastes, S. Caroli Boromei B Felicis a Cantalicio contemporaneus & familiaris amicus à Principibus, Prælatis, S. R. E. Cardinalibus, summisque Pontificibus, ob ingentem pietatis & Religionis famam maxima in reuerentia habitus. Hic suo humili statu Minorum Obseruantum contentus, nunquam aspirare voluit ad dignitates intra, vel extra Ordinem, oblatas Episcopatus respuit & Cardinalatus: solum animarum appetens profectum, terram despiciens, cœlum appetens; humilis spiritu, arduus merito, ingenio clarus, scientia plenus, eloquentia profluus, in vrbe nunquam interrupto cursu annis 24. prędicauit, magno auditorum, ingenti populorum fructu perpetuo vniuersorum applausu & numeroso auditorum concursu; scripsit christiana doctrina & eloquentia respersa sequentia opuscula.

Expositionem in Libros { *Iudicum. Regum. Ruth Tobiam. Iob. Cantica Canticorum. Danielem. Ionam. Abacuc. Epistolam ad Hebræos. In Apocalipsim.*

In Psal. 67. *Exurgat Deus, Expositionem mysticam.*

In Psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo. Sermones XV.*

Super *Cantica B. Mariæ Virginis, & Zachariæ.*

*Tractatum de conuersione peccatoris in Deum.*

*De Varietate Mundi. De Virtutibus Lectiones varias.*

*Metamorphosym studiosi viri Conciones varias.*

*Methodum Conciones formandi. Dialogos XII. Virtutum.*

*Meditationes de quinque diebus creationis mundi.*

*Coronam XII. Stellarum B. M. V.*

*Dialogum inter Angelum & homines.*

*Concionem de Passione Domini*, sub titulo, *Septenarij.*

*Concionem Florentiæ in metropolitana habitam feria VI. in Parasceue.*

*Concionem aliam habitam eadem die alterius anni Neapoli in Archiepiscopali Ecclesia. Vuad. Gonzaga, Marraccius, Possevin. loc. citatis.*

LV. *Euangelista à Momigno*, Pistorien. Regul. Obseruantiæ Alumnus Prouinciæ S. Didaci ac Tusciæ Minister, Definitor ac Vicarius Generalis Cismontanus Lector Iubilatus, *vti suprà par. 1. tit 2. ser. 5. n 5. ser. 7. n. 18. par. 2. tit. 3. ser. 3. n 7. & ser. 2. praeced. n. 15. diximus*, vir doctus & insignis Concionator, atque in agendis expertus & circumspectus, scripsit.

*Directorium superiorum Regularium, & Ecclesiasticorum*, quibus Monachorum aut sanctimonialium regimen incumbit. Prodijt Pistor. anno 1644.

*Diarium Quadragesimale*, in duas partes diuisum, Pars prima pro Dominicis, festis, & ferijs, sextis eudit Pistor. anno 1646. Pars secunda pro ferijs, morte

eius

eius interueniente eodem anno 1646. nondum typis commissa est; asseruatur M.S. in bibliotheca Conuentus Iacherini extra Pistorium.

LVI. *Fidelis Lucensis* Prouinciæ Reformatæ Bononiensis Alumnus, Custos & Minister, *vti suprà par. 2. tit. 3. ser. 5. n. 1. diximus*, nostra hac tempestate Theologus, & Concionator celeberrimus, paucis ab hinc annis edidit,

*Conciones Quadragesimales*, & per *Aduentum*.

LVII. *Franciscus de Pitigianis* de Aretio Minorum Obseruantium Tusciæ olim Minister ac Definitotor Generalis, summus sui temporis Theologus, Philosophus, atque facundissimus per totam Italiam Concionator: Serenissimi Ferdinandi I. Etruriæ Mag. Ducis Theologus à sacris Confessionibus, & Ecclesiastes Serenissimorum item Ferdinandi Gonzagæ Mantuæ, & Montisferrati Ducis, Theologus & à Consiliis, ac Francisci ex Ministri Generalis Minorum Episcopi Mantuani familiaris, Theologus, & examinator Generalis; de quo suprà, *par. 1. tit. 2. ser. 7. n. 14. & tit. 3. ser. 3. egimus* subtilissimè & cordatè scripsit, & edidit.

*Expositionem Regulæ nostræ Minoriticæ*, anno 1597.

*Commentaria in Genesim*

*Expositionem in formalitates Antonij Syretis* ) anno 1606.

*Expositionem primi, & secundi posteriorum* )

*Summam Theologiæ speculatiuæ & Moralis, ac Commentaria scolastica in Tertium & Quartum Sentent. Lib. Ioannis Duns Scoti, in quatuor partes distributam*. Prima pars in 3. quæ complectitur explicationem eorum quæ de Verbi Diuini *Incarnatione, Passione, Morte, & Resurrectione*, atque. Pars secunda continens ea, quæ de *Fide, Ecclesia, Papa, Concilijs, Spe, & Charitate*: de *Virtutibus Moralibus, Donis Spiritus Sancti*; & de *Præceptis Diuinis* tractantur, prodierè Venetijs, anno 1581. ac secundò 1613. & 1616. Tertia pars, prima in Quartum, in qua de *Sacramentis in genere*; atque de *Sacramento Baptismi, Confirmationis, & Eucharistiæ* à prima vsque ad 13. Distinctionem inclusiuè differitur, & Quarta pars, quæ est secunda in 4. in qua de *Sacramentis Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis* agitur; complectens à 14. ad 23. distinct. inclusiuè, prodiere Venetijs post mortem eius, opera Patris Hilarionis Sacchetti Patritij Florentini eiusdem cum illo Instituti, anno 1618. & 1619. In his differendo nedum Scoti sententia declaratur contra Thomistas & cæteros contendentes pro viribus defenditur; verum etiam multorum Theologorum & Iuristarum tam prisci, quam nostri temporis opiniones conciliantur: Opus in quo resoluuntur & enucleantur quamplurimæ Quæstiones, & dubitationes, non solùm scolasticam Theologiam concernentes; verum etiam ad Sac. Canonum, Conciliorum, & casuum conscientiæ perfectam cognitionem valde vtile & necessarium. Edidit præterea *Criminale Canonicum*, seù *Practicum Criminalem*; quæ secundo prodijt auctior, & castigatior cura Patris Hilarionis præfati, anno 1621.

ÆMILII VEZOSI ARRETINI CARMEN

In laudem Ad. R. P. F. Francisci Pitigiani Aretini Eiusque Summæ Theologiæ Moralis.

Quem

Quem Deus, & qualem Patrem Demisit ab Astris,
Explicet vt veterum Dogmata sancta Patrum?
Fallor? an exortus nostro alter Scotus in Orbe
Subtili ingenio iudiciòque graui est?
Quàm doctè Franciscus agit, quàm disserit altè
De nato Vnigena Bilgenitoque Deo?
Quàm benè virtutes aperit, mortalibus ægris,
Quæ summi reserant aurea Claustra Poli?
Quam facilè septem retegit Mysteria sacra,
Quæ Patri æquæuus filius instituit?
Arretina igitur tali se iactet alumno
Terra, armis quondam, diuitijsque potens!
Hinc magno superum Regi pro munere tanto
Ingentes grates nocte dieque ferat.

Tanti viri insuper probitati & Doctrinæ tale testimonium perhibebat Ven. Ser. Dei, P. Benedictus à Podio Bonitij, cuius supra n. 31. mentionem fecimus, eius non surdus aud tor Florentiæ ac Mantuæ; *Dal Padre Francesco d'Arezzo (* aiebat Benedictus*) non solo s' imparana la filosofia naturale, e la Teologia scolastica; ma (quello che più importa) la vera filosofia Cristiana, & la via dello spirito, insegnando egli ciò non solo con parole, ma con l' esempio ancora.* Obijt Mantuę an. 1616. ætatis suæ 63. *Virtute vixit, Fama viuit, Gloria viuet.*

LVIII. *Franciscus Maria* de Aretio Minor. Cappuccinorũ actualis Definitor Theologus, & in ætatis Flore celeberrimus in Italia verbi Dei declamator; anno elapso 1678. edidit Massæ Ducis,

*Panegiricos X*, lingua vernacula, ad Excell. Albericum II, Cybo, Massæ Ducis.

LIX. *Franciscus Filig llus* de Asciano Sac. Theolog. Mag. Minor. Conuent.

*Etrusco carmine vastum & incomptum Bartholomai Pisani*
*Opus de Conformitatibus transtulit. Vuad. tom. 4. an. 1399. n. 43.*

LX. *Francis. us* Florentinus propter diuturnum Magisterium in Vniuersitate Paduana cognomento *Paduanus*, tum ob eminentem doctrinam, tum ob singularem facundiam in declamando, tum ob vitæ probitatem, atque in agendis dexteritatem à sum. Pontificibus Nicolao V. Calisto III. Pio II. Paulo II. & Sixto IV. in magna veneratione habitus eruditè scripsit

Librum
[ *Christianarum Institutionum* ad Baccium Martellum Florentin.
[ *De Excellentia conditionis humana*
[ *De Diuinis Operibus.*
[ *De lapsu hominis.*
[ *De Astrologorum paruipendendis iudicijs.*
[ *De Incantatoribus, & diuinatoribus nullo modo ferendis.*
[ *Ad Nicolaum Quintum Pontif.*
[ *De insensata cura Mortalium, ad illusos huius vita amatores.*
[ *Tractatum, de flocipendendo vulgo, & contemnendis eius ineptijs, & quidditate fortuna.*

Tracta-

*Tractatum de B. P. Nostro Francisco.*

*Epistola gratulatoria ad Sixtum IV. & Petrum Medices,*

*Orationes habita coràm præfatis Sum. Pont.*

*Breuiloquium de Epidemia* Habentur Florentiæ M.S. in Bibliotheca S. Crucis *Vuad. & Gonzag. loc. cit.*

LXI. *Franciscus de Menabio* Lucensis, Strictioris Obseruantiæ Concionator & Theologus, ac Discretus Prouincialis, edidit Florentiæ an. 1636.

*Compendium mirabilium, quæ operatus est Dominus in sacro Monte Aluernæ Vuad. de Scriptoribus.*

LXII. *Franciscus-Maria Pagnottius,* nobilis Pistoriensis, Ord. Minorum Capuccinorum insignis Theologus, & egregius Concionator, atque Sanctissimæ Virginis Mariæ pius cultor; deuotionem erga deiparam quam gæstauit in corde eructauit ore, typisque vniuerso tradidit Orbi Christiano: edidit enim tractatum vnum, in tres partes diuisum.

*De Origine & progressu Sanctissimi Stellarij,* inquit *Marrac. loc. cit.* seù (nisi duo sint huius nominis patriæ, ac Instituti, quod me latet)

*Maria trionfante, con la pompa d'vna triplicata Corona. Vuad. loc. cit.* & ego Authorem noui, & Inscriptionem notaui.

LXIII. *Franciscus Nanius.* Sixti IV. Pont. Max. oraculo *Samson* dictus, Senensis, vti suprà, par. 1. tit. 2. ser. 1. nu. 8. diximus, Tusciæ Minister, totius Ordinis Primicerius dignissimus, vir eruditissimus, scripsit.

*Commentaria in Ethica Aristotelis* ) *Obijt Florentiæ*
*Quæstiones in Octo Libros Physicorum* ) *anno* 1499.
cum Ordinem an. 24. & mens. rexisset.

LXIV. *Franciscus de S. Simone* de Pisis; dictus de Empolim (inquit Pisanus cõciuis Confor. lib. 1. fruct. 8. pro 2. par.) suis determinationibus Oxoniæ factis, se fuisse Magistrum Theologicæ scientiæ pręclarè ostendit. Ita ille scripsit.

*Determinationes, & Glossas ad Constitutiones Regni Sicilia, & ad Ritus Curia Vicaria eiusdem Regni.*

Florebat circa an. 1350. *Marian. & Vuad. loc. cit. V lisip. par. 2. lib. 9. cap. 24.*

LXV. *Franciscus à Vallecchia* Concionator Generalis, Lector Iubilatus, de quo suprà *ser. 3. præced. n. 5. egimus*, actualis Guardianus patrij Conuentus S. Francisci Petræsanctæ scripsit.

*Rationale Seraphicum.* In quo quam plures resolutiones è sac. Theologia, vtroque Iure ac Doctoribus congessit.

*Vinea Seraphica.* In qua, quæ possint, deceant, vel non, Superiores Regulares vtriusque sexus disserit.

*Deceptiones humana sapientia; & Illuminationes diuina sapientia.* Vbi *Litterarum* Naturam, vim atque significationes ostendit.

*Mazzetto di diuerse materie.* In quo flores diuersorum scientiarum collegit. Metro scripsit Opus Comicum morale.

*La Giouentu ingannata.* inscriptum. Alia etiam nunc scriptitàt.

LXVI. *Gabriel Nasi* Florentinus, Eques sac. & illustrissimæ militiæ S. Stephani olim, inter Minores Obseruantes adscriptus scripsit.

*Genealogiam prosapiæ suæ Nasorum.* quam cum illa *de palatio*, ac Comitis Guidonis olim Clusentini Domini, & in Tuscia Palatini eadem esse, ex vno stipite prodiisse ostendit. Florebat anno 1600.

LXVII. *Galganus de Augustinis*, Senensis, Artium Doctor, & sac. Theologiæ Magister famosus, aliquando Commissarius Generalis Patrum Conuentualium edidit.

*De Authoritate Protectoris Ordinis*, libros II. anno 1507. scripsit etiam in *Philosophia*, *& Theologia*. Extant M. S. Senis, vbi obiit circa annum 1523. *Marian. Vuad. locis cit. Bonas in Theat. Min. Pompa Senens. par. 1. tit. 14. n. 50.*

LXVIII *Georgius-Benignus de Saluiatis*, Leonis X. Præceptor, à quo Nazarenus Arch episcopus renunciatus est, *vti suprà, par. 2. tit. 1. ser. 2. n. 6. diximus, in Logica, Philosophia, & Theologia Doctor (inquit Marian. loc. citat.) in dictis scientijs plurima ab eo edita artis impressoriæ dedit* ità ille.

*De natura Angelorum.* Ad Rempublicam Ragusinam *Vuad. tom. 7. an. 1496. n. 6*

LXIX. *Gregorius de Pucciattis* à Pratoueteri, Clusentinas, Concionat. & Lector Generalis Minor. Obseru. humanarum sacrarumq; litterarum professor, typis dedit Florentiæ anno 1636.

*Carmina XIIII.* actiones totidem Saluatoris Iesu Christi Domini nostri commendantia.

Item, *Carmina XII.* super *Domine non sum dignus*; ter à Sacerdote celebrante repetitum.

*Canticum in Nocte Natiuitatis D. N. Iesu Christi*, atque

*Canticum* super antiphonam *Stella cæli extirpauit.* tempore pestis decatandam

LXX. *Guido Bonattus* de Florentia, (inquit Marianus loco citato] in sideralibus disciplinis vniuerso Occidenti notissimus celeberrimusque. Cui adeò in Astronomia aperta fuerunt omnia, vt nihil ferè apud eam illi incognitum fuerit. Ità ille egrè tulit in tumultibus Florentinis, & factionibus Ghibellinorum & Guelphorum patria exulare, vt nunquam deinceps Florentinus, sed Foroliuiensis; vbi domicilium posuit, cognominari passus sit. Matheseos, & Astrologiæ, quarum ea ætate frequens, & celebre erat apud magnos viros exercitium, ità celeberrimus extitit professor, vt ad eum vndique ex vniuersis Europæ partibus confluerent discipuli. Guido de Vbaldinis primus Comes Montis feltrij, à quo Vrbinates diues prodiere, militari gloria tunc celeberrimus, postea Minorita deuotus & pius, castra mouere, aut quicquam operorum intentare non auderet, nisi siderali præeunte disciplina Guido probare. In iudicijs suis ità veridicus, vt Foroliuiensibus aduersus Pontificem dimicantibus, horam assignauit pugnę cum secura victoria. Prouectę iam ętatis vir Institutum Minorum in Prouincia Bononiensi amplexus, humiliter & sanctè reliquam plurium annorum vitam transegit, & feliciter terminauit circa annum 1300. floruit .n. & scripsit temporibus Alexandri IV. & successorum Pontificum vsque ad Bonifacium VIII. qui creatus anno est 1294. edidit autem.

Integram

*Integrum Librum de rebus Astrologicis, &* ) aliaque extant opera teste Maria-
*Tractatum de protectione partium.* ) no. *Vuad.* de Scriptorib. & tom. 2. Annal. an. 1278. n. 22. *Dantes, & Landinus* cant. 20. de Inferno, *Andreas Tiraquellus, Poccantius*, Vgolinus Verinus de Illustratione Vrbis Florentinę, vbi de eo cecinit. *Clarus & Astronomus Guido de stirpe Bonatti. Iandudum veteres deleuit fama Bonatos; Vnius Astronomi tantum monumenta supersunt.*

LXXI. *Guglielmus de Goris*, Senensis patritius, Obseruantum Alumnus, in doctrina *Scoti* versatissimus reduxit Opera *Ioannis Scoti* in compendium ad faciliorem vsum, & minori pretio comparanda. Hinc Librum inscripsit *Scotus Pauperum. Vuad.* de Scriptorib.

LXXII. *Hieronymus de Bocchis* à Florentia, Theologus & Concionator egregius, ex Patribus Conuentualibus ad Capuccinos translatus, indeque ad pristinos consodales regressus. Opus magnum & laboriosum inter primos inceptum inter secundus completum, Bononiæ typis commisit 1654. n.

*Monopantheon Harmonicum & Chronologicum*, siue

*Harmonia nouissima, ab Orbe condito ad Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi*; In duas partes, & lib X, digestum. In quibus plurima, tam sacra, quam prophana themata ex diuinis & humanis litteris, ac insuper, ex quingentis ampliusque Codicibus compilata. Et ad normam Psalterij decem chordarum coaptata concordata & probata continentur. *Vuad.* de scriptoribus.

LXXIII. *Hieronymus Trancesellius*, Lucensis, sac. Theologiæ Magister minor. Conuentual. scripsit Italicè.

*L'Egiziaca Penitente Vuad. loc. cit.*

LXXIV. *Hieronymus Franceschius* à Monte Pulitiano, Minor. Conuentual. sac. Theologię Mag. & Concionator celeberrimus Sereniss. Magni Ducis Theologus, Florentiæ, ac Fesularum Examinator Synodalis, (grandeuus ad huc agit in humanis in Conuentu S. Crucis Florentiæ) edidit anno 1660. & successiuè.

*Conciones Quadragesimales*, in duas partes. *De Aduentu.*

*Sermones Panegyricos de Sanctis. Poesie sacre*, in duas partes.

*Dubia miscellanea Theologia moralis*, in duas partes. Instructio Clericorum.

LXXV. *Hieronymus Tinugius* Pistoriensis, ex Obseruantibus ad Capuccinos translatus, vir potens opere & sermone, multarum Prouinciarum regimine commendatus, sed vitæ probitate ac sanctimonia longè commendabilior, quippe, qui pro fratibus suis peste laborantibus animam suam dare non timuit, singularibus que donis insigniri promeruit; *vti Theat. 1. Ord. tit. 4.* narrauimus Theologus Pij V. Pont. Max. & in Concilio Tridentino edidit.

Librum [ Vnum, *De Quantitatibus, & distintionibus rerum*,
[ alterum, *Sermonum*, in quo acutè de varijs Christianę fidei mysterijs; sed prę lertim de prędestinatione differit. Obijt Cretę an. 1571. *Bouer Vuad.* & alij.

LXXVI. *Hieronymus Trinellius* à Monte Ilcino Minor. Conuentual. insignis Theologus, in sac Concilio Tridentino ductus à Mutinensi Episcopo, Theologi partes egregiè expleuit; quamobrem suæ Diœces. Visitatorem generalem, Ca-

nonicum S. Ambrosij Campi Guasconis, ac maioris Ecclesiæ Finalis, ex dispensatione Apostolica, Rectorē voluit, præfatus Episcopus Mutinensis scripsit doctè.

*In Psalmum CXVIII. Beati immaculati in via, &c.*

*Tossinian. Vuad. Pompa Senenses.*

LXXVII. *Hilarion Sacchettius* nob. Florentinus Minorum Obseruantum Alumnus, sac. Theologiæ Professor, verbi Dei celebris Concionator Serenis, Francisci Gonzagæ Episcopi Mantuani Theologus & familiaris, P. Francisci Aretini de quo sup. n. 53. egimus, præcipuus discipulus, tāti Magistri prę defuncti *Correxit. Indicibus locumpletauit, Tertiam & Quartam Partem summa Theologia speculatiua & Moralis, auxitque Practicam, Criminalem*, vsu correpta, & aucta typis mandari curauit.

LXXVIII. *Hippolytus Florentinus* collegit descripsitque

*Miracula B. Humiliana de Cerchys, Vidua Florentina Tertij Ordinis lectissimæ fæmina*, suæ contemporaneæ, que in fine vitæ eiusdem ab Antonio Cortonensi, de quo su ra n. 12. egimus conscriptæ legantur. Florebat in patria anno 1250. *Vuad. Possenin. loc. cit.*

LXXIX *Hugo de Prato*, à longa & seuera pęnitentia, qua annis quadraginta thoracem ferreum super nudam carnem gestauit. *Hugo de Pantera* cognominatus, sac. Theologiæ magnus Doctor in sæculo, factus Minorita, delegit viuere sub humili statu Laicorum. Vtramque vitam egit, Actiuam & Contemplatiuam atque de hac, lingua vernacula, edidit.

*Tractatum de Vita contemplatiua*, duodecim cap. distinctum, opus vtilissimum & doctissimum; contra errorem dicentium, quod homo, qui ad contemplationis statum peruenire cupit, cogitare de Deo non oportet. Item

*Tractatum de perfectione statuum*, & alium

*Tractatum, Qualiter Christus cum suis sanctis per gratiam conuersatur.*

*Epistolas quamplures pias, & doctas*. In quibus & profundam scientiam & miram pręfert pietatem. Item

*Longam Epistolam ad suos olim Confratres societatis Cippi*, vitæ in Conuentu minorum Prat. ex Tartaria anno 1312. vbi circa an. 1307. missus fuerat cum alijs Minoritis, vt viam Dei n veritate & simplicitate doceret, in qua & Florebat tempore Ioannis XXII. & vitæ terminum potuisse creditur circa annum 1330. *Vide Theat. 1. Ord. tit. 4. Marian. Vuad. locis citatis, & Possenin.*

LXXX. *Hieronymus Balbani* de Luca, lingua Etrusca edidit,

*Tractatum de Oratione, &* ] *Posseuinus, Gonzaga, Vuad. loc. cit.*
*Conciones decem.* ]

LXXXI. *Hieronymus Pistoriensis* Regul Obseruantiæ edidit

*Tractatum super formalitates Scoti, &* ] *Possenin. Gonzaga, Vuad. loco cit.*
*Conciones quasdam* lingua vernacula. ]

LXXXII. *Hugo Etruscus* edidit deuotum ] *Pisan. fruct. 8. pro 2. par.*
*Tractatum de triplici via sapientia.* ]

LXXXIII. *Iacobus* Florentinus, præter alia ingenij sui opuscula, ad meliorem formam redegit, auxit euulgauitque an. 1488,

*Summam Raynerij Pisani. Vuad. Gonzaga. Possenin. loc. cit.*

LXXXIV. *Iacobus* de Sancto Geminiano scripsit ) *Possenin. Gonzaga, Vuad.*
*Sermones de Tempore.* ) *loc. cit.*

LXXXV. *Iacobus* de Massa Marittima scripsit ) *Possenin. Gonzaga, Vuad.*
*Historiam sacri Montis Aluernæ.* ) *loc. cit.*

LXXXVI. *Iacobus Peri* Pistoriensis, Concionator celebris, Serenifs. Cosmi II Etruriæ Mag. Ducis, ac filiorum Ferdinandi II. Ioannis Caroli, Matthiæ, Leopoldi, Francisci Theologus ac Confessarius gratissimus per vicennium, expurgatas & auctas edidit.

( *In Prologum* ) *Sententiarum Scoti.* Florentiæ 1621. quas
Contradictiones ( *In Primum,* ) P. Lucas à Cutiliano, de quo infrà, anno-
( *In Secundum* ) tauerat.

*Conciones pro Immaculata Conceptione Virg. Mariæ.* an. 1602.

*Vitam V. P. Euangelistæ Marcellini;* & eius opera, plura eiusdem P. Marcellini opuscula typis commissa sunt. Obijt Florentiæ in Conuentu Omnium Sanctorum an. 1635. *Vuad. loc. cit.*

LXXXVII. *Iacobus* de Senis, cognomento *de Tundo* sac. Theologiæ Magister Parisiensis, vir magnę deuotionis ac spiritus, Tusciæ ac Vmbriæ Minister Prouincialis, *vti suprà par. 1. tit. 3. ser. 1. par. 2. tit. 3. ser. 1. n. 9. & serie 1. praced. n. 8. diximus, scripsit.*

*Breuia Chronica Ordinis Minorum.* Vbi collegit notabilia quęquæ sui sodalitij acta sub compendio à tempore S. Francisci vsque ad annum 1329. (qua collectione *Vuad.* vtì ipse testatur tom. 2. an. 1285. n. 6. sepius vsus est in Annalibus concinnandis) & paulò post diem obijt extremum.

LXXXVIII. *Iacobus Textoris* de Senis, Theologus, Minorita Conuentualis teste *Tossinian. loc. cit. & Pompa Senens. par. 1. tit. 14. edidit.*

*Sermones de Conceptione B. Virg. Mariæ Possenin. loc. cit.*

LXXXIX. *Iacobus* de Trisanto, alijs Grisanto, vulgo *Tresanti*, cuius haud longè à Castro Florentino, vbi corpus eius in Ecclesia Monialium S. Claræ requiescit, *vti Theat. 1. Ord. tit 9. diximus*, vir sanctimonia vitę ac doctrina clarus, elaborauit *Triginta duo Quadragesimalia.*

*Sermones Festiuos, de tempore, Dominicales.*

Claruit circa an. 1300. *Pisan. Tossinian. Gonzaga, Vuad. loc. cit.*

XC. *Ioannes Baptista* de Florentia collegit & edidit 1610.

*Priuilegia Mendicantium. Vuad.* de Scriptorib.

XCI. *Ioannes Baptista de Petruccis* Senensis, Archiepiscopus Tarentinus, carmine decantauit heroico.

*Vitam B. Iacobi Piceni. vti suprà par. 2. tit. 1. ser. 2. n. 9. narrauimus.*

XCII. *B. Ioannes Bonuisius* nob. Lucensis, nobilissimus virtute & sanctitate vitæ inter Obseruantes, cuius præclariora facinora damus *Theat. 1. Ord. tit. 4. ser ip.*

*Tractatus, De Humilitate. De Abstinentia. De Silentio. De Obedientia. De Charitate Dei, & Proximi. Vuad. loc. cit.*

XCIII.

XCIII. *Ioannes de Caulibus* à S. Geminiano, sac. Theologiæ professor, deuotus & famosus Prædicator, cuius acta damus *Theat. 1. Ord. tit. 4.* scripsit edidítque,

*Tractatum pulchrum atque deuotum super Euangelia.* Florebat anno 1376. *Pisan. Marian. Tossin. Gonzag. Vuad. Possenin. loc. cit.*

XCIV. *Ioannes Florentinus* Philosophus & Theologus non vulgaris, rerum antiquarum diligentissimus indagator, collectis multis monumentis contexuit.

*Historiam Ordinis Minorum.* scripsitque ) Extant M. S. Florentiæ in Bi-
*Opusculum de Canonizatione S. P. Francisci.* ) bliotheca S. Crucis *Pisan. & Vuad Possenin. loc. cit.*

XCV. *Ioannes Franciscus Torri*, Lucensis Minor. Capuccin. Theologus, & Concionator egregius, paucis ab hinc annis Romæ non sine sanctitatis opinione defunctus, & hoc anno 1679. Lucæ in patria traslatus, vbi anno 1664. ediderat.

*Anagrammata Virginea*, pura prorsus omnia; & singula è *Salutatione Angelica* desumpta. Ad Alex. VII. Pontif. Max.

XCVI. *Ioannes Geruasy* de Florentia Theologus magnus scripsit.

*Sermones Festiuos & feriales per totum annum. Marian. & Vuad. loc. cit.*

XCVII. *Ioannes Paulus Bimbaccius* Florentinus, Minor. Conuent. ob Religiosarum virtutum decorem, gratiam & doctrinam sui instituti Vicarius Generalis, circa an. 1646. scripsit Italicè, & edidit Florentiæ an. 1645. Opus prænotatum

*Deuotio Sanctissimi Nominis Mariæ, Discursibus prædicabilibus explicata, pro Sabbatis Quadragesimæ.*

XCVIII. *Ioannes* à Prato scripsit *Summulam Contractuum.*

IC. *Ioseph Dondorius* Patritius Pistoriensis, Minor. Capuccinor. Theologus & Concionator, rerum antiquarum patriæ suæ solertissimus indagator, ex collectis monumentis Ecclesiarum & locorum piorum Opus conflauit, & inscripsit.

*Pietà di Pistoia.* Morte sublatus Ioseph. Reuerendiss. D. Franciscus ex fratre Nepos Decanus Cathedralis, & Vicarius Generalis Pistoriensis imprimi curauit anno 1656.

C. *Ioseph Piccolomineus* Senensis Minor. Conuentual. sac. Theologiæ Magister, edidit.

*Exercitia Spiritualia pro Chordigeris. Vuad.* de Scriptoribus.

CI. *Iulianus* à Cauallina in tractu Mugelli, Minor. Obseru.

*Originem Conuentus S. Bonauenturæ Nemoris de Mugello* scripsit anno 1498. quo ipse octogenario maior erat,

CII. *Iulianus Verrocchius*, Florentinus, Philosophus, Theologus, Astrologus, variaque humanæ eloquentiæ scientia clarus, pleraque scripsit, sed extant duntaxat quædam eius.

*Annotationes in Dialecticam Aristotelis.* Obijt Florentię anno 1413. Sepulchro marmoreo in medio amplissimi Templi S. Crucis, hoc incisum est Epitaphium.

*Iulianus Verrocchius, Theologus insignis hic Sepultus est: Antonius de Medicis eiusdem Ordinis Theologus, & Etruriæ Prouinciæ Minister, ne iaceret incultus, qui magnum ornamentum ætatis suæ fuerat. decenti hoc monumento donauit, Vixit An. XXXXII. Mens. VIII. dies X. Obyt M. CCCCXIII.*

CIII.

CIII. *Iuncta Benegnales* Cortonensis, vir doctissimus, varijsque donis cælestibus supernaturaliter illustratus d tatusque, vti Theatr, 1. Ord. tit. 4. narrauimus, Confessarius famulæ Christ B. Margaritæ de Cortona à D. Deputatus eleganti sermone ex his quæ viderat & audierat. *Vitam, Reuelationes, Illustrationes, Miracula eiusdem præclaræ fæminæ*, scripsit x i i, cap. distinctum Florebat anno 1300. *Marian. Vuad. & alij loc. cit.*

CIV. *Iustus del Rosa* Florentinus, Tertij Ordinis Pænitentum sectator, B. Thomasuccij Nucerini discipulus, & comes indiuiduus ad mortem vsque de anno 1377. scripsit. *Vitam tanti sui Magistri*, quam antè anno 1500. Vicentiæ euulgauit Henricus de *S.* Vrso, *Marian.* loc. cit, cap. 24. *Vuad.* tom. 4. a. 1377. n. 23.

CV. *Laurentius de Cardoso* districtus Lucensis, Strictioris Obseruantiæ varijs titulis præclarè meritus, cuius suprà *par. 2. tit. 2. ser. 5. nu. 16.* meminimus, vir, sana eruditione, & multa in Virginem Dei genitricem deuotione decorus, inter alia non spernandæ lectionis Opuscula, quibus memoriam sui posteris dereliquit scripsit Italicè.

*Villa Regia di Maria sempre Vergine*, prodijt Venetiis anno 1630. Viuebat Autor Anno 1650, *Vuad. Marrac. l. c.*

CVI. *Laurentius Corbosa* Etruscus an. 1627. scripsit *Lectiones XXXXVI.* super Ps. 86. *Fundamēta eius.* & cap. 24. Ecclesiastici *Sapientia laudabit, Vuad.* de scriptor.

CVII. *Laurentius à Valsco* in tractu Capharoniæ sac. Theologiæ Professor inter Obseruantes edidit.

*Commentaria in summulis Petri Hispani, & Examen Ordinandorum*. Florebat anno 1640.

CVIII. *Laurentius Vanninius* Lucensis Minor. Cappuccin. celebris Concionator, edidit Florentiæ anno 1676. *Conciones Quadragesimales* inscriptæ *Metafore fatre per tutti i giorni di Quaresima.*

*Sermones XXX.* pro deuotione xxxx. horarum.

*Sermones IX.* pro expectatione partus Virginei, & *Conciones pro Aduentu.* Qui cùm feria 6. Dominicæ 2. (ni fallor) Quadragesimę anni elapsi 1678. in Ecclesia sui Ordinis Turrichij actu verbū Dei proponeret, repentino accidente correptus, Iesus, Iesus inclamauit, & vocem amisit, paulòque post emisit spiritū.

CIX. *Leonardus* Senensis S. Bernardini conciuis discipulus, & ab ineunte ætate familiaris, scripsit *Vitam eiusdem Sancti Bernardini Vuad. tom. 4. an.* 1380. *num.* 1.

CX. *Lucas Mencholinius* à Cutiliano Pistoriens. Excellentissimus Theologus Prædicator famosus, qui ad plures annos Florentiæ, Aquilæ, Perusij, ac Venetijs Sacram Scoti doctrinam docuit, collegit, scripsit.

*Contradictiones Scoti, tùm litterales tùm virtualiter tales tùm dictis Sanctorum & Philosophorum oppositiones in Prologum, Primum, atque Secundum Librum Sententiarum subtilissimi Ioannis Duns Scoti.*

Quas expurgatas, auctas edidit P. Iacobus Peri Pistoriensis præfatus. Demùm Custos actualis Neapoli, tempore Congregationis Generalis. anno 1590. vitę cursum absoluit.

Lucas

CXI *Lucas de Subreto* sac. Theologiæ Mag. scripsit *nonnulla Opuscula* inquit *Tossin. lib. 2. pag. 328. laude digna, & quadam desiderantur*.

CXII. *Ludouicus de Subreto* scripsit & ipse quędam opuscula, ait *Vuad.* tom. 2. anno 1288. nu. 4.

CXIII. *Ludouicus de Filicaia* nob. Florentinus, doctus Minorita lingua vernacula edidit

*Vitam S. P. N. D. Francisci Pisan Gonzaga Possenino, Euad. l. c.*

CXIV. *Ludouicus Nuti* Cosmopolitanus, Minor. Conuent. sac. Theologiæ in Vniuersitate Pisana publicus Doctor, & antiquitatum indagator, his nostris temporibus collegit & scripsit Italico idiomatę.

*De Viris illustribus Minorum Conuentualium*.

Sed morte pręuentus edere non potuit, cuius MS. penes Superiores Generales, eorundem reperiuntur.

CXV. *Ludouicus à Castillione* Diœces. Aretinæ Philosophiæ & Theologiæ Magister Oxoniensis, ibidem claruit sub Ioanne XXII. atque scripsit.

Opuscula in sacra Pagina, & ) *Marian. & Vuad.*
Tractatum de Paupertate Christi ) *loc. cit.*

CXVI. *Linus Morinius* Florentinus, Definitor, & Minister Prouincialis Minorum Obseruantum Tusciæ edidit Florentiæ anno 1612.

*Descriptionem sacri Montis Aluernæ, cum Iconibus docta manu are incisis*. Obijt in patriam 1633.

CXVII. *Marianus* Florentinus sępe ac sępius citatus notissimus Scriptor fidelisque rerum nostrarum relator, Regularis Obseruantiæ decus & ornamentum; sancto studio & labore totus intentus colligendis, præsertim intrà fines Italiæ, monumentis Minoritici Ordinis, Historiam à Religionis exordijs ad sua vsque tempora, & initia Pontificatus Leonis X. fida narratione deduxit. Operis Titulus hic est.

*Fasciculus Chronicarum Ordinis Minorum*.

Libris V. opus distinctum. scripsit præterea.

*Catalogum*, seù *Breuiculam Historiam piorum Laicorum*, seù *Conuersorum eiusdem Ordinis*.

*Alteram Fæminarum Ordinis Sanctæ Claræ*.

Hæc extat MS. orig. apud Moniales s. Mariæ de Monticellis Florentiæ, quàm in Conuentu Volterrarum die 19. Maij, anno 1519. terminauit.

*Tertiam Virorum illustrium Tertij Ordinis s. Francisci*.

*Alteram sacri Montis Aluernæ*. Harum nullam videre potui, pręter illlam Clarissarum, Romę n. sunt in Bibliotheca s. Isidori. script. etiam,

*Itinerarium Vrbis Romæ, XVIII. cap. distinct.*

*Tractatum Coronæ Virginis Mariæ*, variis meditationibus distributum, Addidit quoque nonnullas pias preces & collectas super *Coronam Domini*, XXXIII. Pater noster. Cui scribendi finem fecit die 20. Martij anno 1503. in Conuentu S. Saluatoris Montis s. Miniatis

Item

Item *Tractatum de Origine, nobilitate & excellentia Prouinciae Tusciae XXV. cap. digestum.* Quem sæpius citamus, & ipse absoluit anno 1517. atque Patri Francisco Cino Pratensi Secretario Generali dicauit. Prædicti autem isti Tractatus in vnum congesti libellum MS. asseruantur Florentiæ in Bibliotheca Conuentus Omnium Sanctorum B. 3. Ord. 8. *Scriptores communiter.*

CXVIII. *Massens Bruna* de Fiuizzano Minor. Obseru. scripsit ad consodalem Fratrem Leonardum de Albertis Florentinum, *Epistolam doctam & diffusam de statu Ecclesiæ, & calamitate sui temporis.*

CXIX. *Matthaeus Balbanus*, Lucensis Capuccinus Italicè scripsit, *De Flagellatione Domini. Vuad. loc. cit.*

CXX. *Matthaeus* de Sthya Minor. Obser. Definitor anno 1524. 27. 30. 33. & 36. scripsit *Opusculum de Sac. Stigmatibus S. P. Franc. Anto.* Daza cap. 2. Obiit in Conuentu Sergiani extrà Aretium an. 1548.

CXXI. *Maximianus* Volaterranus sac. Theologiæ Magister, qui florebat a. 1405. edidit.

*Lecturam super Sententias: Tossinian. loc. cit.*

CXXII. *Nicodemus* Florentinus an. 1601. in patria edidit.

*Dialogum Animæ rationalis super XXXVIII. Mysteria vitæ Christi.* & *Summam Casuum Conscientiæ.*

CXXIII. *Nicolaus Senensis*, teste Vuad. tom. 2, an. 1266. nu. 19. scripsit;

*Sermones super Epistolas, & Euangelia Quadragesimæ.*

CXXIV. *Nicolaus Spinellius* nob. genere Florentinorum in Philosophia, & Theologia Doctor magnificus, in Prędicatione Tuba resonans, celebris suo tempore per totam Italiam habitus, scripsit.

*In Philosophia, & Theologia*, inquit *Marian. tract. cit. cap. 11.*

CXXV. *Octauianus Spatarius* de Incisa Minister Prouincialis Tusciæ, Ordinis Definitor; publicus & eximius sacræ Theologiæ speculatiuę ac moralis in Tuscia, Lombardia, Alemania, Gallia Romaque Professor, celeberrimus verbi Dei Pręco totius Italiæ Serenifs. Ferdinandi Primi, Cosmi II. Etruriæ Mag. Duc. Theologus, & Sacrorum Canonum Interpres, edidit.

*Methodum de modo corrigendi Regulares.* [*Conciones de*
*Centuriam Concionum quadripartitam* (*Conceptione Virginis Mariæ.*
*Conciones Quadragesimales.* *Conciones pro Aduentu.* Obiit Romæ Sacrorum Canonum Lector in Conuentu Aracælitano circa annum 1626. *Vuad. Marrac. loc cit.*

CXXVI *Paolus Iona* Lucensis, cuius acta damus Theat. 1. Ord. tit. 4. semel & iterum Vicarius Prouincialis Obseruantum in Tuscia, & Ordinis Definitor Generalis, Parisiensis Doctor, Concionator Apostolicus, vti suprà narrauimus, luculento religiosarum virtutum decore conspicuus, inter alia pietatis & doctrinæ monumenta, edidit.

*Symbola de Immaculata Conceptione B. Virg. Mariæ.* florebat anno 1473. *Marian. Marrac. Vuad. loc. cit.*

CXXVII. Petrus de Acciaiolis Florentinus, qui florebat anno 1328. doctè reliquit ingenii sui monumenta, ait *Vuad. tom. 3. anno citato nu. 22.*

CXXVIII. *Petrus Capullius* Cortonensis, ob eminentem doctrinam & sapientiam, cognomento *Magistrinus*, Baccalaureus Collegii Veneti, inde Regens in Conuentu XII. Apostolorum de Vrbe; postremò Episcopus Conuersanus, vti supra, par. 2. tit. 1. ser. 4. nu. 17. diximus, scripsit doctissimè *Tom. 2. in Sententias D. Bonauenturæ*. Obiit in suo Episcopatu die 24. Iunii, anno 1625.

CXXIX. *Petrus Aluernicula* Philosophus & Theolog. egregius, edidit *Quæstiones in Metaphysica*. *Tossinian. loc. cit.*

CXXX. *Petrus* de Monterone coquus & familiaris B. Petri Pettinarii Senensis Tertii Ordinis scripsit Latinè & diffusè. *Vitam eius B. Petri Pettinarij*. Florebat anno 1290.

CXXXI *Petrus de Montesio*, Senensis B. Iacobi Piceni valdè familiaris, vir piissimæ vitæ, & musicę peritus, qui huius artis aliquot reliquit monumenta. In Cœnobio Montis Pulitiani pulchrum eiusdem Antiphonarium, & inter reliqua *Officium SS. Trinitatis*, cuius modos ille composuit, vti Theatr. 1. Ord. tit. 9. diximus.

CXXXII. *Petrus* de Phocecchio, Ord. Minor, Conuentual. vir doctus, & Verbi Diuini Prædicator eximius edidit Italicè *Conciones VI.* super *Salue Regina* & vnam

*De Festo Annunciationis B. M. V.* Marracc. loc. cit. florebat anno 1600.

CXXXIII. *Philippus* à Castillione Diœcesis. Aretinæ in Theologia Magister, insignis apud Oxonienses, vbi dùm versaretur, anno 1322, & sequenti, inter Theologos, & in Curia Pontificia Ioan. XXII. quæstio illa satis molesta de *Paupertate Christi*, *plura addidit de hac controuersia Opuscula*. *Vuad. tom. 3. an. 1316. num. 8.*

CXXXIV. *Philippus* florentinus, dictus Vltranensis, celebris Concionator, ac sac. Theologiæ Doctor Parisiensis scripsit:

*Tractatum, seù Methodum componendi sermones*.

*Sermones pro diebus Festiuis Sanctorum, ac B. V. M. & ferialibus totius anni*.

*Conclusiones collectas ex libris Physicorum Aristotelis*.

Extant MS. in Bibliotheca s. Crucis Florentiæ, floruit circà annum 1313. *Vuad.* de scriptorib. *Marrac. Tossinian. Gonzaga Posseuinus locis citatis*.

CXXXV. *Philippus* alter Florentinus herbarum florumque virtutibus dignoscendis totus addictus, scripsit Italicè dedicauitque Cosmo Primo Magno Etruriæ Duci Librum quinque partibus distinctum, cui Titulus.

*Compendio delle facoltà de' Semplici*. Prodiit florentię anno 1572. *Vuad. de* scriptorib.

*Lubet hic, licèt non scripserint, duos alios Minoritas Regul. Obseruantia eiusdem Patria ac Professionis, nostro anno conspicuos, & in pretio habitos, memorare.*

*Franciscus Mallocchius florentinus*, Sacerdos, herbarum lapidumque virtutum & qualitatum peritissimus indagator, tanti à Cosmo secundo Mag. Etruriæ Du-

ce

ce factus est, vt *Herbarium* in capite Viridariorum suorum eundem voluerit, quo in obsequio obijt Pisis anno 1614.

*Franciscus* alter *Florentinus* Sacerdos inter Pharmacopolas facilè Princeps; parem .n. hac nostra ætate non habuit, in distillationibus: Hic adhuc adolescens Clericus sacram Palestinam lustrauit, atque singulari huius artis peritia à Magnatibus Turcis, Græcis, Armenis, & aliarum nationum illarum regionum in summo pretio habitus & veneratus, multùm contulit quieti Fratrum Minorum in Terra Sancta degentium. Reuersus in Patriam, Sacerdos factus non minori cum fecit Ferdinandus II. Mag. Etruriæ Dux, eius .n. opera vsus est in multis, in celebri illa sua distillationum Officina: fereque tota Ciuitas Florent. ad eum confluebat; vnde communi mærore morte sublatus est anno 1656.

CXXXVI. *Philippus* Volaterranus, edidit Florentię.

*Concordantias Euangeliorum*; &

*Homilias XIV. Gonzaga Vuad.* *Possevin. loc. cit.*

CXXXVII. *Propertius Resta* Volaterranus, Chariathi in Regno Neapolitano Episcopus, de quo egimus suprà, *par. 2. tit. 1. ser. 4. nu. 18.* Minor. Conscientiæ & sapientię dotibus illustris edidit.

*Libros Quatuor; De Vera Sapientia.* Obijt anno 1602.

CXXXVIII. *Saluator Vitalis*, Sardus natione, huius Prouinciæ, alumnus dictis, factis & scriptis illustrator ab anno 1625. ad 1647. quo Romæ non sine sanctitatis opinione migrauit ad Dominum, Vir vitę austerę, magni nominis apud Etruriæ nostræ Magnos Duces, & Patres Regularis Obseruantiæ, Sac. Montis Aluernæ pius incola, cultor & illustrator, aliorum Conuentuum Guardianus, Nouitiorum Magister, doctrina scientiàque plenus, omnigena eruditione clarissimus, vti *Theatr. 1. Ord. tit. 9.* diximus, inter Tuscos meritò connumerandus, edidit .n. *Floretum Aluerninum. Chronica Seraph. Montis Aluernæ.*

*Monte Serafico della Verna. Vitam S.P.D. Francisci. Apodixim Sanctitatis eiusdem. Theatrum Sac. Stigmatum. Historiam Seraphicam. Trilogium via Crucis.*

*Trilogium trium horarum, quibus Christus pependit in Cruce.*

*Directorium Crucis. Funerale Christi.*

*Annales Sardiniæ. Chronica Corsica.*

*Vrania Sulcitana. Militia Sacra.*

*Theatrum triumphalis Mediolanensis Vrbis Magnalium. par. 1.* & alia opuscula iam filius Tusciæ, atque alia scripserat anteà;

CXXXIX. *Seraphinus* Aretinus, Minorū Obseruantum Definitor anno 1544. vir ingenio, eruditione ac religiosis moribus conspicuus, edidit sermone vernacula, *Libellum de Immaculata Conceptione B.V. Mariæ. Tossinian. VVillot. Possevin, Marrac. loc. cit.* Obijt florians anno 1546.

CXL. *Seraphinus* à S. Mama, haud longè à sac. Aluernæ Monte secus Arnum, semel & iterum Definitor inter Obseruantes facundus Concionator, edidit

*Tractatum de Indulgentijs*, ] *Obijt Volaterris anno* 1588.
*Conciones in festiuitatibus B.M.V.* ] *Vuad. loc. cit.*

CXLI. *Seraphinus* à S. Petro in Balneo Æmiliç, edidit

*Tractatum in Ius Canonicum*. florebat inter Obser. in Monte Aluernæ an. 1530

CXLII. *Seraphinus Nencinius* à Prato, Theolog. Concionator Generalis. multiplici virtutum laude, morum candore, & vitæ sanctimonia, his nostris diebus, clarus cuius præclara facinora luculenter & doctè referat Pater Bonauentura Baro Hibernus, de quo suprà nu. 39. egimus, in sua *Trias Tusca par 3. & nos Theat. 1. Ord. titul. 9.* Socius & comes indiuiduus; atque Confessarius Ven. Patris Benedicti à Podio Bonitij, lingua vernacula, piè, diffusè, ac candidè ex his quæ viderat & nouerat in viro Dei scripsit.

*Vitam* eiusdem Serui Dei, *Benedicti à Podio Bonitij*, in duas partes distinctam. Extat MS. in Conuentu Palci extra Pratum in eandem Cellulam (in Oratorium conuersam] in qua Benedictus præfatus habitabat, & obdormiuit in Domino a. 1659. Ex qua meam ipse concinnaui historiam, quàm *Theatr. 1. Ord. tit. 4.* exaraui. Obijt Seraphinus Florentiæ in Conuentu Omnium Sanctorum pridiè Assumptionis Virgineæ anno 1669. in medio Chori sepultus, hac inscriptione.

*Hic iacet P. F. Seraphinus de Prato Sacerdos Ordinis M. R. O. A. D. M.DC.LXIX.*

CXLIII. *Serua Sanctus*, secundùm *Pisan. Seruatius. Geruasius, Marian*: Etruscus ædit.

*Luculentam Summam de vitijs & Virtutibus:*

*Aliam de Pœnitentia, & eius tribus partibus.*

CXLIV. *Siluester de Puppio*, vir pius, & doctus, semel & iterum, tertiò & quartò, atquè quintò & sextò sacri Montis Aluernæ Guardianus; industria sua multa contulit bona, & domus illius decorem àuxit. Definitor, Custos atq; Tusciç Obseruantum Minister, necnon Definitor Generalis, scripsit & cecinit.

*Pia Carmina de S. P. N. D. Francisco ac Montis Alverna.*

Obijt tantus vir, ferè centenarius anno 1578. in Conuentu *S.* Ioannis extra Aretium.

CXLV. *Siluester Senensis*, S. Bernardini, ac B. Thomæ Florentini præclarus discipulus, insignis in vniuersa Italia Prdicator, ingenio pollens, in omni doctrinarum genere versatissimus, Sedis Apostolicç Nuncius, & Cruciatæ Concionator, *vti alias diximus, & Theat. 1. Ord. tit. 9. latè narrauimus*, scripsit Librum.

*De Iustitia, & reliquis Virtutibus.* Et egregia alia volumina, inquit *Marian. & Vuad. loc. cit.* Sanctè obijt in Conuentu Scarlini vbi tyrocinium posuerat, circà annum 1450.

CXLVI. *Simon* à Larciano, Concionator, Lector Theologus *cuius sup. par. 2. tit. 3. ser. 7. n. 15.* meminimus, adhuc in humanis sacrorum Rituum & Cæremoniarum studio commendabilis: huius generis Opusculum scripsit inscriptum

*Sacrarum Cæremoniarum Silua lib. IX. distributum.* Florentiæ ad signum Stellæ, edidit 1679.

CXLVII. *Theophilus Palantius* de Bibiena, Concionator Philosoph. Theologus, atque in humanis litteris eruditissimus, necnon Poeta laureatus, inter Accademicos sui temporis incessit, ediditque

*AEnigmata & Poemata Sacra plura*, omnigena eruditione referta.

Edidit prætereà, anno 1611. Florentiæ, vnà cum Iconibus & imaginibus, seù verius spectris Tyrannorum, Poetarum atque Monarchorum infidelium, eruditis inscriptionibus metro singulis appositis, appositè circumcirca Mortis simulacrum dispositis in forma Theatri,

*Spettacolo a i Mortali per la Filosofia morale*: scripsit verò

*Conciones Quadragesimales, & de Aduentu* hoc titulo *Imprese sacre*. Paulum Aretium in hoc imitatus: Habentur M. S. vnum in Conuentu *Iecisa*, alterum *Pistorij*. Obijt Florentiæ ferè nonagenarius die 26. Decembris 1638.

Item *Accademie morali di Christo Signor Nostro, e del Diauolo nostro nemico*, intitul. Asseruantur M. S. in Conuentu Montis S. Miniatis extrà Florentiam, doctè quidem & ingeniosè conscriptę, suis appositis Hieroglificis, de virtutibus & vitijs moraliter & appositè differit.

CXLVIII. *Vincentius Bertinius* a Sarth. Diuini Verbi Ecclesiastes insignis, summus Theologorum sui ęui, sapientia, prudentia, & in agendis peritia plenus multa eaque magna in obsequium S. Romanæ Ecclesiæ, Minoritici Instituti, Principumque fecit, gessit, & scripsit, edidit enim,

*Centuriam primam Quæstionum Politicarum, & Moralium* lib. IV. distinctam, & quatuor an. s. 1637. 38. 39. & 40. Senis imprexam.

*Centuriam secundam, de Præceptis Christianis*, anno 1642.

*Centuriam tertiam, de Præceptis Politicis & Militaribus* spectantibus ad Principem Belligerum, Imperatores, Duces, & milites, e Sacra Scriptura decerptis. Senis anno 1634.

*Sacra Palestina descriptionem*. Senis anno 1635.


*Concionem doctissimam de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis*: habuit Neapoli anno 1625. in solemni Episcoporum consessu, sub metaphora *Turris Dauidicæ*.

*Theatrum Sapientiæ, &* ] quæ nondùm prodiere. Obijt an. 1643. in Con-
*Vitam S. Bernardini*. ] uentu Montis Ilcini inter suos Obseruantes sepultus. *Vuad. Marrac. loc. cit. & nos suprà, par. 1. tit. 3. ser. 3. par. 2. tit. 3. ser. 3. n. 28. ac Theat. 1. Ord. tit. 9.*

CXLIX *B. Vitus* Cortonensis S. P. D. Francisci discipulus, Minister Romaniæ, *vti Theatr. 1. Ord. tit. 4. & supra par. 2. tit. 3. ser. 1. n. 17. diximus* scripsit,

*Vitam B. Humilianæ de Cerchijs Vid. Florentinæ Tertij Ord.* quam in compendio politiori stylo redegit Raphael Volaterranus, florebat in Oriente an. 1250.

CL. *Zenobius* Florentinus, Concionator, & Cantor egregius, magnus, & optimus scriptor Librorum Choro inseruientium, cuius artis & modos composuit, & quamplures libros reliquit. Obijt Florentiæ in Conuentu Omnium Sanctorum anno 1568.



SERIES V.

## PRÆFATIO

*PRAETER prænemoratos Archiepiscopos, Episcopos, Legatos, Missionarios, Nuncios, Oratores Pœnitentiarios, Prædicatores, ac Commissarios Apostolicos; Inquisitores Generales, Doctores Parisienses, Lectores Iubilatos, atque Scriptores doctrinæ, & Sapientia præclaros Etruscos, quorum summa numerum DC. transcendit: quamplurimi alij successiuis temporibus ex Tuscia, quasi ex Equo Troiano. prodierè Heroes varijs artibus, atque scientijs, præsertim Sac: Theologia ac Prædicatione Verbi Dei insignes, illustres, strenuique Ecclesiæ Catholicæ commilitores, atque solertes in Vinea Domini Operarij; sed vt plurimum, temporis diuturnitate, & antecessorum incuria nos latent. Quorundam igitur aliorum nomina, quæ innotescunt, sequentibus Seriebus in memoriam reuocamus. Igitur Series V.*



# SERIES V.

## MINORITÆ CONV. ETRVSCI DOCTRINA ILLVSTRES. A PATRE VVADDINGO RELATI.

I. *ALexander Ferrinus* Florentinus Sac. Theologiæ Magister prædicatione sua Italiam illustrauit, atque solertia plurimum contulit in restauratione Conuentus Burgi S. Laurentij in Mugello, S. P. Francisci habitatione, & sedile venerabilis.

II. *Antonius Bagnai* Senensis, è Nanninis de Clusio oriundus, vir doctissimus pluribus annis Taurini Metaphisicam, atque in Vniuersitate Senarum Sacram Theologiam docuit, anno 1608. Minister Prouincialis, & Commissarius Generalis in Tuscia assumptus, prudentissimè ad triennium gubernauit, atque anno 1614. Senis in patrio S. Francisci Conuentu Patribus appositus est.

III. *Magister Antonius Forti* de Monteuarchio, vir doctus, & insignis Concionator, florebat in Patria anno 1430. vbi patrium Cœnobium vetustate collabantem reficiendum curauit.

IV. *Magister Antonius Petronus*, præfati conterraneus, in Theologicis eruditus in rebus agendis prudens, & Tusciæ Minister zelantissimus extitit

V. *Magister Antonius Sersitorius* doctrina ac prædicatione patriam, & Cœnobium Fighinensem illustrauit.

VI. *Antonius*, seu *Anthimus* q. Iacobi de *Vgurgieris* nobil Senen. filius, publicè

cè Pataui Sac. Theologiam docuit, A Senensi Senatu ad Carolum IV. Imperatorem anno 1357. Orator missus, Vniuersitatis patrię Priuilegia confirmata reportauit, & Imperiali Aquila gentilitia domus suæ illustranda obtinuit.

VII. *Aurelius Petri* à Monteuarchio Magister Sac. Theologię & insignis per vniuersam Italiam Verbi Diuini declamator.

VIII. *Bartholomæus de Gallicano*, Lucensis, vir religiosus ac timens Deum, prædicationeque celeberrimus florebat anno 1284.

IX. *Bartholomæus* Pisanus, cum Pisis & in alijs studijs generalibus Sac. Theologiam docuisset; anno 1376. in Comitijs Aquilę celebratis die 13 Iunij, destinatus est vt legeret libros Sententiarum Cantabrigiæ, atque eodem an. de manu Patris Thomæ de Frignano ex Ministro Generali Patriarchæ Gradensis Magisterij Gradum laureamq; accepit.

X. *Magister Bartholomæus* Senensis, Theologia, Prædicatione atque regiminis prudentia claruit Syriæ .n. & Tuscię Prouincias laudabiter gubernauit; obijt Senis anno 1455.

XI. *Magister Bernardinus* Florentinus Theologus eruditissimus, & in tota Italia disertiss.mus & Apostolicus Concionator.

XII. *Magister Bernardinus Piallaccius* Figlinensis omnigenæ eruditionis vir, atque prædicatione celeberrimus florebat circa annum 1580. cui

XIII. *Magister Bernardinus Piallaccius* nepos, nostra hac tempestate Theologia, Prædicatione ac Musica successit & floruit, 1660.

XIV. *Bernardus* à Colle Vallis Elsæ, Sacr. Theologiæ Magister insignis, in sacris litteris versatissimus, & egregius Concionator, atque probatissimę vitæ, *tempore Nicolai IV. Ecclesiam, suamque Minor. Religionem tanquam Lucerna illuminauit*, inquit *Marian. tract. de Orig. cit. cap. 11.* Obijt in patria anno 1292.

XV. *Cæsar Palmeruccius* de Monteilcino ob egregias animi dotes, eminentem scientiam, prædicationem atque prudentiam Tusciæ Minister electus an. 1594. anno verè 1598 Guardianus in Conuentu XII. Apostolorum de Vrbe, atque sequenti socius, & assistens Ministri Generalis Ordinis Minorum Conuentualium ascitus est.

XVI. *Clemens Thomasinius* de Florentia (inquit Cathalogus Theologorum Concilij Tridentini: sed Ioseph Mannuccius Puppiensis in suo libello, *Glorie del Clasentino*, edito anno 1674. de Puppio conterraneum dicit: nescio an duo fuerint eiusdem nominis & cognominis, atque eiusdem dignitatis eodem tempore: quod .n. de vno Catalogus, de altero refert Mannuccius) Regens in Conuentu S. Crucis Florentię, interfuit Theologus præfato Tridentino Concilio, atque Tusciæ Prouinciam ad triennium rexit.

XVII. *Franciscus* à Buggiano publicus, & acceptissimus Sacræ Theologiæ Professor erat in Conuentu S. Francisci Lucę an. 1333.

XVIII. *Franciscus* Emporiensis olim Tuscię Minister, Sac. Theologiæ Magister famosus, facundus Concionator, & in iure Canonico versatissimus Florentiæ florebat [*teste Scipione Ammirato antiq. Histor. Flor. par. 1. tom. 2. pagina 56. litt.*

*lit. A. B.*] anno 1358. quo instructæ aciei Minoriticæ dux factus de *Montis Pietatis* erectione, a Senatu Florentino excogitata, honestate, vtilitate, ordine, &c. eloquentissimè solemnibus concionibus, subtilissime publicis disputationis, atque eruditissimè, & neruose scriptis aduersus Prædicatores, & Eremitas Augustinenses, qu sub Magistro Petro Strozzio insigni Theologo Ord Prędiicatorum aciem instruxerant aduersam, prædicans, differens, & suadens ostendit substinuitq. posse sine vlla odiosæ & iniustę vsuræ labe, atque ideò licitè, quod illi negabant, & tanquam vsurarium damnabant, pecuniam istiusmodi Montium murum dari accepto pignore, vel & denariolo, obolo, sextante, aut bagattino (nomina sunt diuersorum regionum danarioli tenuissimi pretij) per singulas libras detentæ pecunię in mercedem officialium & stipendium gubernatorum, qui pio huic operi inseruiunt, aliarumque expensarum leuamen. Doctrina vtique sana, quam & Authores graues tradunt, & summi Pontifices approbant, dum peculiarium Montium erectiones laudant, & suis diplomatibus confirmant. Etenim, Montem Vrbis Veteris Pius II. anno 1464. Perusinum Paulus II. anno 1467. Viterbiensem Sixtus IV. an. 1472. & Sauonensem 1479. Mantuanum Innocentius VIII. an. 1486. Cæsenatem, & Parmensem anno 1488. Patauinum Alexander VI. an. 1493. & demum Leo X. in Concilio Lateranensi sess. X. pium hoc inuentum pauperum susidium Bulla, quę incipit *inter multiplices*, approbanit, & qui contrarium prædicauerint Ecclesiasticis afficit censuris,

XIX. *Magister Franciscus Facundius* Figlinensis inter alias Italiæ Ciuitates facunda sua eloquentia & prædicatione Ferrariensem illustrauit, vbi longo tempore prædicauit. & Principum Estensium Confessiones excepit.

XX. *Magister Franciscus Ghinuccius* de Monteuarchi scholastica eruditione, & prędicatione florebat anno 1500. vir intrepidus, & propterea amandatus à quatuordecim Ministris ad Sedem Apostolicam acturus cum Iulio II. Sum. Pontifice de abrogando Ministro Generali Ægidio Delphino Amerino. Etruriæ Prouinciam regendam suscepit anno 1503.

XXI. *Magister Franciscus Lucianus* à Plumbino Tusciæ Minister, ac optimorū su instituti in Italia studiorum Regens, florebat circa annum 1350.

XXII. *Magister Franciscus de Goris* a Monte-Pulitiano, inclytus sui temporis Concionator, regularis dicipl næ inter suos Conuentuales, ac sanctimoniales Clarissas egregius promotor, virtutibus, & sanctitate vitæ (*vti theatr. 1. Ord. tit. 4. diximus*) clarus migrauit in Cęlum anno 1513. sepultus Florentiæ in Ecclesia S. Crucis,

XXIII. *Magister Franciscus Thedaldius* Florentinus, insignis Theologus, ac Verbi Dei Præso, erga Seraph. P. N: Franciscum deuotissimus, ob eius venerandam memoriam in Cœnobio Burgi S. Laurentij in tractu Mugelli, locum ipsum toto conatu à vetustate purgatum & restauratum voluit, vbi & carnis Sarcinam religioso fine deposuit.

XXIV. *Magister Gabriel* Florentinus eruditissimus Theologus, atque sui temporis celeberrimus Ecclesiastes florebat circa annum 1480.

XV. *Gabriel*

XXV. *Mag. Gabriel de Vtinellis* Senensis S. Bernardini coetaneus, & in tota Ecclesia praecellens Concionator extitit.

XXVI. *Guerinus Cappellettus* à Plumbino eminentissimus Sac. Theologiæ Doctor, insignis Ecclesiastes, & Tusciæ Minister florebat circa an. 1340.

XXVII. *Mag. Hieronymus Tinellius* à Monte ilcino scientia, prædicatione, ac solertia sua multa præstitit beneficia, decoremque auxit patrij Cœnobij.

XXVIII. *Mag. Iacobus Capponius* nobilis Florentinus, insignis Theologus in Accademia Bononiensi an. 1436. plurima & insolita obtinuit priuilegia à Reuerendiss. P. Gulielmo de Casali Ministro Generali.

XXIX. *Mag. Iacobus Leonis* Plumbinensis, & Tusciæ Prouinciam administrauit, & optima Instituti Studia summa cum laude rexit.

XXX. *Mag. Iacobus Mazzanius* de Asciano eruditissimus sui temporis Theologus, & proficuus Ecclesiastes, patrij Cænobii Claustrum interius restaurauit, & soleitia sua alia addidit beneficia.

XXXI. *Iacobus de Vgurgieris* Nobilis Senensis, studiorum causa Parisijs missus, multùm in omni genere doctrinæ profecit; sed prædicationis desiderio Lauream Magistralem non expectauit. Senis reuersus ibi primùm Dei Verbum Euangelizauit, inde Pisis, Bononiæ, Ferrariæ, Venetiis, & aliis præcipuis Italiæ ciuitatibus Florebat circà annum 1340.

XXXII. *Mag. Ioannes Tancredius* à Colle Vallis Elsæ insignis Theologus & Ecclesiastes, necnon Minorum Conuentual. Magister Generalis, obiit Florentiæ anno 1573.

XXXIII. *Mag. Ioannes* celeberrimus sac. Theologiæ Doctor & egregius Cōcionator, Ministerque Tusciæ, anno 1526.

XXXIV. *Mag. Lambertuccius de Frescobaldis* Patritius Florentinus sac. Theol. Magisterium summa cum laude tenebat in Conuentu s. Francisci Lucæ a. 1333.

XXXV. *Mag. Lazarus* à Monte Pulitiano pius & doctus Minorità, *vti Theat. 1. Ord. tit. 9.* diximus, cùm Populoniæ per annos septem piis quibusdam viris in societate flagellatorum nuncupata, piis operibus & penitentiis intentis præfuisset, Sacramenta ministraret diuina in humili Oratorio celebrasset, iam seni anno 1496. Alexander. VI. sum. Pontifex indulsit, vt reliquam vitam apud pios illos suos discipulos transigeret.

XXXVI *Mag. Leonardus* de Monte Pulitiano doctrina, virtute, & rerum agendarum peritia Florebat in Tuscia anno 1378.

XXXVII. *Mag. Leo Curtij* Comitis de Elcio filius, Philosophus ac Theologus insignis, Cathedram Metaphysicalem in Vniuersitate Senensi ad plures annos præclarè tenuit.

XXXIII. *Lucas Ninius* nob. senensis sac. Theologiæ Magister doctissimus, adeò patriæ acceptus vt Theologus & Orator pro ipsa Republica in Concilio Basileæ destinatus sit.

XXXIX. *Mag. Lucas* senensis alius adeò sac. Theologiæ professor eximius, vt inter tot eruditissimos Theologos Ferrariæ congregatos tempore Concilii

Generalis anno 1437. delectus fit vnus ex duobus assistentibus præuijs disputationibus, de *Primatu Ecclesiæ Romanæ*, & de *Attributis diuinis*, quæ agitanda erant in Synodo pro dilucidanda controuersia cum Græcis circa processionem Spiritus sancti à filio.

XL. *Ledouicus de Vecchis* senensis ineunte præsenti sæculo sac. Theolog. Magister celebris, prædicando ferè totam Italiam peregrauit, multosque peccatores ad pœnitentiam animauit.

XLI *Mag. Marcoualdus* à s. Miniate, vir celeberrimus, magni luminis, profundę scientię, & humilitatis, qui indignum se reputans Presbiterij dignitate, ad exemplum sui Institutoris in Diaconatu permansit Multis annis sacram scripturam Bononiæ, & alibi Theologiam interpretatus, quindecimque Etruscam hanc Prouinciam in capite moderatus. viuendi norma fuit Etruscis, eratque Minister an. 1402. quo S. Bernardinus Minoribus nomen dedit.

XLII, *Mag. Paulus Lambardius* de Montesio. vir doctus, & prudens Tusciæ Rector Florebat circa annum 1360.

XLIII. *Mag. Paulus Mazzarochius* Montesianus, prefati conterrane usTheologus & Ecclesiastes clarus Florebat an. 1586. Hic translati patrij Cœnobii Ecclesiam simul cum Fratre Francisco suo Nepote ædificauit.

XLIV. *Mag. Petrus Mazzantus* de Figline, vir eruditissimus, & Concionator eloquentissimus, Tusciæ Minister sub Francisco Sansone Generali, per cuius mortem anno 1499. institutus est Vicarius Generalis, Hic ex bonis paternis multa contulit patrio Cœnobio beneficia, & in cultu Ecclesiæ.

XLV. *Mag. Petrus Mollius* prefati conterraneus, doctrina sua & prædicatione præfatum Figlinensem Monasterium illustrauit, & sacris iocalibus ornauit

XLVI. *Mag. Petrus* Pistoriensis vir præstantissimus in Theologia Scolastica, Morali, ac sacra Predicatione Floruit circa annum 1400. in Prouincia Calabrię

XLVII. *Petrus* de Strada, Clusentina, Sac. Theologiæ Mag. & Concionator famosus, totius Ord. Procurator Generalis florebat an. 1340.

XLVIII. *Mag Thomas* à Phocecchio, vir singularis eruditionis, atque in agendis dexteritatis, totius Ord. Procurator Gener. & Gregorij xi. Pont; Max. ad Pisanos Nuncius fuit anno 1372.

IL. *Tondellinus* è Comitibus *Gangalande*, vir doctus, & mirificus Prædicator, in vniuersa Italia fama, & factis notissimus, ad vltimam vsque senectutem peruenit, florebat 1300.

L. *Mag. Victorius Cappellus* Senensis, Prouinciæ Calabriæ alumnus, nec non secundò Minister Prouincialis, doctrina & prędicatione vnà cum Tondellino clarebat anno 1300.

*Horum, vti diximus, & nonnullorum aliorum ex coetu Patrum Conuentualium meminit Vvadd. in Annalibus. Plures alios hucusque inter eosdem Sac. Theologiæ insignes Magistros, & Verbi Dei Præcones eximios extitisse, fas est credere, prout & ad præsens sunt: sed cum hactenus nec præteritorum, nec præsentium vel nomina acceperimus; idem prorsus dicendum de Patribus Capuccinis, calamo supersedere cogimur, & ad Obseruantes transire.*

SERIES VI.

# SERIES VI.

## MINORITÆ OBSERVANTES ETRVSCI DOCTRINA, AVT PRÆDICATIONES INSIGNES, AB AN. MD. AD MDC.

*INTER OBSERVANTES, qui, de more licet plus pietati, plus humilitati, plus simplicitati quam litteris & scholasticis disciplinis perpetuò tractu operam dederint; cunctis tamen vsque nunc sæculis quamplurimi Etrusci Heroes tum scientia, tum Prædicatione, tum Prudentia floruerunt; sed humilitas, sed simplicitas ipsa in qua educati sunt, se ipsa contenta intrà seipsa vt plurimum sepelliuit, & tanta caute la posteritati abscondit, vt nonnisi paucissimos, & quasi è latebris eruere sinuerit. His accessit iterata Prouincia diuisio, qua de causa monumenta alia dispersa sunt, alia perierunt. Quos itaque inuenire licuit, quos indagare ex præcedenti sæculo* 1500. *& labenti* 1600. (*de primo .n. de* 1400. *inuestigare abyssum petere crediderim: præterquam quod nonnullos suprà retulimus inter Episcopos, Legatos, Nuncios, Missionarios, Prædicatores Apostolicos, Vicarios Prouinciales, & alios titulos, & fortè reliquos inter vita sanctimonia claros dabimus in fine operis*) *partitis seriebus omissis elogÿs nomine tenus producimus. In præsenti itaque Serie damus, qui ab anno* 1500. *ad* 1600. *floruerunt.*

P. *Alexander Gai* Pistoriensis semel & iterum Definitor Custos, & Minister clarus etiam doctrina, & Prædicatione obijt an. 1549.

*P. Alexander Piccolomineus* nobil, Senensis floruit anno 1580.

*P. Andreas Alamannius* nob. Florentinus, vir doctissimus, olim Minister Prouincialis Definitor Generalis, & Curiæ Romanæ Procurator Generalis obiit anno 1535.

*P. Andreas Baldesius* Florentinus ab anno 1545.ad 1597.quo Florentiæ diem clausit extremum, sacris prædicationibus Italiam lustrauit, illustrauitque.

*P. Andreas* à Montepulitiano semel & iterum Minister Prouincialis, summus Theologus, & Concionator mirificus, quinquies propterea in Metropolitana Florentina succesiuè maiori semper populorum concursu & applausu Conciones habuit Quadragesimales. Obijt in patria an. 1529.

*P. Antonius* à Laterina insignis Ecclesiastes florebat anno 1532.

*P. Antonius*, & ) Pisani ciues litteris, & sacra prædicatione successiuè
*P. Antonius* ) claruerè vnus circà an. 1510. alter 1590.

*P. Antonius* à Popilio Pistoriens. Minister Prouincialis Vicarius Generalis; scholast cis diciplinis & verbi Dei prædicatione nulli sui temporis fuit secundus decessit Florentiç an. 1584.

*P. Antonius Vzanius*, Patritius Florentinus Concionator insignis florebat anno 1575.

*P. Bartholomaus* Florent. insignis Scoti interpres florebat an. 1585.

*P. Bartholomaus* à Sochana prędicatione florere cępit anno 1540. & ad ann. 1566. prædicando Italiam circuit.

*P. Benedictus de Medicis* Lucensis in sacrâ pagina doctissimus, & prædicatione insignis florebat circa an. 1520.

*P. Berardus Dragoncinius* Florentinus, Minister Prouincialis, sacra Theologia, & prędicatione clarus, obijt an. 1575.

*P. Bernardinus* à Cortona, vir optimus, lectione & sacra prędicatione florebat anno 1585.

*P. Bernardinus* de *Bornis* prædicatione florebat an. 1558.

*P. Bernardinus de Cinigiano*, Senensis famosissimus sui temporis Concionator, ac pietatis eximius sectator, obijt Senis circà 1540.

*P. Bernardinus Ptolomaius* nobilis Senensis, semel & iterum Tusciæ Vicarius, ac Minister, Commissarius Generalis Cismontanus, ac Fabricæ S. Petri de Vrbe Nuncius, & Commissarius, magnus Theologus, famosissimus Concionator obiit in patria an, 1530.

*P. Bernardinus* de Senis facundus Concionator diē clausit estremū an. 1580.

*P. Bernardinus* à Senalonga insignis Sac. Theol. Lector florebat 1585.

*P. Bernardus* à Molazzana, & ) Sac. Theologiæ insignes Collectores, sco-
*P. Bonauentura* Tuscus ) lastica, & prædicatione florebant 1575.

*P. Cherubinus Piccolomineus* nobil. Senensis magnus Theologus insignis Ecclesiastes Serenissimi Francisci Mag. Ducis Etrurię obinde preclarus familiaris, Theologus. Prouinciam hanc rexit ab an. 1584. ad 1587.

*P. Constantius* à Cascio Capheroniæ insignis Theolog. & Concionator 1580.

*P. Daniel de Gallettis* Senensis, vir omnigenæ eruditionis, insignis vbique Theologus, & Concionator, ac Tusciæ Minister florebat an. 1590,

*P. Faustinus de Luca* sacra prędicatione & Lectura clarebat an. 1580.

*P. Franciscus Alpinius* Aretinus, vir pius & doctus, semel & iterum Reformatorum Custos, Tusciæ Minister, Commissarius Generalis, famosissimus & Apostolicus Concionator obijt an. 1572.

*P. Fortunatus* de Florentia celeberrimus Concionator floruit an. 1550.

*P. Franciscus de Aquilis* Florentinus prædicatione florebat an. 1540.

*P. Franciscus Baroncellius* de Florentia, semel & iterum Definitor, sacra prædicatione clarus obijt in patria anno 1561.

*P. Franciscus Bartholomaius* Florentinus, Tusciæ Minister, Definitor Generalis, Theologia & prædicatione insignis obiit 1557.

*P. Franciscus Chrysellius* de Florent. eximius Theologus & Concionator floruit an. 1580.

*P. Franciscus Galantinius* Florent. Theologus, & Concionator eximius 1533.

*P. Franciscus Galghi* de Florentia prædicatione clarebat anno 1545.

*P. Franciscus* à Linari Euangelicus, & Concionator pius floruit 1560.

*P. Franciscus* Pisanus humanis, & diuinis litteris excultissimus, sacra etiàm prædicatione florebat anno 1590.

*P. Franciscus* Pratensis summus Theologus, & Concionator clarebat 1535.

*P. Franciscus Siluestrius*, dictus *il Carità*, de Florentia disertissimus Theologus, & insignis Ecclesiastes; obijt in patria an. 1528.

*P. Guido* Cortonensis Theologia & prædicatione florebat an. 1531.

*P. Hieronymus* de Aretio insigni verbi Dei Declamator florebat 1545.

*P. Hieronymus* Pistoriens. semel & iterum Custos vocalis, vir pius, ac scientia & prędicatione clarus obijt in patria an. 1550.

*P. Hilarion Sacchettus* patritius Florentinus, vir doctissimus, intrepidus, magnus, & ad magna peragenda idoneus; Definitor, Procurator, atque Commissarius Generalis, scientia, prudentia, & regimine commendatus obijt in patria anno 1535.

*P. Honorius Cayani* nobilis Florent. humilis pius, prouidus & doctus Minorita Clementis Pp. VII. Confessarius, obijt 1546.

P. *Horatius* alijs *Gregorius à Gallicano* Lucensi scientia florebat an. 1586.

*P. Iacobus* de Cortona Theologus, & feruentissimus Concionator clarebat an. 1545.

*F. Iacobus* de Mugello prædicatione clarus clarebat. an. 1525.

*P. Ioannes Baptista* à Massa Ducali versatissimus Theologus, & insignis Ecclesiastes obijt in patrio Conuentu, an. 1589.

*P. Ioannes Baptista de Terdotio* Romàdiolæ subtilissimus Iurista, celeberrimus Concionator, Tusciæ Minister florebat 1593.

*P. Ioannes Baptista Rossellius* de Aretio celeberrimus & fructuosus Concionator, eximius Theologus, semel & iterum, tertiò & quarto Reformatorum Custos, clarus virtutibus obijt 1597.

*P. Ioannes* à Barga profundissimus Theologus, & facundissimus Concionator floruit in Tuscia ab an. 1506. ad 1524.

*P. Ioannes* à Camaiore Lucensis, vir æquè doctus ac pius, Reformationis custos, Tusciæ Minister solertissimus, inter celebres Concionatores reputatus ab an. 1530. ad 1572. quo Lucæ in patrio Conu. religiosissimè quieuit in Domino.

*P. Ioannes* à Florentiola doctrina & prędicatione clarus obijt an. 1569.

*P. Ioannes Franciscus Cinius* Pratensis Concionator celeberrimus, in tota Italia, Venetijs prædicationis tempore an. 1536. requieuit.

*P. Ioannes Franciscus Cocchius* de Florentia, Theologus & Concionator celeberrimus Tusciæ Minister, Ordinis Definitor, scientia & prędicatione florebat anno 1590.

*P. Ioannes Gualbertus Rouai* nob. Florent. Theologus insignis 1580.

*P. Ioannes* Lucensis, semel & iterum Definitor, doctrina clarebat 1580.

*P. Ioannes* à Senalonga inter scholasticos & declamatores floruit 1575.

*P. Ioannes* de Sthia quinquies Definitor Prouincialis pluries sacri Montis Al-

uernæ Guardianus, olim Procurator Generalis, omnigenæ litteraturæ vir, obiit in sacro Aluernæ Monte 1560.

P. *Ioseph* Lucensis Concionator & Lector egregius florebat 1581.

P. *Ioseph* de Montaione prædicatione clarebat an. 1545.

P. *Iulianus* Cortonensis prædicatione & doctrina clarus obijt 1552.

P. *Iulius* à Monteignoso celebris Concionator & Lector erat an. 1580.

P. *Ludouicus* à Barga Litteris & pietate florebat 1536.

P. *Ludouicus* à Colle Vallis Elsæ, humanis & diuinis litteris apprimè exercultus florebat an. 1580.

P. *Matthaus Florantinus* nob. genere Pistoriens. clarus quoque virtute, & sacra prædicatione, obiit an. 1555.

P. *Matthæus* de Sthia; vir magnus, doctus, & prudens sępius Definitor, ac sacri Montis Aluernę Guard. celeberrimus Concionator, obiit Aretii an. 1548.

P. *Mauritius* Pontremulo litteris & prædicatione clarebat an. 1580.

P. *Michael* de Aretio insignis Theologus & Concionator floruit 1562.

P. *Michael* à Barga vitæ probitate ac prædicatione clarus florebat an. 1553.

P. *Nicolaus* à Cortona omnigenæ eruditionis & prudentię vir, obinde Serenissimorum Mag. Ducum Etruriæ Francisci, Ioannæ, & Blanchæ vxorum eius Confessarius, Theologus, atque insignis Hospitalis SS. Innocentium Florentiæ Rector extitit, obiit 1592.

P. *Nicolaus Nobili*, Lucensi familia ortus sacra eruditione & prædicatione nobilitatem suam nobilitauit, floruit an. 1532.

P. *Pacificus Saracinius* Minister Prouinciæ Senensis, nobilis genere, prudentià, & scientia obiit 1564.

P. *Paulinus* Pisanus [quem alii dicunt Liburnensem] statura pusillus, animo & virtute magnus, egregius Concionator, Prouectæ ætatis venit ad hoc Institutum, prius præsbiter, & facundus Prædicator. Per optimas quasque Italiæ Vrbes verbum Dei disseminauit; Philosophiam & Theologiam annis multis prælegit, & in vltima senectute Grammaticæ & Rhethoricæ pręcepta iunioribus explicauit, Prouinciam hanc ab an. 1538, ad 1541, laudabiliter rexit; numquam nouo, sed lacero habitu indutus incessit, multis tandem virtutibus cumulatus, plenus dierum & bonorum operum in patrio S. Crucis Conuentu an. 1552. in pace dimissus est.

P. *Paulus* Pisanus vir Religiosissimus, artis poeticæ peritissimus & castissimus, ac Concionator insignis obiit an. 1579.

P. *Paulus Arrigaccius* Florentinus, Prouinciæ Pennensis, olim Minister, Scotistarum sui temporis subtilissimus fuit, floruit 1582.

P. *Paulus* à Souaggio summus Theologus, insignis Prędicator, Tusciæ, & Prouinciæ Principatus Minister, Definitor Generalis 1580.

P. *Paulus* à Casoli agri Lucensis insignis philosophus, Theologus, Concionator, & Cantor, & Pictor, obiit in Ilbæ Conuentu 1589.

P. *Paulus Iona* de Luca prædicatione & doctrina florebat 1542.

P. *Philippus*

P. *Philippus* à Floriano insignis Theologus & Concionator florebat 1585.

P. *Philippus* Pratensis prædicator eximius viuebat anno 1523.

P. *Philippus* à Turiago Lunigianæ facundissimus Præco floruit 1535.

P. *Prosper Pampalonius* Lucensis, Theologus & Concionator celeberrimus, claruit etiam regimine, vti alias diximus, an. 1580.

P. *Thimotheus* à Casoli, Senensis, egregius in sæculo Doctor, insignis inter Obseruantes Ecclesiastes, ac Commissarius Generalis Cismontanus, vitæ austeritate, morum candore, disciplinæ regularis zelo, diuini cultus studio, ac reliquarum virtutum odore flagrabat, florebat an. 1550. Senis piè decedens, in Sacello S. Antonii cum ceteris sanctis Fratribus sepultus est.

P. *Timotheus* Lucensis, vir magnus & celeberrimus, semel, & iterum Vicarius Prouincialis, ac Generalis, & Fabricæ S. Petri in Vaticano Nuncius & Commissarius Apostolicus, litteris & virtutibus clarus migrauit à sæculo anno 1513. Senis in Conuentu Capræolæ sepultus.



# SERIES VII.

## MINORITÆ OBSERVANTES ETRVSCI DOCTRINA INSIGNES AB ANNO MDC. DEFVNCTI.

P. *Angelus de Silua plana*, Definitor, Theologus eruditus, insignis Concionator, fructuosus in partibus Missionarius, prudens Monasteriorum Rector obijt Liburni 1636.

P. *Antonius* de Florentia Theologus, prædicatione nulli secundus floruit, an. 1669. in patria sepultus.

P. *Antonius Maria* à Chitignano, magnæ expectationis, & indolis vir, Sacræ Theologiæ Lector obijt Mantuæ 1639.

P. *Antonius* à Massa Definitor Theologus & Excellentissimorum Massæ Principum Confessarius 1672. nonagesimo maior, die 22. Aprilis in patria obiit.

P. *Antonius* à Caugliano Lector Generalis actualis, in Conuentu Fani obiit anno 1678.

P. *Antonius à Massetta* Romandiolæ anteà Marchiæ, postea Tusciæ Prouinciæ alumnus longè processit in omni scientia, humanioribus litteris apprimè instructus, eximius inde Philosophus, Astrologus, Metaphisicus, Theologus euasit: Latinè, Hebraicè, Græcè, Syriacè æque legere, ac concionari nouit: Mallæus Hebræorum habitus, etenim cùm priuatis colloquis, tùm publicis disputationibus,

bus, ac prædicationibus quos non conuertit confundit me præsente ac teste, Massæ, ac Florentiæ, vbi singularia cum Hebræis habuit certamina. Obiit tātus vir in Prouincia Ianuensi sub fine an. 1651. seù ineunte anno 1652. cum in ea Commissarij Visitatoris Officio fungeretur.

*P. Antonius à Molazzana* Lector Generalis prædicatione florebat 1639.

*P. Archangelus de Lizano* Pistoriensis Scholastica, ac morali Theologia, & Philosophia clarus, Serenissimis Principibus per charus, cui propterea in absentia proprii Confessarii conscientiæ arcana aperiebant, & Serenis. Ioan. Carolus Cardinalis Medices summam animę suæ rationem in extremo vitæ periodo non alteri committere voluit. Tanta præterea pietatis & virtutum fama clarebat, vt Serenissimus Cosmus Tertius Annæ Mariæ Aloysiæ Infantis suæ in Magistrū conscientiæ ductorem, directoremque voluerit. Obiit Florentiæ die 16. Martii 1674. ętatis suæ 55.

*P. Augustinus* à Massa Ducali Lector & Concionator Generalis, obiit in patria die 20. Settembris, 1648.

*P. Benedictus Fantonius de Luca*, Lector Generalis, Definitor, ac Clarissimus & in tota Italia, famosissimus Concionator, piè obiit in patria die 24. Iulii an. 1648.

P. *Benedictus* Florentinus acceptissimus Concionator 1660.

P. *Bernardinus de Pitelio* Pistorien. Concionator Lector Generalis, Serenissimi Principis Ioan. Caroli Medices Theologus ac Confessarius, anno 1630. Lucensibus dum ministraret ad Christum migrauit, in patrio Iacherini Conuentu sepultus.

P. *Bonauentura* à Castellina Pistoriens. Theologus eximius, & insignis Ecclesiastes, fratrum & Christi verus Minister vtì suprà, *par. 1. tit. 3. ser. ad annum 1629. narrauimus obijt* 1631.

P. *Bonagratia* à Cirelio optimus Theologus, Concionator feruidus, Examinator Synodalis Pistoriensis, olim custos, pietatis & virtutum fama clarus obiit patrio Cœnobio sepultus 1678.

*P. Bonauentura* à Contronio Lector & Concionator Generalis 1670.

*P. Calistus de Luca* Lector & Concionator Generalis, obiit 1643.

*P. Christophorus de Arena* nobili Florentina Familia procreatus à Colle Vallis elsæ Minister Prouincialis, Defininitor Generalis scientia, & prædicatione clarus 1633.

*P. Christophorus* de ponte ad Seuem Definitor Lector & Concionator Generalis, obiit Florentiæ mens. Settembris, anno 1649.

*P. Cosmas* à s. Marcello Pistoriènsis Theologus & Concionator egregius, Tusciæ Florentinæ Definitor, Senensis Commissarius Visitator, obiit in patrio Pistoriensi Conuentu anno 1620.

*P. Franciscus* à Fiuizzano, olim Minister, eruditissimus Theologus Sacræ Pœnitentiarię Lateranensis pręfectus obiit 1612.

*P. Franciscus Nobilis* Volaterranus summus Theologus, & Concionator eximius, quj ann. 20. & vltrà sacram Theologiam docuit, florebat 1610

*P. Franciscus* à Monte Lupo Concionator & Lector Generalis actualis Lucę luentibus inseruiens animam pro fratribus posuit 1632.

*P. Franciscus Trauigna* à S. Sophiâ Lector & Concionator celebris florebat anno 1618,

*P. Franciscus Vitali*, cognomento Zingherinus, Lucensis, vir doctissimus & Concionator egregius obiit in Conuentu S. Viualdi die 19. Augusti 1656.

*P. Franciscus Thomasinius* à Vallecchia, egregio à natura instructus ingenio miros fecit in doctrina Scoti progressus, sed in iuuentutis flore immatura morte, sublatus est 1633. in S. Francisci Petræ Sanctæ Conuentu sepultus.

*P. Fulgentius* à Castroplani doctrina & prędicatione florebat anno 1618;

*P. Gregorius Pallini* à Montaione prędicatione multum valuit, obiit an. 1669. die 21. Augusti in Conuentu Massæ Ducalis.

*P. Hieronymus* à Monte Carolo Prędicator egregius, obiit Guardianus in Conuentu Incisæ anno 1667. die 16. Augusti.

*P. Hilarion Violi* de Florentia Concionator Lector Generalis actualis Lucę ibidem an. 1607. decessit.

*P. Iacobus Torricellius* de Incisa vir doctissimus, ac prædicatione clarissimus; Serenissimis Etruriæ Principibus acceptissimus, Mariæ Mediceę Galliarum Reginæ, Theologus & Confessarius, denique Massiliensis Episcopus obiit circà an. 1618.

*P. Ioannes Baptista* à Massa Ducali scientia, prædicatione & regimine clarus; & Florentię Omnium Sanctorum Guardianus anno salutis 1601. spiritum reddidit Creatori,

*P. Ioannes Baptista* Ferraris à Massa Ducali Concionator, & Lector Generalis, Excellentissimi Alberici Cibo Massæ Ducis Theologus & Confessarius obiit in patria die 16. Maii 1675.

*P. Ioseph de Signorinis* à Monte Ilcino subtilitate ingenij, & memoriæ fæcunditate florebat, sed cum per aliquot annos Scolasticam inter fratres Theologiā legisset, in Cathedrali Montis Ilcinensi Sacrorum Canonum Lector institutus immatura morte in iuuentutis flore sublatus est anno 1673. die 3. Septembris, in patrio Conuentu sepultus.

*P. Ioannes Baptista* à Montepoli in Conuentu S. Francisci Cosentiæ Prouincię Calabriæ Lector Generalis ibidem hoc anno 1680. mense Septembris diem suum obijt.

*P. Ioannes Baptista* à Clanciano Lector Generalis, magnę expectationis adolescens immatura morte sublatus est, & apud Moniales in patria sua sepultus an. 1662. die 2. Augusti.

*P. Ioannes Franciscus Ceccopierius* à Massa Ducali, Lector Generalis, Concionator facundus, peritissimus musicus, multa huius generis reliquit sui ingenij monumenta.

*P. Ioannes Priori* Lucensis Lector Generalis, & egregius Concionator, obiit in patria anno 1633.

*P. Ioannes* à Popilio celebris sacræ Theologiæ Lector & Concionator, nec nō Poeta, Lucę dum legeret die 3. Septembris 1649. obijt.

*P. Iulianus* à Cutiliano Philosophia, Theologia, predicatione, ac Musica celeberrimus, plura huius artis opuscula reliquit, piè obijt in patrio Pistoriensi Conuentu die 10. Aprilis 1663.

*P. Iulianus de Luca*, Definitor, Custos. & inter Ministros deputatus, suæ patriæ decorem scientia, prędicatione, prudentia auxit, in qua tandęm die 31. Iulij, an. 1648. mortalitatem deposuit.

*P. Laurentius Campana* Lucensis Lector & Concionator ςelebris ann. 1633.

*P. Laurentius à Silice* Theologus & Examinator Generalis, necnon Confessarius Illustrissimi D. Pellegrini Bertachij à Castronouo Capharoniæ Mutinensis Episcopi florebat anno 1625.

*P. Lucas Campana* de Petra Sancta Lector generalis, & facundus Concionator obijt in patria anno 1636.

*SOROR Lucia Palearia* à Cutiliano, Lęctissima femina, Tertij Ordinis Alumnæ inter viros, quia Virago, scientia illustres memoranda venit, quæ sexum supergressa doctrina, virtute seipsam mundumque superauit: scientię & virtutis speculum & magistra facta est, sapientię amore capta, sæculi amorem posthabuit; ità liberalibus & scholasticis disciplinis valuit; vt peritissimi quique Philosophi ac Theologi in ea quid admirari, aut ex ea addiscere haberent in propriis laribus, virginalem vitam duxit, & Monialibus Minorissis suæ patriæ sacros ritus in celebrandis diuinis explicauit, atque Monastica disciplina Neophitas informauit, apud eosdem sepulta iacet hoc Epitahhio decorata.

D. O. M.

*Quisquis festinum hic moliris incessum, siste*
*gressum Viator, paucis te vult hoc quod conspicis*
*è Pario lapide Monimentum positum crede*
*Virtuti.*
*Non hic mortis lyceum, sed eruditæ Mineruæ Palestram*
*putes.*
*Lucia Palearium à Cutiliano morum innocentia & virgineo*
*candore spectabilis post delibatum Sapientiæ*
*Florem hic tumulum sortita est.*
*Palladis Alumnam dixeris; quæ in castris sapientiæ pernoctauit:*
*Vniuersos Philosophiæ ac Theologiæ Thesauros*
*exhauriens.*
*Flevere illam bonæ Artes, quæ ea viuente Etruriam habuere*
*pro Astrea Magistra: Insuper morum lecta Doctrina*
*Fruges Patriæ suæ Monialibus exposuit.*
*Quæ eius obitum effusissimo gemitu prosecutæ*
*Hoc grati animi pignus posuerunt.*
*Obijt anno humanæ salutis 1646; ætatis suæ 27.*

Sidcrei

*Siderei pete summa Poli cinctura Virago*
*Dum rapit immiti te libitina manu:*
*Hesper odorato fundet sibi lilia culmo]*
*Gaudebitque suam Palladem Tuscus habens.* Ità ibi

*P. Ludouicus* à Massa Ducali celebris Concionator & Theol. florebat 1609.

*P. Marcellus Bossius* à Massa Marittima Lect. & Concionator Generalis, & in sacra pagina versatissimus obiit 1666.

*P. Marianus Alserius* à Cortona, definitor, Lector & Concionator Generalis obiit in patria an. 1605,

*P. Nicolaus Paulsanti* à S, Casciano, olim Definitor. Theologus & Concionator egregius, Conuentus Liburni Auctor & Promotor, Florentiæ die 31. Decembris 1607. decessit.

*P. Nicolaus Spinellius* Florentinus, vir doctissimus, & insignis Ecclesiastes, obiit in patria anno 1606.

*P. Nicolaus Spinelli* nobilis Senensis, olim Minister, vir doctus, pius & sanctus, Terræ Sanctæ Guardianus, & Commissarius Apostolicus designatus, Puteolis in Campania anno 1625. émisit spiritum.

*P. Nicolaus* Senensis Lector Generalis, & egregius Concionator decessit in patria, anno 1653;

*P. Saluator Galantinius* Florentinus pietate & prædicatione hac nostra tempestate ferè in tota Italia celeberrimus & proficuus fuit, tandem peste correptus in Conuentu SS. Annunciatæ Genuæ die 3. Augusti 1657. migrauit ad Christum. *Vide praclara facinora Theat. 1. Ord. tit. 4. Spect. 12. n. 1.*

*P. Sanctes* à Souaggio Lector Generalis florebat anno 1617. quo Aquilæ in Vestinis diem clausit extremum;

*P. Sebastianus Oliuerius* à Terrinca conterraneus meus, Prouinciæ S. Francisci Alumnus, Lector Generalis in Conuentu Montis extra Perusium, ibidem circa an. 1616. dormitionem accepit.

*P. Seraphinus Turinius* Piscienfis Theologus, & Concionator Clarissimus, obiit in patria die 23. Aprilis 1672.

*P. Thomas Martuccius* à Massa Ducali Concionator, & Lector Generalis, obiit in patria die 17. Aprilis 1652.

*P. Victorius* à Silico Capharoniæ disertissimus Theologus, & celebris Concionator florebat anno 1610.

*P. Victorius Beggius* à Massa Ducali, ità prædicatione valuit in tota Italia & extra, vt non sine multorum inuidia, omnium primus inter præcones acclamatus sit. Floorentiæ demum die 26. Augusti anno 1659. decessit.

*P. Vincentius* à Massa Ducali Lector Generalis, Definitor Prouincialis, Concionator celeberrimus, atque Excellentissimorum Massæ Principum Theologus & Confessarius, tandem in patria die 14, Ianuarij anno 1670. quieuit in Domino.

*Quot quot duobus praecedentibus seriebus retulimus Obseruantes dormierunt somnum suum, restant igitur qui adhuc vigilant, viuunt, laborant, insudant in Scholis docendo, aut in suggestis praedicando, alij quidem actuales, alij habituales, alij in Tuscia, alij extra, quos omnes seque nti Serie complectimur. Sit itaque*

# SERIES VIII. SERIES IX.

## MINORITÆ OBSERVANTES ETRVSCI DOCTRINA ET PRÆDICATIONE ILLVSTRES, VIVENTES.

### RR. PP. SACRÆ THEOLOGIÆ LECTORES GENERALES, ET PROVINCIALES ACTVALES.

*Florentia in Conuentu Omnium SS.*

P. *Michael Angelus* de Florentia actualis Prouinciæ Custos, & Terræ Sanctæ Commissarius.

*P. Ioseph Maria* à Ponte ad Seuem Definitor Prouincialis actualis,

*P. Gabriel. Maria Valenti* à Sancto Cosma Senensis.

*Luca in Conuentu S. Francisci.*

*P. Ioannes-Maria* à S. Cruce Vallis Arni inferioris.

*P. Ioãnes Hieronymus* de Massa Ducali

*P. Paulus* de Senis.

*Pisis in Conuentu S. Crucis.*

*P. Ladislaus* Florentinus.

*P. Franciscus-Maria* à Castrofranco Vallis Arni inferioris.

*P. Ioseph* de Brixia Brixiensis Prouinciæ.

*Extra Prouinciam.*

*P. Alexander Bichius* nob. Senen. *Messanæ* Lector Generalis.

*P. Angelus de Raggiolo*, Clusentin. in Conuentu S. Crucis *Macerata* Piceni Lector Generalis.

### RR. PP. PRÆDICATORES CLARISSIMI, ET LECTORES SACRÆ THEOLOGIÆ HABITVALES.

P. *Franciscus Maria Mancini* Florentinus, olim Custos, & Minister Tusciæ, eruditissimus Theologus, Florentiæ ac Fesulanæ Diœces. Examinator Synodalis, Pericls Italiæ, Grysostomus ętatis nostrę, [talem profecto miratæ sunt Italię Vrbes, Bononia, Genua, Mediolanum, Neapolis, Padua, Verona, Viterbium, semel, bis Florentia, Pisæ, Pistorium ter Venetiæ, quater ipsa Roma, & aliæ Italiæ ciuitates, iam per XXX, annorum curricula, & vltrà) actualis nunc Cæsareæ Capellæ Concionator, ex Definitor Generalis.

*P. Leonardus Parenti* de Serra, Pistorien. Theologus, & Concionator Clarissimus ac acceptissimus, variis Italiæ Ciuitatibus nunc à secretis Ministri Prouincialis.

*P. Benedictus de Bertis* Florentinus, cui plausum fecerunt Luca, Pisæ, Pistorium, Volaterræ, Mantua Mutina, Lodium, Parma, Padua, Genua, Florentia, Rauenna, Roma.

*P. Ioseph* *P. Camil-*

*P. Ioseph de Fabricis* Capheronianus *Padua* in Conuentu Sanct. Francisci Lect. Generalis.

*P. Fuluius* Senensis Lect. Generalis in Conuentu S. Mariç de Gratijs *Tarsathi* Prouinciæ Bosnæ Croatiæ.

*P. Ioannes Dominicus* à Valico Lector Generalis in Conuentu S. Antonij de Padua *Titi* in Prouincia Bosiliçatç.

## RR. PP. LECTORES SAC. THEOLOGIÆ PROVINCIALES.

*Pistorij.*

P. *Iacobus* de Florentia. ) Colle-
P. *Io. Franc.* de Limano ) ctores.

*Liburni.*

*P. Michael Angelus* )
de Bibiena. )

*Massa.*

*P. Angelus* de Siluaplana ) Colle-
*P. Carolus* de Massa. ) ctores

*P. Camillus Garbesius*, Lucensis, Concionator Clarissimus, & Orator disertissimus Brixiæ, Mantuæ, Paduç, Parmæ, Ferrariæ, Florentiæ, Veronæ, Neapoli ter quaterque in Patria, ac Venetijs;

## RR. PP. LECTORES SAC. THEOLOGIÆ HABITVALES.

P. *Iacintbus* à Cutiliano, subtilissimus, & profundissimus scholasticæ ac Moralis Theologiæ, atque Philosophiæ professor, Pistoriensis Dioecef. Examinator, S. Officij Qualificator, Serenissimi Magni Ducis Etruriæ Cosmi Tertij, & Natorum eius Theologus, & Confessarius acceptissimus. Vir omni laude maior, omnibus, (vt aiunt) numeris absolutus, omni virtutum genere excultus, cui nihil veri, ac docti Minoritç deſt nihil in illo desideratur: multæ namque sunt in eo litteræ, multæ virtutes, & hæ quidem reconditæ & exquisitæ. Nihil ergo illo lenius, nihil mansuetius, nihil humilius, nihil continentius, nihil modestius, veræ paupertatis Minoriticæ (maximum certè, ac mirandum, inter affluentes Domus Mediceç eleemosynas, extremam colere paupertatem, & qui potuit trasgredi adhuc non est transgressus) inclytus cultor, vitæ innocentia atque austeritate insuper commendatissimus: denique virtutum omnium ac scientiarum Custos solertissimus ab adolescentia sua, omnibus charus, omnibus gratus, cunctis amabilis, affabilis & pius: numquam proinde satis laudatus.

*P. Iacintus* à S. Cassiano Theologus & Coccionator egregius, olim Definitor, ac per annos XXII. à Secretis Ministrorum Prouincialium, nec non Commissarius Visitator Prouinciæ S. P. N. D. Francisci.

*P. Franciscus* à Ponte ad Sæuem, qui Messanæ ac Mileti sacram docuit Theologiam,

*P. Gregorius* de Florentia Concionator Generalis, ac versatissimus Theologus, gus, variaq; eruditione refertus.

*P. Petrus Franciscus* à Mugello, qui vltra sexennium sacram interpretatus est Theologiam;

P. Leop.


*P. Lucas* à Cutiliano, qui Pisis, Lucæ, ac Florentiæ ferè ad decenalium Lectoris Generalis functus est munere; atque custodiatus.

*P. Lucas* de Lizano, qui item, sicuti præfatus, vltra sexennium sacræ Theologiæ lecturam exercuit.

*P. Seraphinus Tegliaccius*, nobilis Senensis, item non sine fructu ad plures annos sacra edocuit Theologica arcana, Hic Prouinciæ Corsicæ, hoc anno 1680, Commissarius Visitator amandatus est.

*Plures, fateor, exciderunt, plures latuerunt, neminem, quem hoc Theatro dignum indicauimus consulto prætermissimus. Si quos alios ministrabunt, inseremus, addemus.*

*Expeditis itaque Obseruantibus, ad Consodales strictioris Obseruantiæ descēdamus ac præsenti titulo finem imponamus.* Cæterum, quia nomitenus accepimus, nominètenus identidem reddemus eos Etruscos Reformatos Patres, qui sacram Theologiam docuerunt, vel actu docent, atque sequenti serie comprehendemus.



# SERIES X.

## MINORITÆ ETRVSCI STRICTIORIS OBSERVANTIÆ SACRÆ THEOLOGIÆ LECTORES.

*DEFVNCTI.*

P. *Alexander* de Luca.

P. *Angelus* de Aramo.

P. *Antonius* de Florentia

P. *Basilius* à Domobasciana.

P. *Damasus* à Terrinca, conterraneus meus, vir doctus & pius, qui in Prouincia Corsicæ, in qua initiatus fuerat, Artium, ac Theologiæ studia inuexit, sui nominis laude texit, Definitor fuit ac Diœcesum illius Insulæ Examinator Generalis ac tandem Fesulis Anno 1671. in prouigylio Natiuitatis Domini, religioso fine quieuit in Domino.

P. *Franciscus* Fidentinus Lector Generalis.

*VIVENTES HABITVALES.*

P. *Accursius* à Plebe s. Stephani.

P. *Angelus Maria* à Cutiliano Concionator celeberrimus, & S. Officij Theologus ac Consultor.

P. *Angelus Maria* à Ciuitella Aretij,

P. *Antonius* à s Quirico.

P. *Bartholomæus* à Contronio Concionator celebris, & actualis Minister Prouincialis.

P. *Basilius* à Domo Basciana Guardianus actualis Conuentus S. Cerbonis extra Lucam,

P. *Bernardinus* de Cutiliano Concionator egregius, ac olim Minister Prouincialis.

P. *Bonauentura* de Fresciano.

*P. Franciscus* de Sthya.
*P. Iacobus* de Pallarosa.
*P. Iacobus* à Valico.
*P. Ioanne Baptista* à Cutiliano, postea Minister Prouincialis.
*P. Ioan Chrysostomus* à Luiano.
*P. Ioannes* de Senalonga.
*P. Ioseph* à Castellioncello.
*P. Ioseph* de Cerreto.
*P. Iunip. rus* de Senis.
P. *Leo* à S. Petro in Balneo posteà Custos & Minister Prouincialis.
P. *Petrus-Franciscus* Florentinus, posteà Custos.
P. *Petrus Paulus* à Burgo Lucensi.
P. *Petrus Antonius* de Coretio.
P. *Petrus Franciscus* à Vithiana.
P. *Prosperus* de Tereglio, posteà Custos.
P. *Vitalis* à Valico, non solum doctrina, sed & pietate clarus Patribus appositus est, atque in Conuentu Fesulano sepultus.

*P. Bonauentura* à Plebe S. Stephani.
*P. Dominicus* de Rocca Vallis Vrcię
*P. Franciscus* à S. Quirico.
*P. Franciscus* à Rouezzano.
*P. Gentilis* à Siluaplana, olim Minister Prouiucialis.
*P. Henricus* à Valico,
*P. Ian. Antonius* à S. Quirico.
*P. Ioan. Maria* de Rocca Vallis Vrcę.
*P. Ioan. Paulus* à Balneo Aemiliæ. Concionator celebris, Aretinæ Diœcesis Examinator Generalis, ac Ex Minister Prouincialis.
*P. Ioan. Benedictus* de Sarauezza Lector Generalis olim in Conuentu S. Francisci Ciuitatis Asciani, Prouinciæ S. Angeli, ac Fesulis in Tuscia.
*P. Ioan.* de Petrasancta Lector Gen.
*P. Iulianus* de Cutiliano.
*P. Iuniperus* de Siluaplana.
*P. Octauianus* à S. Petro in Balneo.
*P. Oratius* à Sancta Agatha.
*P. Petrus Paulus* de Florentia.
*P. Ruffinus* à S. Petro in Balneo.
*P. Sanctes* à Sexto, Lucensis, olim Definitor, nuc Confessarius in regio Monasterio S. Claræ Neapoli.
*P. Vincentius* de Citonio.

## PP. LECTORES ACTVALES SACRÆ THEOLOGIÆ.

*P. Bartholomæus* de Cerreto.
*P. Bernardinus* de Corata.
*P. Franciscus* à Casabasciana.
*P. Franciscus-Maria* de Florentia.
*P. Thomas* à Cettica.

TITVLVS

# TITVLVS SECVNDVS.

## SAPIENTIÆ AC PRVDENTIÆ DECOR.

### PRAEFATIO.

*Nonnulli ex præmemoratis Etrusco-Minoritis Heroibus (quibus accesserunt alij,) non tantum munijs, dignitatibus, atque Scientia: sed etiam Sapientia, Prudentia, rerumque agendarum peritia plurima præfulserunt: quamobrem magna arduaque negotia in obsequium Summorum Pontificum, Regum, Principum, Rerumpublicarum, Ciuitatum, Magnatorumque ingenue pertractarunt. Alij namque Confessarij, alij Theologi, alij Oratores sui nominis laude, publico bono extitere. Hos sequentibus Seriebus vel reproducimus, vel addimus.*

## SERIES I.

### MINORITÆ OBSERVANTES ETRVSCI CONFESSORES SVMM. PONTIFICVM ET REGVM.

B. *Mansuetus* à Castellione Diœces. Aretinæ, de quo supra inter Oratores Pontificios, Innocentij IV. Sum. Pont. Confessarius, Pœnitentiarius, ac ad Pisanos Orator &c. *Vti habet Vuad. tom. 1. an. 1244. n. 15. & nos Theat. 1. Ord. tit. 4. sect. 8. n. 1.*

II. *A. R. P. Honorius de Caianis* Florentinus, de quo egimus *suprà par. 1. tit. 2. ser. Procurat. General. & Vuad. tom. 8. an. 1532. n. 11. & 1534. n. 4.* SS. D. N. Clementis Papæ VII. Confessarius, atque ad eundem Sum. Pontif. Orator Reuerendiss. P. Ludouici Publicij

## SERIES II.

### MINORITÆ OBSERVANTES ETRVSCI CONFESSORES PRINCIPVM, ET MAGNATORVM


A. R. P. *Berardus Dragoncinius*, Florentinus de quo suprà *par. 1. tit. 3.* Ser. Ministri. Sereniss. Cosmi Medicei Etruriæ Mag. Ducis Primi extitit Confessarius, à quo plura obtinuit fauorabilia, inter quę primum obtinent locum insigne Cœnobium Omnium Sanctorum Florentiæ, ac S. Saluatoris in Ilba & Portu Cosmopolitano, alias Portus Ferrarij.

II. *A. R. P. Masseus*, seu *Mathaus de Berdis* Florentinus, è Comitibus Vernij, de quo item egimus supra *par. 1. tit. 3.* in Ser. Ministror. ac *par. 2.* Ser. Episcopi

Publicij totius Ordinis Vicarij Generalis pro petendo nomine præfatis Reuerendifs. Patris & totius Ordinis Illustrifs. ac Reuerendifs. DD. Franciscum, Quinonium olim Ministrum Generalem, Presbiterum Cardinalem in Protectorem Ordinis. Vir erat integerrimę vitæ, zelator paupertatis, humilitatis cultor; qua propter suo humili & pauperculo statu contentus Episcopatus honores,& amplios additus & eleemosijnas ab eodem Sum. Pontifice semel & iterum oblatas constanter respuit.

III. Reuerendifs. P. posteà Illustris. Ciuitatis, Plebis secundus Episcopus, Celsus Zanius Florentinus, de quo egimus *suprà par. 2. tit. 1. ser. Episcopi Obseru. ac par. 3. tit. 1. ser. Scriptores.* SS. DD. N. Vrbani Pp VIII. in minoribus, & in Pontificatu Confessarius acceptissimus. Vir & ipse sui Instituti tenacissimus, cuius constantiam tot annorum quot vixit in Pontificatu Vrbanus, aulica conuersatio non temerauit, moderato semper victu, ac relig osa veste contentus de eo egit *Vuad. de Scriptor.*

IV. *A. R. P. Iacobus Torricellius* de Incisa, posteà Illustrifs. Episcopus Marsiliensis interuẽtu Maiestatis Christianissimæ Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ, cuius à sacris Confessionibus erat in Tuscia & Gallia: qui in sua sede Massiliensi, circà annum 1618. dormitionem accepit.



*Episcopi* Serenifs. Francisci Medicei Etruriæ Mag. Ducis Theologus & Cõfessarius, demùm Episcopus Clusinus in Tuscia.

III. *A. R. P. Nicolaus* de Cortona Serenissimorum DD. Ioannæ Austriacæ, ac Serenifs. Mag. Ducis Francisci, Theologus & Confessarius acceptissimus, quique anno 1581. annuente Greg. XIII. Sum. Pontifice Rector insignis Hospitalis Innocentium Florentię à præfato Serenifs Magno Duce institutus fuit; vir vtique doctus, potens opere, sermone, ac consilio.

IV. *Sebastianus Marzichius* Florentinus, Serenissimi Ferdinandi Cardinalis Medicæi, ante Principatum Etruriæ Confessarius erat, Romæ anno 1577.

V. *P. Antonius* Florentinus Regularis Obseruãtiæ vir doctissimus à sacris Confessionibus fuit Illustrifs. Ioannis Arcimboldi, tit. s Praxedis Præsbit. Cardinalis, & Archiepiscopi Mediolanensis. *Vuad. tom. 7. an.* 1485. n. 1.

VI. *P. M. Franciscus Facendi* Figlinensis, Minor. Conuentual um, facondissimus Concionator, longo tempore Ferrariæ prædicauit, & Principum Estensium Confessiones excepit. *Vuad. to. 4. an.* 1399. *nu.* 42.

VII. *A. R. P. Ioannes Bracciarius* à Radicofano Minor. Conuentualium sac. Theologię Magister, ac Tuscię Minister Prouincialis, nostris his diebus Eminentissimi, ac Reuerendissimi Cardinalis Corsini, Episcopi Aretini Theologus & Confessarius extitit.

VIII. *A. R. P. Simon Soderinius* Florentinus, vir doctus & circumspectus Ferdinando Primo Etruriæ Mag. Ducià sacris extitit Confessionibus.

IX. Defuncto Simone præfato,

SERIES Gg præ-

# SERIES III.

## MINORITÆ ETRVSCI ORATORES AD PRINCIPES &c.

I. REuerendiſs P.D. Alamannus de Donatis Patritius Florentinus, Suanenſis primùm deinde Mutinenſis Epiſcopus, de quo ſuprà *par.* 2. *ſer*, .... egimus, Gualterij Athenarum Ducis, & Florentiæ Domini, ac patriæ Vrbis apud Clementē VI. ſum. Pontif. Oratoris munus ritè & fideliter expleuit anno 1343.

II. *A. R. P. Franciſcus Altimanni* de Vgurgieris nobilis Senenſ. circà eundem annum apud eundem Sum Pontif. Clemētem VI. pro patria Republica Legatione functus eſt, à quo Generalis Inquiſitor in tota Etruria inſtitutus fuit.

III. *A. R. P. Paulus Ioua* Lucenſis, Doctor Pariſienſis, ſemel & iterum Vicarius Prouincialis, vir ſanctiſsimus, de quo ſupra, *par.* 1. *tit.* 3. *ſer* ..... *& tit. praced. ſer.* .... pro Reuerendiſsimo p. Marco Bononienſe Vicario Generali Obſeruantum feruidus, & proficuus Orator acceſſit ad SS D. N. Sixtum IV. P. O. M. anno ſalutis 1472.

IV. *A. R. P. Franciſcus Ghinuccius* à Mōte Varchio Sacræ Theologię Magiſter & Tuſcię Miniſter, vir potēs opere & ſermone, ac corde intrepidus, propterea à XIV. Miniſtris Prouincialibus Italis S. Sedem Apoſtolicam Orator amandatus, vt à Iulio II. P. Opt. Max. Reuerend ſs. P. Ægidij Amerini Miniſtri Generalis depoſitionem impetraret, impetrauit verò anno 1506.

V. *A. R. P. Lucas Ninius* Patritius Senenſis

prælibatus Sereniſs. Mag. Dux Ferdinandus in Confeſſarium ſibi delegit A. R. P. Franciſcum Pitigianium de Aretio, de quo item egimus ſuprà *par.* 1. *in ſer. Miniſtrorum*, atque tit. pręcedenti, *ſer. de Scriptoribus*, virum doctiſſimum atq; ſolertiſſimum, qui poſtmodum Ferdinandi Gonzaga Mantuæ & Montisferrati Ducis, Theologus familiaris, & à conſilijs fuit, necnon Illuſtriſſimi, ac R. P. & D. Franciſci Gonzagę, olim Miniſtri Generalis totius Ordinis, tunc Mātuani Epiſcopi Theologus, familiaris, atque ſuæ Diœceſis Examinator Generalis.

X. *Franciſco Aretino* ſucceſſit in obſequium eiuſdem Sereniſſimi Magni Ducis *A. R. P. Octauianus Spatarius* de Inciſa inſignis Theologus & Scriptor Definitor Generalis, ac Miniſter Prouincialis, vti diximus ſuprà, *par.* 1 *tit.* 2. *ſer.* 8. *tit.* 3. *ſer.* 3. *ac titul. praced. ſer.* 4., qui cum eidem Ferdinando vſque ad mortem gratum geſſit obſequium, Coſmus II. Mag. Dux Ferdinandi filius eundem in Confeſſarium aſciuit. Poſtremo Romam perductus, Eminentiſs. Cardinalis Columnæ Theologus, & in Conuentu Aracælitano sacrę ſcripturæ interpres delectus, ibidem Patribus appoſitus eſt.

XI. *A. R. P. Iacobus Peri* Piſtorienſis Concionator egregius Lector Gene. ralis, de quo *tit. praced. ſer.* ... egimus anno 1615. P. Octauiano præfato in Confeſſarium prælibati Sereniſs. Mag. Ducis ſubrogatus eſt, idemque obſequium præſtitit Sereniſs. Fratribus, ac Natis eiuſdem Sereniſs. Coſmi, atque Principi Laurentio Mediceo ac demum Ferdinando II. Mag. Duci,

XII. *A. R. P. Paulus Richadonius* à Virguletta

Senensis, summus Theologus, à Patria Vniuersitate Theologus. & Orator missus est ad Sacrum Concilium Basileense, sub Martino V. cùm adhuc legitimum erat.

VI. *A. R. P. Anthimus* de Vgurgieris prænobilis Senensis à Patria Republica ad Carolum IV. Imperatorem, an. 1357. Orator missus, Vniuersitatis Senensis Priuilegia confirmata retulit, & domus suę gentilitium stemma Aquila Imperiali illustrandum obtinuit.

VII. *A. R. P. Euangelista de Trauersaris* à Momigno, Pistor. vir doctissimus ac prudentissimus, de quo egimus suprà *par. 1. tit. 2. ser.* .... *tit. 3. ser. ac praced. ser.* .... olim Minister Prouinciæ S. Didaci, ac Tusciæ, Definitor, & Vicarius Generalis Cosmo II. Etruriæ Mag. Duci per charus, quem ideo ad Catholicam Maiestatem Philippi IV. Hispaniarum Regis pro arduis tractandis destinauit, ad quem virum vtique solertem, & in rebus pertractandis versatum ac circumspectum demãdandum erat.

VIII. *A. R. P. Simon* à Larciano, cuius titulo præcedenti inter *Scriptores* meminimus, pius ed nouennium Locorum Terræ Sanctæ cultor, à Reuerendiss. PP. sacri Montis Sion, Guardianis, ac Totius Terræ Sanctæ Præfectis semel & iterum ad Serenissimos Etruriæ Mag. Duces Ferdinandum II. dum viueret, ac Cosmum Tertium Dominantem Orator missus est, negotia Terræ Sanctæ Sãctorum locorum per tractaturus, iter nunc iterum meditatur & parat.

Virguletta, posteà Tusciæ Minister, *vti par. 1. tit. 3. ser. 3. diximus* à Ferdinando Secundo in Confessarium loco præ defuncti Iacobi Peri an. 1636. ascitus est quique anno præcedenti Serenissimo Leopoldo, inde etiam Serenifs. Principibus Ioanni Carolo, & Francisco Mediceis.

XIII. Anno 1649. defuncto præfato *P. Paulo*, Serenifs. Ferdinandus II. Mag. Dux prælibatus loco eius in Confessarium, & Theologum delegit *A. R. P. Ioannem Mariam de Biaginis* à Cutiliano, Pistor. virum ingenuum, ac olim Ministrum Prouincialem, vti suprà *par. 1. tit. 3. ser. 3. diximus*, quique iam de anno 1629. Serenifs. Francisci Medicei à sacris Confessionibus & a secretis, atque prædicationibus esse cœperat, inde etiam Cardinalis Ioannis Caroli, cui vsque ad mortem àcceptissimus fuit. Fuit quoque Confessarius & Theologus Serenissimi Cosmi III. feliciter regnantis, & Principum Francisci-Mariæ Fratris, ac Ferdinandi Filij, donec anno 1675. in patrio Iacherini Conuentu grandæuus & benemeritus naturæ debitum soluit.

XIV. A. R. P. Iacintus à Cutiliano, vir religiosissimus, atque doctissimus; de quo egimus tit. præced. ser. 9. an. præf. 1675. Ioanni-Mariæ conterraneo in obsequium Serenifs. Cosmi III. præf. ac Ferdinandi Primogeniti & Fratres Gastones, ac Annæ Mariæ Aloysiæ, cui iam pridem Confessarius destinatus erat, natorum eius; quibus vsque in hodiernum diem obsequium præstat.

XV. *R. P. Bernardinus* de Pitelio, vir doctus ac pius: quique tempore pestis anno 1632. animam suam pro fratribus in mortem tradere non dubi-

# SERIES IV.

## MINORITÆ OBSERVANT. ETRVSCI THEOLOGI PRINCIPVM, AVT CONFESSARII MAGNATVM.

I. A. *R. P. Cherubinus Piccolomineus*, nobilis Senensis Theologus & Consiliarius fuit Serenissimi Francisci Medicei Etruriæ Mag. Ducis, *vti par.* 1. *tit* 3. inter Ministros Prouinciales diximus.

II. *A. R. P. Gherubinus* de Bibiena olim Custos Concionator celeberrimus, Lector Iubilatus, vti tit. præced. diximus, Serenifs. Cosmi Tertij Mag. Ducis Etruriæ regnantis Theologorum nu nero adscriptus est.

III. *A. R. P. Antonius* à Massetta, de quo tit. præced. nti ser.... egimus; vir doctissimus. Iudæorum Malleus, Excellentifs. Caroli Cybo Massæ Principis Theologus, familiaris, & à Consilijs extitit: in cuius obsequium diem clausit extremum.

IV. *A. R P. Bernardinus Dini* ab Vzzano, subtilissimus Scotista, Lector Iubilatus de quo egimus tit. præcedenti inter Lectores Iubilatos, & Scriptores, Excellẽtifsimorum Caroli, & Alberici Cybo, Massæ Principum Theologus, & Chronologus extitit.

V. *R. P. Antonius* à Massa, Theologus, ac olim Definitor.

VI. *R. P. Vincentius* à Massa Theologus, Concionator Clarissimus, ac item Definitor.



tauit, Eminentifs. à Reuerendifs. Carolo Cardinali Mediceo an. 1618. à sacris Confessionibus deputatus est.

XVI. *R. P. Gregorium* à Vergareta, Concionatorem ac Lectorem Generalem, suę conscientię arbitrum delegit Serenifs. Matthias Princeps in Etruria, sed paulò hic superuixit.

XVII. *A. R. P. Ludouicus Cacciaguerra* ab Vgliano, posteà Tusciæ Minister, *vti par.* 1. *tit.* 3. *ser.* 3. *diximus*, in locum & munus demortui Gregorj ab eodem Serenifs. Principe Matthia, anno 1637. ascitus est: qui acceptissimus vsque ad mortem anno 1665. extit,

XVIII. *A. R. P. Antonius Franciscus Caballius* de Emporio, Lector Iubilatus ac Tusciæ Minister, de quo egimus suprà, inter Ministros Prouinciales, & Lectores Iubilatos, profundissimus Theologus, anno 1636. Theologus & Confessarius delectus fuit a Serenifs. Leopoldo Mediceo, cui per vicennium famulatum exhibuit gratissimum; tandem an. 1656. ex patrio Emporiensi Cœnobio in patriam abijt.

XIX. Anno prę memorato idem Serenissimus Leopoldus conscientiæ in arbitrum voluit A. R. P. Sebastianum Oliuerium de Petrasancta olim, *vti par.* 1. *tit*, 3. *ser.* 2. diximus Tuscię Ministrum, virumęque doctum ac pium: qui vsque ad an. 1674. quo abijt in cælum, acceptissimus fuit.

XX. *Subtracto P. Ludouico Cacciaguerra* præmemorato, an. 1665. Serenissimus Princeps Matthias in Confessarium sibi substituit A. R. P. Ioann. Baptistam de Puris à Burgo Collinæ, disertissimum Oratorem Lectorem Iubilatum, ac olim, vti suprà diximus Ministrum Prouincialem. Defuncto-

VII. *R. P. Ioannes Baptista* à Massa, Concionator, & Lector Generalis, semel & iterum Definitor, nostra hac tempestate, successiuè Confessarij fuerunt Excellentissimi Alberici Cybo, olim Principis, modò Ducis Massę.


VIII. *R. P. Bernardinus de Moneta*; Concionator; Theologus, iam ad triennium, & immediatè Definitor confirmatus, eiusdem Excellentissimæ Massę Ducis à Sacris Confessionibus adest.

IX. *R. P. Raphael* de Fosciandra ad multos annos Illustrissimę Mariæ Malaspinę Villefranchæ Marchionissæ Confessarius extitit.

verò præfato Serenissimo Principe, ac etiam subtracto S. Sebastiano Setrasanctense, eundem S. Ioan. Baptistam in Confessarium & Theologum elegit Serenissimus ac Reuerendissimus Leopoldus Cardinalis Medices. Sed & tanto Purpurato per mortem subtracto, Serenissimus Princeps Franciscus Maria eundem Patrem in Theologum, & Conscientiæ Rectorem voluit, vtiturque in hodiernum vsq; diē.

XXI. *R. P. Archangelus Amadorius* de Lizzano, vir doctus & sui instituti tenacissimus, Serenifs. Ioan. Caroli extraordinarius, ac in morte, Serenissim. verò Annæ Mariæ Aloysiæ primarius, & ordinarius Confessarius ascitus est. anno 1673. Nec non extraordinarius Ferdinandi Principis primogeniti.

XXII. *A. R. P. Ioan. Carolus* à Cutiliano Lector Iubilatus, ac olim, vti supra inter Ministros Prouinciales, & Lectores Iubilatos, diximus, Serenifs. Cosmi Tertij in itineribus suis Confessarius & comes astitit.



# TITVLVS TERTIVS.

## GENERIS ET SANGVINIS CLARITAS.

### PROLOQVIVM.

*Dignitatibus, honoribus munijs, officijs, scientia, sapientia, alijsque laudabilibus studijs & laboribus præfulgentem iam vidimus hanc Etrusco-Minoriticam Genealogiam. Generis nobilitate, atque sanguinis claritate corruscantem modò suspicimus: Principes nempe, Heroes Dynastas vtriusque sexus producamus Etruscos, qui, vel quæ sub triplicato S. P. D. Francisci Vexillo militarunt, sui generis stemmate, sanguinis claritate Minoriticas soboles illustrarunt, virtutibus decorarunt, gloriosam reddiderunt, splendori splendorem addiderunt; & cum Magni essent, Minores se fecerunt in Terris, vt Maiores fieri contingeret in Cælis. Sed quam difficile factu? Illorum vix, qui vel vita sanctitate, vel doctrina in primo Minorum Ordine floruerunt tenuis superest apud Authores memoria, nullatenò eorum, qui suo humili statu contenti religiosè vixerunt. De secundò Ordine loquendo, licèt quamplurima Heroina ex primaria nobilitate Tusciæ vixerint in celeberrimis Monasterijs* Monticelli, Montis Domini, S. Francisci, S. Iacobi, *&* S. Claræ *Florentiæ*, S. Petronillæ, S. Claræ, S. Nicolai, *&* S. Laurentij *Senarum*, S. Spiritus, S. Margaritæ, *&* S. Claræ *Aretij*, Omnium SS. *aliàs* S. Viti, *modò* S. Laurentij, *ac* S. Martini *Pisarum*, S. Claræ *Gattaiola*, *&* S. Micheletti *Lucæ*, *atque aliarum Ciuitatum Etruriæ: tamen cum MM. scrutari non licuerit me latent. De Tertio verò Ordine, cum vt plurimum Viri & Mulieres Principes in proprijs vixerint domibus habitum Tertij Ordinis occultè certarint, pariter delitescunt. Nonnulli tamen, quasi è latebris, vel vita sanctimonia, vel speciali beneficio in Ordine collato, erumpunt. Quamobrem illos & illas trium Ordinum sequaces tantum referre coarctor, quorum quarumque memoriam vestigaui, & Principatum, vel Dominationem pro Cristo reliquisse comperi. Sunt autem quos quasque sequentibus Seriebus perstringimus.*

✠
✠✠✠
✠

SERIES

# SERIES I.

## PRINCIPES, ET HEROES ETRVSCO-MINORITÆ.

I. A*Lbertuccius de Albertis*, Nobilissimis, & Potentibus Comitibus *Mangona*, ac aliorum Castrorum & Villarum in Territorio Pratensi Dominis prognatus florebat in Tuscia circà Annum 1300. sed in adolescentia sua omnibus gratus & amabilis raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. *Ex Marian. lib. 3. cap. 12. Vvadd. tom. 2. ad Annum 1296. n. 12.* Porrò Illustriss. hi Comites, vulgò *Conti Alberti* nuncupati [*teste Ricordano Malespini, Ciue, & Historico Florentino, cap. 42. pag. mihi 37.* tum sanguinis nobilitate, tum diuitijs, atque in armis potentia inter *Etruscos Domicellos* primatum antiquitus tenuerunt. Hi, præ cæteris, potenter dicique obstiterunt, ne Florentina reædificaretur, aut restauraretur Ciuitas (alij namque fundi[illegible] euersam alij ex parte tantum deuastatam fuisse ferunt à Gothis, seù Longobardis, de quo consulatur D. Vincentius Borghinius in speciali Tractatulo: *Se Firenze fu disfatta*, quod enim Florētini longo temporis tractu excitabant, breui illi destruebant. Tandem in amicitijs confœderati, vnus ex ipsis magnę authoritatis vir circà annum 800. vna cum alijs Florentinis Ciuibus ad Carolum Mag. Imperatorem Orator accedens, patriæ Vrbis restaurationem & ampliationem impetrauit.

II. *B. A[illegible] Tarlata* nobili Familia è C[illegible] Petræ-Malæ, & Biturgiæ D[illegible] ortus, discipulus S. P.

# SERIES II.

## HEROINÆ ETRVSCÆ ORD. SANCTÆ CLARÆ.

I. B. *Clara* Vidua, & Abbatissa] de
II. B. *Ioanna*, & ) Virgines ] V-
III. *B. Lucia* ) baldinis Mugelli Dominis Amita & germanæ sorores Octauiani Cardinalis de Vbaldinis, S. P. D. Francisci ac B. Agnetis sororis s. Claræ Assisiatis discipulæ in antiquissimo & celeberrimo *Monasterio S. Mariæ* de *Monticellis* extra Florentiam. *De his eg[illegible] runt Mariano histor. lib. 2. cap. 2. de Orig. Prouincia Tuscia cap. 22. De Excellentia Ord. S. Claræ tract. 2. cap. 13. Vlyssip. par. 2. lib. 1. cap. 54 Razzi de SS. & BB. Etruscis tom. 1. pag. 303. & tom. 6. pag. 117. Histor. Vbaldina. Artur. 27. Februarij Vuad. tom. 1. an. 1221. n. 20. tom. 2. anno 1261. n. 7. &c. 1264. n. 16. tom. 3. an. 1320 n 3. Didacus de L' Equile Hierarch. tom. 2. & Fran. Terlegilat. tom. 2. tract. 6. lib. 12. & Nos Theat. 2 Ord. tit. 1. Spectac. 1. n. 1. 2. & 3.*

IV. Ex eadem VBALDINA familia in Æmiliam & Vmbriam diffusa prodijt Illustriss. Heroina *Soror Clara* Federici Vbaldi Montisfeltri Comitis, ac Vrbini Primi Ducis Filia, atque Guidobaldi itidem Ducis germana Soror, quæ ex morte cuiusdem Malatestę Ariminensium temporalis Domini vidua cum vna tantum fęminea prole relicta, Vrbinum repetens, Monasterium S. Claræ, tunc exiguum omninò, ac à paucis Sororibus de prima S. Claræ Regula inhabitatum ingressa est. Cumque post aliquot annos chara eius filia adhuc tenella virgo, carne soluta ad astra

N. D. migrasset

N. D. Francisci apud *Montem* Casalē extrà Burgum s. sepulchri initiatus anno 1213. Ibidem sanctitatis fama clarus requiescit.

*De eo agunt Pisan. lib. 1. Congorm. fruct. 11. pro 2 par. Vlysipp. par. 1. lib 1. cap. 72 Vuad. tom. 1. an. 1213. nu. 26. Artur. die 7. Iulij & quos ibi citat. nouissimè verò R. P. D. Eugenius Gamurrinius Abbas Benedictinus. rerum antiquarum solertissimus indagator in sua Istoria Genealogica, volum. 2. fol. 276. & Iacobilli tom 2. pag. 9.*

*III. Illustris. ac Reuerendiss D. P. D. Antonius Bardius* Florent. è Comitibus Vernij, qui, vti diximus suprà sct. 1. Episcopor. annuente Leone x. anno 1516. deposita Episcopali dignitate (erat .n. Episcopus Samacensis ] in Conuentu Fesularum *Minorita* factus est.

*IV. Bandinus* de Comitibus s. Flora, qui diù in Religione vixit, & pie in Christo quieuit. *Vuad. tom. 2. a. 1296. num. 12.*

*V. Barnabam* nepotem, & ]

*VI. Gullielmum patruum* ) ex *Marchionibus Malaspina* in agro Lunensis, *Marchionatu* relicto piè & humiliter se vidisse in Ordine per aliquot annos viuentes scribit Iacobus qu dam Perusinus in Chronica antiqua ,prout refert. *Vuad. tom. 2. loc. sup. cit.*

*VII. Illustriss. & Reuerendiss: P. Bartholomaeus*, alias *Bartholus* Florentinus è nobilissima *Bardorum Vernij* Comitum fam lia, de quo inter *Episcopos* egimus. Episcopus *Spoletanus*, & Ecclesiae Interamnensis administrator. *ex Vuad. in Addit. ad tom. 3. an. 1320. Addit. 15. Vghel. tom. 1. pag. 185. nu. 4. Gamurrinus loc. cit. pag. 185.*

migrasset, quidquid sibi vel ex propria, vel ex filiae dote contingebat in eiusdē loci promotionem insumpsit. sumptoque Religionis habitu pauperculis illis sororibus ad ungi voluit. *Ex Gonzaga par. 2. Monaster. 14 Prouinciæ Marchiæ*

V. *Elisabeth Guidenum* Clusentini olim Comitum ac in Tuscia Palatinorum nobilissima orta propagine inter Clarissas praememorati *Monasterii Mōticelli* Christo militauit, cuius adhuc extat memoria in lapide sepulchrali vnà cum effigie insculpta, ab antiquo in moderno illo *Monasterio* translata, legitur, .n. in gyro: *Religionis Apex. Comitum generosa propago, quos Battifollis fama nouella vocat sponsa Dei. morum cultrix exemplar honesti. nobilis Elisabet clauditur hoc lapide.*

VI. *B. Philippa Medicea*, olim primaria Florentina, modò Serenissima & imperante famil a orta, in praememorato *Monticelensi Monasterio* vitae sāctimonia ac miraculis illustris fuit: testantib *Marian. loc cit. Vlysip par. 3, lib. 7. c. 17. Rodulph. lib. 1. Razzi tom. 1. Vuad. tom. 7. an. 1488. n. 4 &c. Artur. die 6. Decembris Cimarell vol. 1. lib. 4. cap. 59. Turlag. tom. 2. lib. 12. tract. 6. ac alijs & nob. Theat. 2. Ordinis tit. 1. spect. 1. num. 8.*

VII. *Iacoba magni Castruccij de Intelminellis* strenuissimi ac inuictissimi militis, Lucae Reguli, Pisarum *Pistorii*, ac Lun gianae D. Filia, inter Clarissas Sorores Gattaiolae laudabilem vitam egit, atque anno 1330. omnium primè Abbatissae munus exercuit in nouo, ad quem transierant, S. Clarè *Monasterio* intrà vrbem, seù in suburbio Lucensi propè Ædem S. Francisci munus exercuit. vti diximus, *Theatr. 2. Ord tit. 3. spect. 3. n. 5.*

B. Illu-

VIII. *P. Bartholomeus* Pisanus Author Conformitatum, de quo supra inter *Scriptores* egimus, D. Albizii temporalis D. de *Rinouecchio* filius.

IX. *B. Belengerius* ex Comitibus *Montis Acuti, de quo agunt Pisan. lib. 1. Confor. fruct.* 8. *& 11. Vlyssip. par. 2. lib.* 8. *cap. 2. Tossinian. lib. 1. Gonzag. par. 1. de BB. Vuad. tom. 3. an.* 1305. *num.* 4. *Bonafius in Arbore. Artur. die 31. Ianuarij, Gamurr. vol. 1. & Nos Theatr. 1. Ord, tit. spectac. 2. n.* 11.

X. *Bonauentura* Comes *Montis* dolij in crepidine Tyberis propè Biturgiā, qui secundò factus est *Minister* Prouinciæ s. Francisci, & obiit in *Ministratu* circà ann. 1300. *Vuad. 2. tom. an.* 1296. *num.* 12.

XI. *Bonifacius* filius Comitis Rainerii de Deponnaco *(inquit Vuadding. loc. nuper. cit.)* sed dicendum est de *Donoratico* aliàs *Gherardesca*, Pisanus, Episcopus *Sulcitanus*, indè Corbariensis, vti suprà in serie *Episcoporum* diximus.

XII. *Conradus Marchio Malaspina*, Aquensis Episcopus, de quo item in serie *Episcoporum* egimus.

XIII. *A. R. P. Christophorus de Rena* de quo *par. 1, tit. 2. & 3.* præcedentibus egimus, Pronepos, &

XIV. *Ven. P. Franciscus* item *della Rena*, de quo *Theatr. 1. nu. Ord. tit. 9. spect.* 4 agimus, Patruus magnus, vterque à Colle Vallis Elsæ dictus (ibi enim nati sunt); sed nobili Florentina familia de *Arena*, olim, vt fertur *Arenæ* Castri (a quo cognomentum sumpsit) item *Basciani*, ac *Farneti* Castrorum Domina, atque in patria Florentina Vrbe Senatoria Trabea ac vexilliferatus honore illustrata, progenitus.

VIII *Illustris. N. Donoratici*, aliàs *Gherardescha Comitissa*, Vidua (ni fallor) & Mater Comitis, Bonifacij Pisarum & Pisanorum aliquando Principis & Domini, qui à Ioan. XXII. Sum. Pontifice obtinuit an. 1331. insignem Ecclesiam S. Martini Pisarum Canonicorum Regularium simul cum Cœnobio in monasterium Clarissarum, suis facultatibus dotandum conuersi, vti latè narrat *Vuad. tom. 3. an.* 1331, *n.* 23. *&c. atque in Registro eiusdem tom. pag.* 207. *&c.* & nos dicemus Theatr. Chronologico, cum de hoc Monasterio peculiarem instituemus sermonem. Heroina ista cum iam de Anno 1316. in vrbe Pisarum Sorores quasdam Tert. Ordinis piæ conuersationis, & carismata meliora meditantes in quadam domo congregauerat, quibus necessaria suppeditabat, & obtenta à filio prædicta facultate, Monasterium Clarissarum erigendi in præfatis ędibus S. Martini vna cum illis Sororibus secundam S. Claræ Regulam amplexa est.

*Illustris. Heroina Dom. Thora Petri Gambacorta* Pisarum Domicelli, filia, Vidua in hoc ipso S. Martini Monasterio die 29. Iunij, anno 1378. honesto transfugio ingresso, & habitu ac nomine S. Claræ induta; sed vi à parentibus extracta, & malè habita, tandem cælitus monita Sororibus Tertij Ordinis S. Patriarchæ Dominici, in Conuentu Sanctę Crucis ad muros patriæ vrbis, vbi modò degunt Patres Obseruantes, nomen dedit, inde intrà eandem vrbem Pisanam Monasterium S. Dominici fundauit, in quo demùm sanctimonia vitæ, & miraculorum gloria clarior quieuit in Domino, vti cuncta testantur sacri Ordinis Prædicatorum

*Christophorus* quidem Doctrina, prudentia, solertia, regimine, atque probitate multa antiquam *Arena* Stirpem cōdecorauit. *Franciscus* verò tum vitæ probitate & austeritate tùm morum candore & salutis animarum zelo, tùm insigni patientia & pietate, necnon reliquis veri Minoritæ virtutibus eandē auitam nobilitatem cumulauit. Hic tandem in senectute bona bonis & ipse operibus cumulatus & meritis, religiosissimo fine in Conuentu S. Luchesij extrà Podium bon tij, in quo anno 1528. exeunte, vel ineunte sequenti, Obseruantibus nomen dederat, obdormiuit in Domino, anno salutis 1580.

XIV. *Gullielmus* item ex *Marchionibus Malaspina* obijt Parmæ an. 1550. cuius initiatio inter Minores à magno S. P. Francisci miraculo sumpsit exordium Irrùperunt hostes in Castrum paternum, Marchionem & fratres crudeliter occiderunt, & ne quidquam eius superesset posteritatis, Gullielmum hūc infantulum quinquennem per fenestrā excelsæ Turris, matre conspiciente, proiecerunt. Illa verò charum sui vteris pignus magnis vocibus S. Francisco commendauit. Discedentibus inimicis post illatam cladem, noctu ad arcis ianuam clamauit infantulus, petens sibi aperiri. Ad filij vocem accurrit mœsta mater, & illæsum contuita, lætitia exultans interrogauit; quomodo in tàm alto pręcipitio non sit contritus? Ad tuas, inquit, clamorosas preces accurrit quidam habitu Minoritico indutus, quem ex sculptra. & plagatis manibus omnino suspicor fuisse ipsum Minorum Institutorem Franciscum, & in manibus portauit me, ne fortè offenderem ad lapidem, aut læsionem vllam reci-

Monumenta aliaque passim Authores.

X. In eodem celebri Monasterio viuit àd præsens Illustriss. quędam Soror N: è Marchionibus *Malaspina* Fosdinoui, quę Monasterij gubernaculum religiosissimè tenuit.

XI. *Pisis* item in antiquissimo & religiosissimo Monasterio *S: Laurentij* modò, olim S. Viti, primitùs Omnium Sanctorum, viues originē dabimus Theat. Chronolog: anno 1598. sacrum S. Claræ habitum induit, & an. 1600. secundam Regulam professa est, atque anno 1608. corporis sarcinā depositam migrauit ad Dominum Excellentiss. D. Soror Heleonora Angelica [Angelicis virtutibus decorata] Cybò, Alberici (ni fallor) filia, & Caroli Massæ Principum soror.

XII. Ex eadem Illustrissima, & Excellentissima familia Cybo viuunt ad præsens, virtutibus prælucent, exemplo præcedunt, sed pæesse nolunt tres germanæ Sorores, Excellentiss. Alberici Cybò Massæ primi Ducis filiæ, in patrio Monasterio Corporis Christi, inter Clarissas. v.

XIII. *Sòr. Brigida Catharina.*

*Sòr. Angelà Gonstantia.*

XIV. *Sor Maria Victoria*, quę non solum clarissimi generis item nate Monasterium illustrarunt; sed lanam, & linum operantes, ex laboribus manuum suarum, & paternæ domus eleemosynis ampliarunt adaptarunt, Ecclesię nouam formam dederunt singulæ singulari ex vario marmore Sacello affabre elaborato ornarunt, sacris Sanctorum reliquijs ditarunt, & spiritualibus gratijs & indulgentiis affici curarunt.

XV. *Ex Illustrijs. Barbolanorum Montis Acuti Comitum* .. P. D. Francisco, acce-

recIperem, donec suauitèr, tanquam si culcitra dimitterer, me in terram constituit. Protinus illa: huic ergo tuæ vitæ conseruatori, ego reliquam consacro, & quantum in me est, ego te illius deuoueo Instituto. Grandior effectus matris votum & desiderium impleuit, in Ciuitate Parmensi; sed parum superuixit, magna illa pestilentia sublatus; *Ità Vuad. tom. 3. an. 1350. nu. 14. ex Marian. lib. 4. cap. 13.*

XVI. *Ioannes Baptista Barbolanus è Comitibus Montis Acuti*, cùm aliquandiù sui nominis laude Aulam Serenifs. Mag. Ducis Etruriæ sequutus fuisset, posthabitis honoribus & diuitiis Capuccinis adscribi voluit, & nostra hac tempestate religiosè vixit.

XVII. *Ludouicus filius Comitis Bandini de Monte granello* Romandiolæ, adolescens Religionem ingressus, parum in ea superuixit. *Vuad. tom. 2. an. 1296. num. 12.*

XVIII. *Massaus Bardus è Comitibus Vernij, Episcopus* Clusinus, de quo suprà inter *Episcopos* egimus.

XIX. *Mauritius Gherarldinius, seù Geraldinius, vel Gerardinins, aut Geraldinins*, de tanto.n, Viro contendunt præfatę familiæ Florentinæ Patritius Florentinus, militari gloria famosissimus. Hic Seditiosis Gibellinorum, & Guelforum factionibus patria pulsus, in Galliam profectus, castra sequutus cum Gherardo, & Thoma germanis, ob res fortiter gestas *Eques Aureatus* renunciatus est. Classis marittimæ inde Dux factus *Hibernia* regnum Henrico II. vel III, Angliæ Regi subiugauit, à quo Comes Kildarię, in Hibernia creatus, eo in Regno Geraldinorũ plantauit illustrissimam familiam, & adeò

accepissima familia, singulariquę priuilegio munita, quæ quidem tota Franciscana dici potest, sequentes *Heroinæ* spretis mundi & carnis illecebris, post habitis honoribus & diuitiis sub Sãctæ Claræ Regula Christi conubia celebrare voluerunt, seque in sponsas Altissimo consecrare.

XV. *Ven. Virgo Soror Brigida*, quæ die 20. Decembris, ann. 1468. sacrum S. Claræ suscepit Institutum in celebri Monasterio S. Claræ Florentię, atque cùm nomen suum vidisset scriptum in tabula inter Virginis Mariæ pias Ancillas ab Angelis descriptas, tandem die 6. Augusti an. 1501. ad perpetuum famulatum eiusdem Deiparę translata est. Ità scribunt *F. Dionysius Pulinari aliàs memoratus par. 2. fol. 169. Cimarel. volum. 1. 1. lib. 7. cap. 34 Vuad. tom 8. an. 1502. num. 32. & Nos Theatr. 2. Ord. tit. 1. spect. 2. nu. 2.*

XVI. *Sor. Nicolosa*, quæ in antiquissimo Clarissarum S. Spiritus ad muros & portam Aretii professa, atque anno 1549. intra Vrbem cum reliquis consodalibus in Monasterio Sanctissimæ Trinitatis translata, vtrobique morum cultrix, exemplar fuit honesti, virtutibus emicuit, vtì *Theatr. 2. Ordinis tit. 3. spect. 3. nu 12.* diffusè narramus.

In celebri Monasterio S. Margaritæ eiusdem ciuitatis Aretinæ de quo agemus Theatr. Chronolog. sequentes ex eisdem Comitissis *Montis Acuti* sub secunda S. Claræ Regula virginem castam exhibuerunt Christo.

XVII. *Sor. Martia Comitis Ioan. filia* quæ expleto Abbatissæ munere migrauit ad Deum circa annum 1598.

XVIII. *Sor. Lauinia*, quę Religioni nomen dedit anno 1589. & anno 1651,

& adeo numerosam, & gloriosam, vt magna ex parte Hiberniæ Dominium obtinuerit, & ad vitandam confusionem in Comitum, Vicecomitum, Baronum, & Equitum distingui opus fuerit. Et quod gloriosior est, generosi hi Proceres, qui Catholicis Angliæ Regibus Hiberniam acquisierant, *Proreges & Iustitiarios* fuerant contrà hereticos Reges, armato milite orthodoxæ fidei, & Ecclesiæ Pugiles facti eundem Hibernicum Regnum contutarunt, vsque ad effusionem sanguinis, ad ammissionem temporalium, vnde quamplurimi ex ipsis Machabæorum constantiam imitati, glorioso mortis genere pro fide pro Ecclesia animas suas tradiderunt: prout latè narrat *A. R. P. Dominicus* de Rosario Hibernus, Ord. Prædicatorum in *Relatione Geraldinorum, & Persecutionis Hiberniæ*, Vlyssippone edita an. 1655 alijque Scriptores. Cæterùm, quod ad rem nostram spectat, *Mauritius* præfatus, circa an. 1224. primus omnium in illo Regno Hiberniæ duos Florentinos ex primis fratribus S. Francisci deduxit, *Tochelsæ* Conuentum extruxit, à quo Minoriticus Ordo in Hibernia propagatus est, & demùm, spreto Principatu & ipse Minorita factus, sanctè vixit & piè obijt anno 1257. Plura de homine isto damus *Theatr. 1. Ord. tit. 9. spect. 8. nu. 8.*

XX: *Michael Angelus de Vbaldinis è Comitibus Cardæ* in Obseruantes, inter Capuccinos,

XXI. *Vbaldus item de Vbaldinis Cardæ Comitibus.*

XXII. *B. Robertus Comitis Guidonis de Battifolle* in Tuscia Palatini filius, qui virtutibus & miraculis clarus obiit Assisii, tempore Indulgentię Portiunculę cum priùs Abbatissa extitisset, diem 8. lis habuit extremum.

XIX. *Sor. Dorothæa*, quę habitum induit an. 1584. obijtque die 20. Octob. an. 1636.

XX. *Sor. Alexandra*) germanæ so-
XXI. *Sor. Lucretia, &*) rores, filiæ
XXII. *Soro. Martia*) comitis Francisci Anno 1599, insimul sacrum susceperunt S. Claræ Institutum: atque vt vnà cum *Dorothea* & *Lauinia* præfatis germanis sororibus, vocem in actibus Capitularibus habere possent, mille aureos pro dote Monasterio singulæ contulerunt, & Clementis VIII. Pont. Opt. Max. placitum impetrarunt. Quo priuilegio aliquando fraudatæ an. 1613. à Paulo V. in pristinum restitutæ fuerunt. Porrò cùm *Dorothea* & *Lauinia* ad vitam præcessissent, subsecutæ sunt: *Lucretia* die 18. Decembris 1623. *Alexandra* die 18. Maij, & *Martia* die 27. eiusdem Mensis, 1643. Ad præsens in eodem Monasterio S. Margaritæ viuunt.


XXIII. *Sor. Lauinia Isabella filia Comitis Octauij &*

XXV. *Sor. Maria Felix Comitis Alberti nata.*

In Monasterio S. Claræ Aretij vulgò *le Murate* sub prima S. Claræ Regula, vixit circà an. 1600.

*XXV.* Sor. N. Comitis Ioannis filia atque ad pręsens viuunt;

*XXVI. Sor. Angela Margarita, &*)
*XXVII. Sor. Clara Francisca*, germanæ Sorores, *& Comitis Asdrubalis filiæ.*



Ser. 1.

culę, an. 1315. *Vuad. to.3.a.1315.n.1.*

*XXIII. Simon de Battifolle Comitis Guidonis de Guidis filius Puppij Comes* & in Tuscia Palatinus, qui cùm esset Tertij Ordinis S. P. D. Francisci, & vna cum Guido Nouello Comite germano Sacellum Sacror. Stigmatum, ac SS. Crucis in Sacro Aluernę Monte construxisset, Cellulas ædificasset, Sacellanos constituisset, & annonam assignasset. Necnon Conuentum Certomundi extrà Puppium Minoribus ædificasset, votum emisit quòd statim, vt obtineret successorem, cui Comitatum relinqueret, communi cōsensu, ille Minorum, vxor Clàrissarū Institutum susciperent: sed ante obtentam prolem, graui correptus infirmitate, habitum petijt, & induit in quo mortuus est, & sepultus apud Minores Puppięnses in Ecclesia à se erecta. *Vuad. tom. 2. an. 1296. nu. 12.*

*XXIV. Tarlatus Tarlati*, è Comitibus Petræmalę, S. Th. Professor, & B. Margaritæ Cortonensis Confessarius, florebat an. 1297. vti habet *Vuad. tom. 2. anno 1297. n. 28.*

*XXV. Tondellinus* ex Comitibus de *Gangalanda*, cuius egimus suprà inter *Doctrina insignes*, qui Minorita factus, vsque ad vltimam senectutem peruenit, & religiosissimo fine quieuit in Domino,: circà annum 1300. *Vuad. loc. mox citato.*

*Hi sunt Etrusci, quos relicto Principatu inter Minores vixisse reperi. Plures aliarum nationum Proceres litteris; vel pietate Floruerunt in Tuscia sub S.P. D. Francisci Vexillo: sed duorum tantummodo occurrit memoria, vt*

*XXVI. B. Lanceslaus, alijs Ladislaus* ex

Ser. 1.

exRegia *Hungaria* prosapia, vir iustus, & timens Deū, qui sui Instituti obseruantiam in perfectissimis quibusque professoribus emulatus, in Italiam venit, & S. Bernardini. ac B. Thomæ Florentini sanctimonia illectus, in Conuentu Scarlini sub disciplina præfati Beati Thomæ valde profecit, vbi & miraculis clarus acquieuit,

*XXVII.* In eodem Conuentu, & sub disciplina eiusdem B. Thomæ, B. Polidorus Senator Romanus, relicta Senatoria trabeà ac Senarum Prętoratu, liberisque contemptis tyrocinium posuit & vitæ cursum sanctè absoluit.

*XXVIII. Serenis. Princeps & Reuerendis. P. Ioannes Baptista Estensis Capuccin.* anteà *Alphonsus III; Mutinæ Regij ac Garfagnanæ Dux Princepsque* gloriosissimus, Italiæ decus, Capuccinorum splendor, virtutum speculum, huius sæculi miraculum, dùm omine felicissimo, Ducato; Imperio, liberis, cæterisque omnibus dignitatibus, & caducis bonis relictis, pauperrimum Capuccinorum Francisca notum subiit Institutū; vt pio & celeri tramite artam Cœli viam expeditius valeat superare. Omnibus itaque exoneratus terrenis, sed meritorum omnium pondere oneratus, ætatis suæ anno LIII. Monachatus XV. inter sacra Claustra, quę ipse fundauerat apud Castronouum Capheroniæ die 24. Màij, an. 1644, totus in Deo, quia totus extra mundum obijt, non abijt, obiit.

DE

# DE TERTIO ORDINE.

## PRÆFATIO.

DOMVM SERENISSIMORVM MAG. DVCVM FLORENTIAE totam FRANCISCANAM dici posse, communis est apud Scriptores Minores Sententia & equidem, si omnes tacerent, ipsa seipsam regali munificentia in toto nostro Ordine satis superque loqueretur. Hinc in Capitulo Generali Romano de an. 1600. & Toletano 1606. ac in alijs decreta sunt suffragia horum verborum tenore. Pro Serenissimo Mag. Etruriæ Duce, totius Ordinis vniuersali Benefactore, eiusque Illustrissima Prole, qui incredibili deuotione ac beneuolentia Religioni nostræ afficitur, & pro illa ingentes facere expensas non dubitauit. &c. à quolibet Sacerdote duæ Missæ dicantur. &c. Quamobrem, vel inter Principes Tertij Ordinis omnes huius Serenis. Stirpis Natos iure ac meritò numerare possem. Item omnes Descendentes Illustrissimi, ac B. ORLANDI CATTANEI CLVSII COMITIS, qui anno 1213. Sacrum ALVERNAE Montem SS. Institut. Francisco donauit. à quo ipse habitum Tertij Ordinis suscepit, in quo sanctè vixit, & quieuit in Domino, vsque ad Seruum Dei Comitem Franciscum Cattaneum huius Stirpis vltimum germen, qui in habitu Tertij Ordinis virtutibus fulgebat anno 1430. quique præfatum Sacrum Montem ad Obseruantes deuolui curauit. Pariter omnes Heroes Illustriss. familiæ BARBOLANAE MONTIS ACVTI Comites, & Marchiones ab Illustrissimo & B. ALBERTO Comite S. P. D. Francisco Sacro fœdere iuncto, eiusque discipulo de Tertio Ordine progenitos. Nam vel viuentes Tertium Franciscanum profitentur Institutum vel morientes habitum recipiunt. & in eo sepeliri volunt. Identidem Illustrissimi Comites omnes Puppienses; à tempore eiusdem S. P. D. Francisci ad 1440. quo è Tuscia plegis expulsi sunt insignis illi Comitum Guidonum Heroes. At, cùm non constet omnes harum clarissimarum Stirpium, & aliarum Tusciæ Heroes tacitè vel expressè hunc Institutum suscepisse, priuatim aut publicè habitum detulisse; Idcircò illos solummodo vtriusque sexus Heroes hic memorandos suscipimus, quos sacro illo habitu in vita, vel in morte indutos comperimus. Horum itaque nomina partita Serie subnectimus.



SERIES

## SERIES III.

### VIRI ETRVSCI PRINCIPES DE TERTIO ORDINE.

I. B. *& Illustrissimus Orlandus Comes Clusijnoui*, à quo Clusentinates in Principes Viros Etruscos Tertij Ordinis primum sibi vendicat locum, vtpotè, qui ann. 1213. S.P.N.D. Francisco ardentissimo amore adhæsit, sacrum Aluernæ Montem in alterum Caluarium transferendum donauit, eiusdem discipulos, velut Angelos excepit, tuguriola extruxit, & in primo aduentu eo loci eiusdem S. P. D. Francisci anno 1215. vel sequenti 1216. eundem Patriarcham in propria domo excipere, conuiuium habere, & ipse in fratrem spiritualem recipi promeruit, necnon temporis decursu Tertij Ordinis habitu donari, in quo filiis renunciato Comitatu, pauperculorum fratrum collega factus, sanctè in Monte sancto vixit sanctèque in Domino quieuit: Cuius sacræ exuuiæ vsque in hodiernum diem in veneratione habẽtur. De Viro isto omnes fermè Scriptores Minores cum laude mẽtionem faciunt: vide quãplures citatos ab Arturo Rotomagensi die 30. Iunij. Nouissimè scripsit Ven. P. Saluator Vitalis, Sardinensis *Mont. Seraph. lib. 1. cap. 5. & Cronic. Seraph. Montis Aluernæ lib. 2. cap. 1. 2. 7. 8. lib. 5 cap. 11. & 12, & alibi in suis Opusculis. Nos verò acta damus Theatr. 3. Ord.*

*II. B. Albertus Barbolanus* Illustriss. Comes *Montis Acuti*, S. P. D. Francisc. discipulus, amicus, & pius hospes, a quo inter Tertii Ordinis Asseclas adscriptus

## SERIES IV.

### TERTIARIÆ PRINCIPISSÆ aut SANGVINE ILLVSTRES.

I. S*Erenissima Maria Magdalena Austriaca* Etruriæ Magna Ducissa Cosmi II. vxor, & Ferdinandi II. Mater, habitum Tertii Ordinis, quem pro dignitate absconditum deferebat palã detulit anno 1618. cum Sacr. Aluernæ Montem veneratura conscendit. *Daniel de Rhetibus descript. Sacr. Stigmatum cap. 3.*

*II. Excellentiss. & pijssima D. Catharina Cybo*, Camerini *Ducissa*, Clementis VII. nepos, Capuccinorum Mater vti *inquit Bouer. Annal. tom. 1. ad an.* 1528. & sequentibus; ipsa .n. operante Capuccinorum nouella planta firmas fixit radices, Tertii Ordinis habitum & ipsa suscepit.

*Illustriss. D. Catharina è Comitibus Montis Acuti* Vidua relicta à nobili Viro Acchille de Panciathicis Patritio Pistoriensi, sanctissima fæmina, virtutibus florebat in habitu Tertii Ordinis, Pistorii ann. 1555. teste de visu P. Dionysio *Pulin. par. 2. pag.* 54. *& Cimarell. vol. 2. lib. 8. cap.* 35. quæ annosa, ac morbis debilitata diu in lecto decumbens sæpius sacris Sacramentis muniri voluit, at non priùs per modum Viatici, quàm faces ardentes, præfatas apparuisse in Monte Acuto accepit, tunc ritè munita, piè migrauit ad Dominum.

*Illustrissima ac pientissima Heroina D. Ioanna ex Comitibus S. Flora Tarlati de Tarlatis Petramala Comitis*, de quo in præcedenti Serie egimus, vxor; ex maxima, in B. P. Franciscum diuotione Tertio

criptus, & pretioso illo thesauro, quod adpresen: in Ecclesia Omnium Sanct. Florentiæ custoditur, & colitur sacra inquam, *Lacerna*, qua indutus erat, quandò in sacro Aluernæ Monte anno 1224. signis Redemptionis nostræ à Christo Redemptore insignitus fuit donatus. atque singulari & perpetuo pro tota sua generatione priuilegio munitus; videlicet vt per triduum ante mortem cuiuslibet ipsorum, faces ardentes (vidi ego ipse anno 1662.) super Palatium Montis-Acuti appareant. De isto agunt Scriptores quos citat *Artur. di 25 Nouembris* & alii, ex quibus acta damus *Theatr. 3. Ord.*

*III. Albertus* alius Montis-Acuti Comes, qui florebat anno 1560. quique cum semel in Monte feras insequeretur, geminos in altiori quadam rupe Minores Fratres sedentes conspicere meruit, qui eo affabiliter salutato, paulò post ex omnium oculis euanuerunt. Hos cum B. P. Franciscum, & D. Antonium esse sibi persuasum haberet, qui sedem sibi eo in loco collocandam vellent; statuit ex tunc illic Minor. b. Capuccin. Conuentum erigere: sed antequam hor ū consensum haberet, morte præuentus, filio construendum reliquit.

*IV. Federicus Alberti* Comitis præfati primogenitus, anno 1567. quod moriens Pater faciendum ordinauit, adimpleuit. Conuentum Patribus Capuccinis ædificauit, in quo habitu Minoritico sepeliri voluit.

*V. B. Bartholus* à S. Geminiano presbiter Tertii Ord. & Comitum Mucchii vltimus hæres, de quo agunt, quos citat. *Artur. die 13. Octob. Vuad.* latè *tom. 3. an. 1300. n. 4. &c. & nos Theat. 3. Ord.*

*VI. B.* Tertio Franciscanorum Ordini adscribi voluit, & cum viro suo nouam & elegantem Ecclesiam in sac. Aluernæ Mōte ædificare cæpit, vti testantur Authores ibi citati, viuebat anno 1348.

*IV. Excellentiss. D. Ricciarda Alberici Malaspinæ Massæ & Carrariæ Marchionis* filia vxor olim D. Scipionis Comitis del Fiescho, deinde *D. Laurentij Cybo*, ex qua Massæ & Carrariæ Marchionatum hæreditauit, Patrem imitata, Idibus Iunii anno 1553. è viuis excedens, in habitu & Ecclesia Minorum sepeliri voluit.

*V. Illustriss. D. Thaddea Malaspina*, Ricciardæ præfatæ germana Soror, cum suis sumptibus Monasterium Corporis Christi Massæ ædificasset, dotasset pro Sororibus S. Claræ, domumque alteram pro habitatione, & vsu Sororibus Tertii Ordinis Massæ degentibus assignasset, anno 1555. è viuis abiens in habitu Tertii Ordinis excessit, & sepeliri voluit, in Ecclesiam Monialium præfatarum à se constructam.

*VI. Illustriss. D. Aurelia* de *Vbaldinis* vxor cuiusdam ex Comitibus *Pecchia*, Tert. Ord. sectatrix, piissima in Franciscanos, Conuentum ædificauit Patribus Reformatis PP. Conuentualium apud Castrum S. Angeli in Vado, modò Ciuitas Episcopalis in Ducatu Vrbini, qui quidem Conuentus, ipsa Aurelia annuente an. 1538. Patribus Capuccinis adiudicatus fuit.

*VII. Illustriss. Heroina Simonis da Battifolle Puppy Comitis* de quo ser. 1. præced. n. 20. egimus, vxor, quæ si meritis B. P. Francisci prolem suscepisset, S. Claræ institutum deuouerat, cum prolem non suscepisset, post Viri obitum in habitu Tertii Ordinis vsque ad mortem

Sep. 1 ... Ser. 1 ...

*VI. BB. Carolus* ... ) Montis Gratelli in
*VII. Gualterius* ... ) *Aemiliae Comites*,
qui ex Tertio S. P. N. D. Francisci Ordine cum essent, apud Fesulas in Tuscia Congregationi Eremitarum *S. Hieronymi* initium dederunt atq; incrementum, Congregatio Fesulana indè dicta, quorum virtutes narrant *Marian. tract. de Orig. Tuscia cap. 5. Vlysipp. par. 3. tit. 1. cap. 2. Vuad. tom. 1. an. 1242. n. 2. tom. 5. an. 1405. n. 18. & tom. 6. anno 1460. n. 45. Polidor. Vergil. lib. 7. Algezir. & Buonfant. in Arbore Razzi tom. 1. pag. 623. Artur. & quos cit. die 17. Septembris. Ex quibus nos Th. 3. Ord.*

*VIII. B. Guido Donoratico* seù della *Gherardesca Comes* Domicellus Pisanus, qui rel cto Comitatu in quadam solitudinem vitam Eremiticam sub habitu Tertii Ordinis in asperrima pœnitentia duxit, virtutibus floruit, miraculis coruscauit, adeò vt Ecclesiam suo nomini sacrandam duxerint fideles; cuius sacrum Corpus tandem Calixti Papæ III. indultu anno 1459. (stylo Pisano) Pisis translatum, honorificè in Metropolitana Ecclesia collocatum fuit, vti refert *Siluan. Razzi de SS. & BB. Etruscis par. 2. pag. 4. & nos Theat. 3. Ord.*

*IX. Illustris. Guido Nouellus, Puppij Comes*, germanus Simonis, de quo egimus ser. 1. n. 20. Hic summus Franciscanorum amator, & in S. P. D. Franciscum deuotissimus, vnà cum Simone Fratre Sac. Stigmatum, & SS. Crucis Sacellum in Sac. Aluernæ Monte construendũ, & exornãdum curauit, Domicilia pro custodibus addiecit, victum, & vestitum assignauit, Minoritis extrà Puppium Cœnobium posuit, & tandem Franc. scano habitu indutus, viam vniuersæ mortem perseuerauit, & iuxtà Votum suum apud Minores Puppienses sepeliri voluit.

*VIII. Nobiliss. Heroina B. Humiliana de Cerchis*, Vidua, Florentina ex antiquis *Dominis*, seu, vti tunc temporis dicebantur *Cattani Aconis*, indeque *Nipozzani*, atque *Troiana* Castrorum, progenita: primaq; inter fœminas, quę Tertium S. P. N. D. Francisci Institutum susceperint in Ecclesia Minor. S. Crucis Florent. æ, in qua miraculis clara eius sacra Ossa vsq; in hodiernum diẽ asseruantur & venerantur, vti in eiusdem Vita, Theatr. Tertij Ordinis narramus;

*IX. Sor. Anna Lucretia, &* ) germa-
*X. Sor. Maria Francisca* ) nę Sorores, de Magnanis Comitissę, atque
*XI. Sor. Camilla, &* ) Codibò Mar-
*XII. Sor. Heleonora* ) chionissæ, & germanę Sorores, nostra hac tempestate conuixerunt inter Sorores Tertj Ordins in Monasterio S. *Bernardini* Castrinoui Capheroniæ.

*XIII. Illustriss. Domina Sor. Calidonia* nobili *Burghesia* familia *Pauli Papæ V.* Consobrina.

*XIV. Illustriss. Domina Sor. Dorothæa Piccolominea Alexandri VII.* sum. Pontif. Neptis.

*XV. Illustriss. Dom. Sor. Maria*, &
*XVI. Illustriss. Dom. Sor. Maria Augusta Chigia* eiusdem Sum. Pont. Alexandri VII. germanæ Sorores, &

*XVII. Illustriss. Domina Sor Maria Pulcheria Chigia* prælatarum Neptis, sub Tertij Ord. Regula in celebri Monasterio *S. Hieronymi* vulgò *Campanzi*, Senarum Virginum sponso militarunt, quarum duæ vltimæ adhuc supersunt.

Ser: III.

uersæ carnis ingressus est. Huius Herois mentionem faciunt, *Gonzaga in Conuentu Aluernæ, Vuad. tom. 1 an. 1213. n. 29.* & alibi, alijque, qui eiusdem Sacri Montis mentionem faciunt.

X. *Illustriss. Heros Castruccius Intelminellius, Luca Regulus, Pisarum, Pistorij, Lunæ* ac *Lunigianæ* aliquando *Dominus, Sac. Imperij, Romaque Baro,* primus ex Tuscis Dux, Lateranensis Comes, Vrbis Senator, & Imperialis Aquilæ Vexillifer vir vtique bellicosus, & potens in armis, qui multas in Italia obtinuit victorias, & vario Marte, cum Pontificijs, Florentinis, & alijs congressus, militari gloria, nulli sui æui secundus. Tandem ex nimio labore, & violenta corporis agitatione, in reducendos Pistorienses, in grauem incidit infirmitatem; Lucam delatus petijt à Minoribus habitum Franciscanum sibi concedi [incredibili namque in S. P. D. Franciscũ deuotione ferebatur, quem propterea post Deum, inter cælites primum adorabat. colebat, venerabatur, & inuocabat, quin & in Minores tanta ferebatur deuotione, vt sæpe Consiliarios, & commensales habere voluerit, quorũque colloquio summoperè delectabatur, inquo per aliquot dies pœnitens, & malorum pertesus, die 3. Septembr. anno 1328. quintodecimo sui Dominij, ætatis verò suæ 47. cum dimidio, natus enim erat die 29. Martij an. 1281. eadem Franciscana veste indutus christianè obijt & in ea apud Minores in Ecclesia S. Francisci sepeliri voluit. Filij, & necessarij, vt Pisas expugnare possent inuictissimi Herois mortem celarunt, die decima eiusdem Mensis detecta, ingenti pompa funus in præfata Ecclesia S. Fran-

Ser. IV.

Illustrissima Heroina Lucensis,

XVIII. *Soror Claudia de Tegrimis,*

XIX. *Soror Iacinta de Balbanis,*

XX. *Soror Victoria de Bersaraghis,* &


XXI. *Soror Vrsula de Lanfranchis,* in Monasterio Tertij Ordinis *Sanctæ Mariæ Angelorum Lucæ* sanguinis claritate pietate, & virtutibus claruerunt; vti Theatr. 3. Ord. dicemus.

XXII. *Soror Alexandra de Arnolfinis*

XXIII. *Soror Pamphilia de Cioffarinis* in Monasterio S. Bernardini Castri noui præmemorati.

XXIV. *Soror Catharina Benedicta de Cagnolis,* &

XXV. *Sor. Maria Pacifica Franciotta,* in Monasterio S. Bernardini Bargæ,



*Sec.* 111.

Francisci die 14. Septembris curatum est, in quâ sequens Coenotaphium in pariete legitur. *En viuo, viuamque famarerum gestarum. Italica Militia splendor, Lucensium decus, Etruria ornamentum; CASTRVTIVS GERI INTELMINELLORVM STIRPE: Vixi, peccaui, dolui, cessi natura; indigenti Animapiè beniuoli succurrite; breui memores vos morituros.*

Innumeri propemodum Authores, grauissimiq. Scriptores celebrem tanti Viri mentionem faciunt, inter quos *Nicolaus Tegrimius Lucensis*, latinè ex professo concinnauit historiam, quam traduxit *Iustus d. Compagnis* Volaterranus, prodijtque Lucæ anno 1556. *Aldo Mannuccius, Macchiauellius. Ionius, Coruus Ioan. & Matthaus Villani, D. Antoninus, Blondus, Buggiattius, Sabellicus, Crescentius, Pellinius, Tarcagnotta, Ammiratus, Vuadding Gamurrinus, Iacob. Philip. Bergomas*, & alij, quos breuitatis causa omitto.

Ob summam, quam diximus, *Castrutij* in S. P. D. Franciscum & eiusdem Assectas, cum

*XI. Guarnerius* eius natu minimus apud Sarzanam fatis cessisset adhuc huc adolescentulus, & in habitu Minoritico, & in Ecclesia Minorum sepeliendum curauit. In cuius marmoreo tumulo legitur.

*Princeps est natus Garnerius immaculatus*
*Hius in hoc pulchro ciaudūtur mēbra sepi*
*Castruc. genitor fuit ac ad singula victor,*
*Qui Dux Luc. vixitq; Comes Lateranus*
*Atq; triumphalis Vexillifer Imperialis:*
*Et Pater, & Natus, qua so, sit vterq; beatus*

*XII. Huguccius Fagiolanus* Pisanus, Castrutij præfati contemporaneus, & æmulus, ex nomine, sanguine, & rebus fortiter bello gestis vir celeberrimus, Pisanæ & Lucensis d ctionum aliquando Comes, Dominusque multorum Castrorum, post multa prælia, in quibus vario Marte pugnauit, patria pulsus, tandem senio confectus, & vltima pressus infirmitate an. 1320. Veronę, vbi se receperat habitum petitj humiliter S. Francisci quo indutus, post aliquot dies sacris ritè munitus decessit, in eoque sepultus est apud Minores Veronę. *Vuad. tom. 3. an.* 1320 *n.* 6.

*XIII. Nerius* filius Huguccionis pręfati de Fagiola, *Comes Flaminia*, similiter cum eodem habitu Franciscano obiit, & sepultus est in Monasterio Minorum burgi S. Sepulchri. *Vuad. loc. cit.*

*XIV. Ottonem Gualducci*, præcipuum inter Pisanos Gibellinę factionis, & Manfedri Siculi Tyranni confederatos censuris Ecclesiasticis propterea innodatum, ac ita in S. R. Ecclesia infestum, vt modernum *Saulem*, Vrbanus Papa IV. eum appellarit, in sua, *Ad audientiam nostram*, (vid. Vuad. in Reg. tom. 2. ad an. 1263. n. 5. fol. 88.) Idē Pont. Vrbanus an. 1263. facultatem fecit B. Mansueto à Castillione Diœcesis Aretinæ Minoritę Sacellano suo, & Pœnitentiario, à censuris absoluendi, & habitu Tertii Ordinis adscribendi; in quo vsque ad mortem pænitens vixit. *Vuad. tom. 2. an.* 1263. *n.* 20.

*XV. Tarlatus Tarlati Petramala Illustris Comes* Tertij Ordinis sectator, & in S. P. D. Franciscum pientissimus, ex maxima in eundem Patriarchā eiusque fœcundam Prolem deuotione munificam illam, & elegantem Ecclesiam (maiorem dico) Sac. Montis Aluernæ a suo-

Ser: III.

à fundamentis vſque ad fornicem, proprijs ſumptibus excitauit vnà cum Heroina Ioanna S. Floræ Comitiſsa & vxore acceptiſſima, atque, vt in ſequenti Serie dicemus, eiuſdem Tertii Ordinis Alumna, ſed cùm immatura morte præuenti, quod piè ac ſanctè propoſuerant, executioni mandare minimè potuiſſent, vt mille aureos coronatos ad eius perfectionē & vigintiquinque ſingulis an. in feſto Beatiſsimi P. Franciſci ad Fratres induendos penderent, ex teſtamento præceperè ſuis hæredibus an. 1348. Quibus nihilominus tergiuerſantibus, Familiæ Mediceæ, ac Nobilium Florentinorū pietas abundè ſuppleuit, ſuppletque. *Ex Gonzaga par. 2. Conu. Aluerna. Vuad. tom. 1. an. 1213. n. 46.*

XVI. *Illuſtriſ.* ſeruus Dei *Franiſcus Cattanius* Cluſij noui vltimus Comes, atque ex deſcendentibus B. Comitis Orlandi, de quo ſup. n. 1. egimus: hærès totus pietati addictus, in habitu 3. Ordinis ſacrum & hęreditarium Aluernæ Montem incolebat, cum adhuc ſub poteſtate PP. Conuentualium regebatur. Vt autem frequentiori habitantium cultu ſacer ille locus, toto Orbe celeberrimus, ſui Inſtitutoris incolatu, acceptiſq; Chriſti vulneribus inſignis coloretur, impenſè egit apud Martinū V. Sum. Pontificem, vt Obſeruantibus traderetur, quod anno 1430. obtinuit. Mortuo verò Martino præfato, ſtatim PP. Conuentuales propria authoritate recuperarunt. Franciſcus igitur Florentinorum ciuium, præſertim Clariſſimi Viri Coſmi Medicæi, Pater Patrię dicti fretus auxilio, apud Eugenium IV. Martini ſucceſsorem egit, vt Obſeruantibus reſtitueretur, & an. 1431. votum adeptus

Ser: III.

adeptus eſt. Ex animo deinceps eodem in loco Obſeruantibus conuixit in ędicula ſeparata, donec ſancto fine vitam terminauit, ædificatis prius in monte Fæſulano Eremitorijs duobus S. Cęciliæ & S. Anſani, in quibus ſuę vitæ æmulos, & diſcipulos reliquit. *Vuad. tom. 5. an. 1431. n. 6.*

XVII. *Illuſtriſs. Albericus Malaſpina Maſſa & Carraria Marchio, Ricciarda, ac Thaddea Malaſpina Marchioniſſa*, de quibus in ſequenti Serie dicemus, Pater, vltimus Maſſæ & Carrariæ Marchio (ſubſtituti .h. ſunt Principes Cybo) in vltima infirmitate conſtitutus, habitum Minoriticum quod interius hucuſque detulerat, publicè induit, obiit, & in eo in Eccleſia Minorum ſepeliri voluit anno 1519.

XVIII. *Illuſtriſs.* atq: piiſsimus *Martius Montis Acuti* Comes, cùm præclara multa Claſſis Marittimæ Dux geſsiſſet, Coſmopolitanus Gubernator renunciatus, parua [ ſi animus penſetur ] hæc deuotionis ſuę in Franciſcanum Inſtitutum reliquit monumenta in Eccleſia Coſmopolitana, alias Portus Ferrarij dicta, Coſmi Primi Mag. Ducis Etruriæ beneficentiâ conſtructa, duo videlicet lapidea Confeſſionalia (taceo quæ in Eccleſiæ eiuſmodi contulit ornamentum, cum & ipſe ſilentio obvoluenda præceperit) & inſcribi fecit,

in cornu Euangelii.

D. O. M.

*In memoriam Pallij, Luminum, aliorumque beneficiorum, quæ Seraphicus Pater in familiam Barbolanorum de Monte Acuto contulit, & confert.*

in cornu Epiſtolæ ſequitur.

*Comes Martius à Monte-Acuto Gubernator parum*

*parum hoc pro maiori quod cupiebat Monumentum P. C. A. S. M. D C. XXXIV.* tandem in habitu Minoritico Patribus appositus, in patrum suorum sepulchro conditus est.


XIX. *Illustriss. D. Torquatus Barbolanus Montis Acuti* Comes in Ecclesia nostra Immaculatæ Conceptionis Liburni sepultus, in sepulchri lapide inscribi iussit.

*Torquatus Barbolanus ex Comitibus Montis Acuti ob militaris disciplinæ studium: fidem ac diligentiam Serenissimis Mag. Ducibus Etruriæ Ferdinando* (supple primo) *& Cosmo* [supple secundo,] *charus eorumque liberalitate summa ope, & dignitate non semel auctus, cùm Præfecturam in Arceneteri huius Ciuitatis an. XIV. exerceret, è vita migrauit & hic in sepulchro fratrũ, propè filios sepeliri petijt. Obijt die 23. Septemb. an. salut. 1610. ætatis vero suæ LV.*

*Parce, Francisce, ferat post funera vestem, quam viuens si non corpore, corde tulit.*

Hæc de Historico-Honorifica GENEALOGIA huius Almæ & Seraphicę Prouincię ETRVSCO-MINORITICÆ dicenda occurrerunt.
Plura alia vtique dicenda forent: institi, quæsiui, vbique pulsaui, nec accipere merui.
Hinc, cùm nemo det, quòd non habet, scribendi finem facio.

In Nomine PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI; & ad laudem & gloriam DEIPARÆ immaculatę, ac SERAPHICI Patris mei DIVI FRANCISCI, atque totius Curiæ Cœlestis.
Amen.



*LAPIDES PRETIOSI OMNES MVRI*

# THEATRI GENEALOGICI ETRVSCO-MINORITICI;

*ET TVRRES EIVS GEMMIS AEDIFICATAE;*

Atque

# CORONÆ AVREÆ TRES SVPER CAPVT EIVS,

Expressę ſigno Sanctitatis, & gloriæ honoris afferuntur.

*Structura Muri eius ex lapide Iaspide.*

Apocalypſ. Cap. 21.

# APPENDIX CHRONOLOGICA IN QVA FVNDAMENTA MVRI THEATRI GENENLOGICI OMNI LAPIDE PRETIOSO ORNATA

ponimus, hoc est.

# CATALOGVM CONVENTVVM MONASTERIORVM, DOMORVMQVE

Trium Ordinum

## SERAPHIC. P. N. D. FRANCISCI IN PROVINCIA TVSCIÆ EXISTENTIVM

Ex Quibus

## HEROES, ET HEROINÆ FRANCISCANÆ

*PRODIERVNT*

Quorum originem Dignitatem resque notatu dignas damus

## IN THEATRO CHRONOLOGICO.

### *PROLOQVIVM.*



*NTRODVXIMVS in THEATRO isto GENEALOGICO Summos illos PONTIFICES, CHRISTI in TERRIS VICARIOS, atq: ROMANAE ECCLESIAE CARDINES, Eminentiss. nempe, DD, CARDINALES, quos ETRVRIAE REGIO MINORITICO dedit Instituto, ac Sodalitatibus Franciscanis in PROTECTORES, tanquam Spectatores omni maiestate maiores; & meritò quidem, ipsi m. vt tales, Ordinis nostri D. sunt & Gubernatores, & primum post Sum. Pontif. Ec-*

 *clesia*

*clesiæ totius Caput, & gregis Dominici Pastorem supremum, obtinent locum, atque ideò ad Hierarchiam Franciscanam pertinent, eamq; eminenter ornant, illustrant. Locavimus inde gradatim supremos Ordinis Rectores, & Assessores Generales Etruscos, illustres Genealogiæ nostræ Proceres, Reipublicæq; Franciscanæ Senatores, vt & ipsi proxime circo in Theatro versentur. His in Sedilibus locatis, produximus Genealogicos Patres Prouinciarum Primicerios Ducesq; vniuscuiusque sodalitatis Etrusco-Minoritæ, quorum gratia consensum conuocauimus. Inde considere fecimus illustres Natos, strenuósq; Milites, filij strorum, qui cum dignitatibus, tùm rebus præclare ac fortiter gestis tùm doctrina, tùm sanguinis claritate GENEALOGIAM istam nobilitarunt, clarissimam reddiderunt. Hi sunt Archiepiscopi, Episcopi, Inquisitores, Legati, Nuncij, Commissarij, Prædicatores, Pænitentiarij, & Missionarij Apostolici, Doctores, Magistri, Theologi, Scriptores, Rectores aliarum Prouinciarū, Principes, Proceres vtriusque sexus, trium Ordinum, aliique spectatæ probitatis Consodales. Verùm, quale THEATRVM, cuius structura, qualiter illustratum sit & ornatum non indicauimus; & quidem alta fundamenta locanda, parietes erigenda, sternenda, atq; pro Heroum confidentium maiestate ornanda erant antequam spectatores & Actores introducerentur. At cùm id non nisi quatuor Tomis ad preclara paratis præstare possimus; hic vel summariè (iuxta promissum in Littera præliminari) indicandum est. Reseruatis igitur ornamentis, ceterisq; pro Coronide mox conferenda, in præsenti Appendice fundamenta ipsa, & parietes Theatri, nimirum Conuentus & Monasteria trium Ordinum in hac Prouincia existentia, ex quibus THEATRVM consurgere figuramus, quorum antiquitatem dignitatem, sanctitudinem in THEATRO CHRONOLOGICO recensemus, nominetenus locamus, erigimus, sternimus.*

*Intrima itaque, amice Lector,*

Aspice quales lapides, quales structuræ, Marci 13.

*In Capite, Conuentus PP. Conuentualium.*

*A dextris, Conuent. PP. Obseruantum.*

*A sinistris, Conuent. PP. Capuccinorum.*

*E regione, Monasteria Clarissarum, & Tertij Ordinis.*



TIT. I.

# TITVLVS PRIMVS.

## CATALOGVS CONVENTVVM PATRVVM MINORVM CONVENTVALIVM.

*Ex Pisan. lib. 1. Conform. fruct. 11. Tossinian. Histor. Seraph. lib. 2. fol. 260. Vuad. Annal. tom. 4. an. 1399. n. 14. (omissis illis* qui ad Obseruantes deuoluti sunt) *depromptus.*

## CONVENTVS

Conuent. Patrum Conuentual.

*Custodia Pisana.*
- Pisarum.
- Vici Pisani.
- Pontremuli.

*Custodia Lucana.*
- Pisciæ.
- Pistorij.
- S. Miniatis.
- Phucecchij.
- Carmignani.

*Custodia Florentina.*
- Florentiæ.
- Prati.
- Castri Florentini.
- Burgi S. Laurentij.
- Barberini.
- Figlini.

Conuent. Patrum Conuentual.

*Custodia Senensis*
- Senarum.
- S. Geminiani.
- Collis Vallis Elsæ.
- Volaterrarum.
- Asciani.


*Custodia Aretina.*
- Aretij.
- Puppij.
- Gaghereti.
- Montis Varchij.
- Lucignani.
- Castillionis.
- Cortonæ.

Conuent. Patrum Conuentual.

*Custodia Clusina.*
- Clusii.
- Castriplebis.
- Radicofani.
- Plani Castanearum.
- S. Processi.
- Montis Ilcini.
- Montis Pulitiani.
- Corsignani.
- S. Quirici.

*Custodia Maritima.*
- Masse Maritime.
- Plumbini.
- Suuereti.
- Grosseti.
- Monterij.
- Monticelli.

*Verè in assignandis dictis Conuentibus Custodijs præfatis modò facta est aliqua mutatio, sed qualis me latet.*



# TITVLVS SECVNDVS.

## CATALOGVS CONVENTVVM PP. OBSERVANTVVM.

*Iuxtà ordinem, quo in Capitulis Prouincialibus vocantur.*


### CONVENTVS.

CONVENTVVM PATRVM OBSERVANTVVM.

Omnium Sanctorum *Florentiæ.*
S. Bernardini, alias Capreolę *Senarum.*
S. Francisci *Lucæ.*
S. Crucis *Pisarum.*
S. Francisci alias Iacherini extra *Pistorium.*
S. Hieronymi *Volaterrarum.*
S. Margaritæ *Cortonij.*
S. Bonauenturæ *Nemoris* de *Mugello.*
S. Francisci Palci extra *Pratum.*
S. Luchesij *Podij Bonitij.*
S. Bernardini *Columbarij.*
S. Francisci *Castrinoui.*
S. Benedicti *Nanis.*
S. Christophori *Castillionis.*
S. Bernardini Vetretæ apud *Massam Maritimæ.*
S. Francisci Montis muri, vulgo *Scarlini*
S. Francisci *Massæ Ducalis.*
S. Francisci *Bargæ.*
S. Laurentij *Bibienæ.*
S. Michaelis *Ducia* ad Muros Fesularum.
S. Francisci *Finiezani.*
S. Mariæ *Grossetі.*
S. Marię Paradisi ad *Montem Ilcinum*
S. Mariæ *Emporij.*
S. Ludouici *Pisciæ*
S. Francisci aliàs S. Crucis apud *S. Cassianum.*
S. Viualdi.
S. Francisci *Radicondoli.*
S. Francisci *Villafranchæ.*
Ss. Cosmę, & Damiani *Incisæ.*
S. Francisci *Petra Sanctæ.*
S. Marię, aliàs s. Romani.
S. Marię, aliàs s. Antonij *Cerbarioli.*
S. Sigismundi Montis Fullonici.
S. Francisci ad *Pontem Seuem.*
S. Saluatoris *Portus Ferrarij.*
S. Crucis *Anglarij.*
S. Francisci ad *S. Petrum in Balneo.*
S. Mariæ *Butinacci.*
S. Francisci olim s. Saluatoris *Montis S. Miniatis* extra Florentiam.
S. Bernardini *Castenolis.*
Immaculatæ Conceptionis *Liburni.*
B. Mariæ Virg. *Phocechij.*
S. Francisci *Carraria.*
S. Mariæ de Aqua extra *Cascinam* pro *Hospitio.*

Quibus accedit.

Conuentus S. Petri de Alcantara apud Villam Ambrosianam, Patrum discalceatorum Hispanorum.




# TITVLVS TERTIVS.

## CATALOGVS CONVENTVVM PP. REFORMATORVM.

CONV. PP. REFORM.

COnuentus Sacri *Montis Aluernæ*
S. Francisci apud *Cetonam*.
S. Francisci apud *Sarteanum*.
S. Francisci *Fesularum*.
S. Ioannis, alias Sergiani extrà *Aretij*
S. Cerbonis extra *Lucam*.
S. Francisci Montis Caroli apud *S. Ioannem*.
S. Mariæ fontis Castelli apud *Montem Pulicianum*.
S. Bernardini prope *Senalongam*.
Ss Trinitatis apud *S. Floram*.
S. Francisci *Burgi Lucensis*.
Immaculatę Conceptionis apud *Camaiorem*.
S. Antonij *Viareggij*.
S. Mestiolæ apud *Clusium*.
S. Luciæ, alias S. Angeli ad *Lastram Signa*.



# TITVLVS QVARTVS.

## CATALOGVS CONVENTVVM PP. CAPVCCINORVM.

CONVEN. PP. CAPVCCIN.


COnuentus Immaculatæ Conceptionis, & S. Francisci extrà *Florentiam*.
Immaculatæ Conceptionis *Senar*.
S. Domnini propè *Pisas*.
S. N. extrà *Aretium*.
S. Matthei propè *Volaterras*.
S. Michaelis Guami extrà,
Immaculatę Conceptionis intrà Vrbem *Lucensem*.
S. Antonij Patauini, aliàs Cellarum *Cortonæ*.
Ss. Crucifixi, & Assumptionis extrà *Pistorium*.
B. M. Virg. apud *Montepulcianum*.
S. Iacobi apud *Montem Ilcinum*.
S. N. extra *Pratum*.
S. N. *Turrichij*.
Immaculatæ Conceptionis extrà *Montem S. Sauini*.
S. Bartholomæi apud *Sartheanum*.
S. Ioseph apud *Collem Vallis Elsæ*.
S. Iacobi *Montis Varchij*.
S. Romuli apud *Feglinum*.
S. Francisci *Montis Acuti*.
S. Michaelis extrà *Castellionem*.
S. Michaelis apud *Pecciolum*.
S. Andreæ Corsini apud *S. Cassianum*.

S. Minia

S. Miniatis extra vrbē *Saminiatensem*.
S. Ioannis Baptistę prope *Emporium*.
S. Caroli apud *Burgum S. Laurentij*.
Visitationis, V. M. ad *Pontem ara*.
Ss. Trinitatis *Liburni*.
Assumptionis prope *Massam Ducis*.
S. N. apud *S. Geminianum*.
S. Marię ad *Plebem S. Stephani*.

Conu. Pp. Capucin.

Ascensionis propè *Puppium*.
S. Petri apud *Lucignanum*.
S. Sebastiani apud *S. Quiricum*.
S. Marię *Mortana Senarum*.
Inuentionis S. Crucis ad *Balnea S. Cassiani*.
S. Ioãnis Baptistę apud *Radicofanum*.



# TITVLVS QVINTVS.

## CATALOGVS MONASTERIORVM SORORVM CLARISSARVM.

MONASTERIA CLARISSARVM.

Monasterium S. Marię Monticelli. )
S. Marię Montis Domini. ) *Florentia.*
S. Francisci. )
S. Iacobi. )
S. Claræ. )
S. Spiritus olim, modò Ss. Trinitatis. ) *Aretij.*
S. Margaritæ. )
S Claræ. )
S. Claræ olim Gattaiolę. ) *Luca.*
S. Michelett[illegible]. )
Omnium Sanctorum primitus, postea S. Viti, modò.
S. Laurentij. ) *Pisarum.*
S. Martini. )
Targ[illegible], modò S. Cla[illegible] *Cortona*.
S. [illegible] ap[illegible] *S. [illegible]*.
S. Claræ. ) *Volaterrarum.*
S. Lini. )
S. Laurentij. ) *Senarum.*
S. Petronillæ. )

S. Claræ. )
S. Nicolai. ) *Senarum.*
Capuccinarum. )
S. Claræ *Castri Florentini*.
S Claræ *Montis Pulitiani*.
S. Claræ *Castillionis*.
S. Petri, modo S. Claræ *S. Geminiani*.
S. Claræ *Plumbini*.
S. Ioannis Baptistę. )
S. Claræ. ) *Pistorij.*
S. Desiderij. )
S. Claræ. ) *Prati.*
S. Margaritæ. )
S Clarę *Phocecchi*.
S. Clarę *Petra Sancta*.
Corporis Christi *Massa Ducis*.
S. Claræ *Massa Maritima*.
S. Claræ *Grosseti*.
S, Claræ *Piscia*.
S. Claræ *Montis S. Sauini*.
S Annæ *Montis Caroli*.
S. Clarę, alias S. Marię Angelorum *S. Ioannis*.

S.Cla-

S. Claræ *Sarteani*.
S. Matthæi in *Areeto* propè Florentiã.
Capuccinarum *S. Flora*.
S. Claræ *Castrifranchi*.
S. Francisci, & S. Dominici *Popilij*.
S. Francisci *Lizzani*.

# TITVLVS SESTVS.

## CATALOGVS MONASTERIORVM SORORVM TERTII ORDINIS IN CLAVSVRA VIVENTIVM.

*Monasteria Tertiaria.*

Monasteriũ S. Hierony. m., alias *S.* Georgij. ) *Florentiæ.*
S. Vrsulæ. )
S. Onofrij. )
S. Angeli Raphaelis, )
S. Elisabeth, alias Capituli, )
S. Antonij Patauini, alias
S. Georgij *Prati*.
Paupercularum *Cortonæ*.
S. Hieronymi *Castillionis*.
S. Hieronymi *Montis Politiani*.
S. Bernardini, alias s. Georgij) *Pistorij.*
S. Elisabeth. )

*S.* Marci *Aretij*.
*S.* Claræ *Plebis S. Stephani*.
*S.* Michaelis *Clanciani*.
*S.* Margaritę Castriueteris) *Senarum*
*S.* Hieronymi Campangi. )
*S.* Hieronymi *Collis Vallis Elsæ*.
*S.* Bernardini *Castrinoui*.
*S.* Bernardini *Barga*.
*S.* Bonauenturæ *Catiliani*.
*S.* Mariæ *Codipontis*.
*S.* Mariæ Angelorum *Luca*.
*S.* Elisabeth *Vzzani*.

# TITVLVS SEPTIMVS.

## DOMVS SORORVM TERTII ORDINIS SINE CLAVSVRA VIVENTIVM.


Domus S. Elisabeth ) *Luca.*
Domus Capuccinarũ )
Domus Pœnitentium )
Domus S. Elisabet *Pisarum*.
Domus Pœnitentium ) *Pistorij*
Domus S. Gregorij. )
Domus *Massa Ducis*.
Domus *Portus ferrarij*.

*Fratres Tertij Ordinis formatam olim habebant Prouinciam XVI. Conuentibus conflatam, sed cum ad præsens nullum habent, illos omittimus. Omisimus item Conuentus, quos Fratres Minores varijs de causis, dimiserunt.*

FINIS



# CORONÆ AVREÆ SVPER CAPVT EIVS.



# CORONIS SACR. GENEALOGICO

## In Qua

SERTA ET CORONÆ TRES GLORIÆ AC DECORIS GENEALOGIÆ ETRVSCO-MINORITICÆ CONSEVNTVR PRO THOLO COELOQVE HVIVS THEATRI GENEALOGICI.

## In Quò

REFVIGENT STELLÆ) (SIDERA COLLVCENT,
Erumpunt Gemmæ tot Emicant Margaritę,
Rosę vernant.) (Lilia Florent,
Fructus pendent honestatis

## Quot

HEROES, & HEROINÆ trium Ordinum SERAPH. P. N. D. FRANCISCI.

*Sanctitate vitæ, miraculorum gloria, pietate atque virtutibus, cunctis usque nunc sæculi, præfulserunt in Tuscia, atque triplicato in Theatro, iuxta numerum Ordinum, ab eodem Authore producuntur.*

PROLOQVIVM.



*ORONA SENVM FILII FILIORVM*, Prouerb. 17. *ait Sapiens, & GLORIA FILIORVM PATRES EORVM Patres gloriosos, illustres progenitores Propagia huius Prouinciæ (tales enim sunt Prælati & Rectores Ordinis locorumque) iam in Theatro agnouimus: & cùm GLORIA HOMINIS*, Eccles. c. 3. 11 *inquit Ecclesiasticus, EX HONORE PATRIS SVI, gloriosissimos proclamemus tantorum Heroum Filios, Natasque a generatione in generationem; & vicissim, quia FILIVS SAPIENS* Prouerb. cap. 10 *(Sapiente teste) LETIFICAT PATREM, & parentes in generationibus suis collaudemus, filiorum coronis coronemus, ne ipsum sapientia lætificemus*

*cemus. Prodeant ergo in circuitu patrum Inclyti filij, prestantes filiæ, Martyres Confessores, Virgines, Viduæ in aliæ siderum Aula conregnantes, & in summa, Theatri Dij namque, & Heroes in aere monstrantur* Prodigin. lib. 8. cap. 8. *stantes, palmis & coronis ludant, patribus circumsidentibus plausum faciant à cuncto conjessu ipsi recipiant, decorem decori addant, Theatrum istud hoc Etruscum illuminent, ornent, & tanquam stellæ in eius firmamento lucentes, triplici varietate virtutum gemmarum coronide coronent, plaudant & patres tantis ditati filijs talibus ornati filiabus. Quot quot igitur Heroes sanctitate celebres in THEATRO SACRO PRIMI ORDINIS, nulla neglecta sobole; pro prima Corona. Quot quot illustres pietate Heroinæ Ordinis S. Claræ, in THEATRO Sacro SECVNDI ORDINIS pro secunda. Et quot quot Proceres ex POENITENTVM ORDINE in THEATRO Sacro TERTII ORDINIS producturi (Deo fauente) sumus, & eorund m præclara facinora retexturi, THEATRO huic pro tertia Corona, coronideque annectimus, eorum nomina in memoriam reuocamus, vt hinc videre sit qualiter GENEALOGIA ETRVSCO MINORITICA.* Apocal. 21. Ezechiel. 13. *ornata sit omni lapide pretioso, & auro & argento, & vestita bysso, & polymito, & multis coloribus, quantis nitet margaritis, refulget Stellis, ditatur gemmis.*

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

# TITVLVS PRIMVS.

## HEROES ETRVSCO-MINORITÆ

Ex Primo Ordine S. P. N. D. Francisci, nulla neglecta Sobole,

## Qui

*Sanctimonia vitæ, miraculorum gloria claruerunt; aut pietate insignes, aut virtute illustres hucusque fuerunt in Tuscia; quorum ACTA damus*

## THEATRO PRIMO SACRO ETRVSCO-MINORITICO, hoc ordine.

### TITVLVS I.

*Spectac. I.*

P*rotomartyres Minoritæ apud Marrochium coronati Anno 1220.*

S. Petrus à S. Geminiano.
S. Berardus de Carbio.
S. Accursius.
S. Adiutus, &
S. Otto.

*Spectac. II.*

S. Daniel. Tuscus.
S. Angelus.
S. Leonculus.
S. Hugolinus.
S. Leo.
S. Nicolaus, &
S. Samuel.

*Secundi Martyres Minoritæ, Hostiæ Septem Septæ in Marrochitanæ immolata an. 1221.*

### TITVLVS II.

## SANCTVS BERNARDINVS SENENSIS.

### TITVLVS III.

B. Aldobrandinus de Ammannatis Florentinus.
B. Bartholomæus, de Martinozzis à
B. Ioannes, Monte Pulitiano.
B. Demetrius, senensis.
B. Petrus senensis.
B. Iacobus de Florentia Archiep. Zaitorensis.
V. P. Antonius à Virguletta;
B. Sebastianus de Florentia;

## TITVL. IV.

## CONFESSORES DOMINI.

*Spect. I.*

Beati & pietate insignes.

Accursius, ] de Florentia.
Aegidius ]
Agnellus, & ) de Pisis.
Albertus. )
Albertus à Sarteano.
Ambrosius à Massa.
Andreas à Colle.
Andreas Cortonensis.
Andreas Grossetanus.
Andreas à Plano castanearum.
Andreas Senensis.
Angelus Bonsius Florentin.
Angelus à Ciuitella Aretij.
Angelus. )
Angelus. & ) de Florentia.
Angelus. )
Angelus à Groppina.
Angelus à Biturgia.
Anonymi duo Florentini.
Anonymus Clusinus.
Antonius à Clanciano.
*Capuccin.*
Antonius à s. Ioanne.
Antonius à s. Regina.
Antonius Nerius Aretinus.
Antonius Tegrimius, Pisanus.
Archangelus à Castro focognano Reformat.
Augustinus Senensis Capuccin.
Augustinus Volaterranus.

*Spect. II.*

Balthassar, & ) de Florentia.
Baptista )
Baptista à Romano
Barnabas à Pistorio
Bartholomæus Anglariensis.
Bartholomæus de Florentia
Bartholomæus à Monte Pulitiano.
Bartholomæus Pisanus.
Bartholomæus à Salutiuo Reform.
Belengerius à Monte acuto.
Benedictus de Aretio.
Benedictus Florentinus.
Benedictus à Gamoraccio.
Benedictus à s. Loreno.
Benedictus de Mugello.
Benedictus Senensis.
Benedictus à Podio Bonitij.
Bernardinus de Bibiena.
Bernardinus à Cutiliano.
Bernardus Scarlati Florentin.
Bernardus à Massa.
Bonifacius Senensis.
Borromeus de Borromeis.

*Spect. III.*

Clarissimus à Clusio.
Cherubinus. ) Capponi de Florentia.
Clemens, & )
Ludouicus )
Christophorus à Romandiola.
Dominicus Castillioneus, ]de Florentia.
Dominicus Cortonius. ]
Euangelista Marcellinus.

*Spect. IV.*

Franciscus à Barga.
Franciscus à Casteuoli.
Franciscus de Franceschis ) de Florentia
Franciscus de Maleficijs )
V. P. Franciscus Gori à Monte Pulitiano Conuent.
V. P. Franciscus à Monte Pulitiano Capuccin.
Franciscus à Plebe s. Stephani.
V. P. Franciscus Senensis.

*Spect. V.*

Gaſpar à Barga.
Gaſpar Florentinus.
Gerardus, & ) à Florentia.
Gerardus. )
Gualterius Piſanus.
Guido de Saluena.
Guido Citonienſis.
Guido Cortonenſis.
Guido Florentinus.
Guido Senenſis.
Gulielmus à Caſtillione.
Gulielmus à Radicofano.
Herculanus de Piagale.
V. P. Hieronymus Piſtor. Capuc.
V. P. Hieron. à Monte Pulit. Cap.
Hieronymus Stufa Florentin.
Hugo de Prato.
V. P. Humilis Puppienſis.

*Spect. VI.*

Iacobus Cortonenſis.
Iacobus Florentinus.
Iacobus a Maſſa Ducis.
Iacobus à Maſſa Marittima.
Iacobus de Monterio.
Iacobus Petruccius Senen. Epiſc.
Iacobus à Scanſano.
V. P. Iacobus Senenſis.
Illuminatus Florentinus.
Ioannes Aretinus.
Ioan. Andreas Piſtorien.
Ioan. Bonellus, & ) de Florentia.
Monaldus )
Ioan. Bonuiſius Lucenſis.
Ioannes, & ] de Caulibus à S.
V. P. Ioannes ] Geminiano.
V. P. Ioan. Franc. Belans Senen.
Ioannes Lombardus.
V. P. Ioannes de Mara.
Ioannes à Monte Ilcino.
Ioannes Patens Florentin.
Ioannes à Prato.

Ioan. Riccius, & ] de Florentia.
Ioan. Satarellius ]
Ioan. Riſtorio, & ) de Senis.
Ioannes. )
Ioſeph Florentinus.
Iulianus Cortonenſis.
Iuniperus Florentinus.
VV. duo Iuuenes Florentini.
Iunta Beuegnates Cortonen.

*Spect. VII.*

V. F. Laurentius Florentinus.
V. P. Laurentius à Monte Pulitiano Capuccin.
Leo de Petrarubea.
Leonardus Echerius à Prato.
Ludouicus à Barga.
Ludouicus à Groppina.
Ludouicus à monte s. Sauini Capuccin.
Ludouicus & ) de ſenis.
V. F. Ludouicus )

*Spect. VIII.*

Manſuetus à Caſtiliione.
V. P. Marcellus Piſtorien. Capuc.
Marchion. à Cortona.
Marcus Pecorarius Aſenalunga.
Marianus Brandius Florentinus.
Marianus à Cluſio.
Marianus Maſſainus ſenenſis.
Mathæus à Barga.
Mathæus Caſtilione.
Mathæus de Florentia.
Melchior à Maſſa marittima.
Michael Alberti Florentinus.
Michael a Barga.
Michael à Maſſa marittima.
Michael Volaterranus.
Minnius Altimanni ſenens.

*Spect. IX.*

Nicolaus Siluani ſenenſis.
Nicolaus Vzani Florentinus.
Onofrius Piſtorien. Capuccin.

Beati & pietate inſignes

*Structura Muri eius ex lapide Iaspide.*

Apocalypſ. Cap. 21.

# APPENDIX CHRONOLOGICA IN QVA FVNDAMENTA MVRI THEATRI GENENLOGICI OMNI LAPIDE PRETIOSO ORNATA

ponimus, hoc est.

## CATALOGVM CONVENTVVM MONASTERIORVM, DOMORVMQVE

Trium Ordinum

## SERAPHIC. P. N. D. FRANCISCI IN PROVINCIA TVSCIÆ EXISTENTIVM

Ex Quibus

## HEROES, ET HEROINÆ FRANCISCANÆ

*PRODIERVNT*

Quorum originem Dignitatem resque notatu dignas damus
IN THEATRO CHRONOLOGICO.

### *PROLOQVIVM.*



*NTRODVXIMVS in THEATRO isto GENEALOGICO Summos illos PONTIFICES, CHRISTI in TERRIS VICARIOS, atq; ROMANAE ECCLESIAE CARDINES, Eminentiss. nempe, DD. CARDINALES, quos ETRVRIAE REGIO MINORITICO dedit Instituto, ac Sodalitatibus Franciscanis in PROTECTORES, tanquam Spectatores omni maiestate maiores; & meritò quidem, ipsi m. vitales, Ordinis nostri D. sunt & Gubernatores, & primum post Sum. Pontif. Ec-*

*clesiæ totius Caput, & gregis Dominici Pastorem supremum, obtinent locum, atque ideò ad Hierarchiam Franciscanam pertinent, eamq; eminenter ornant, illustrant. Locauimus inde gradatim supremos Ordinis Rectores, & Assessores Generales Etruscos, illustres Genealogiæ nostræ Proceres, Reipublicæq; Franciscanæ Senatores, vt & ipsi primò in Theatro versentur. His in Sedilibus locatis, produximus Genealogicos Patres Prouinciarum Primicerios Ducesq; vniuscuiusque sodalitatis Etrusco-Minoritæ, quorum gratia consensum conuocauimus. Inde consideref cimus illustres Natos, strenuosq; Milites, filij fi iorum, qui cum dignitatibus, tùm rebus præclare ac fortiter gestis tùm doctrinâ, tùm sanguinis claritate GENEALOGIAM istam nobilitarunt, clarissimam reddiderunt. Hi sunt Archiepiscopi, Episcopi, Inquisitores, Legati, Nuncij, Commissarij, Prædicatores, Pænitentiarij, & Missionarij Apostolici, Doctores, Magistri, Theologi, Scriptores, Rectores aliarum Prouinciarũ, Principes, Proceres vtriusque sexus, trium Ordinum, aliique spectata probitatis Consodales. Verùm, quale THEATRVM, cuius structura, qualiter illustratum sit & ornatum non indicauimus; & quidem alta fundamenta locanda, parietes erigenda, struenda, atq; pro Heroum consiedentium maiestate ornanda erant antequam spectatores & Actores introducerentur. At cùm id non nisi quatuor Tomis ad præclara paratis præstare possimus; hic vel summariè (iuxta promissum in Littera præliminari) indicandum est. Reseruatis igitur ornamentis, cæterisq; pro Coronide mox conferenda, in præsenti Appendice fundamenta ipsa, & parietes Theatri, nimirum Conuentus & Monasteria trium Ordinum in hac Prouincia existentia, ex quibus THEATRVM consurgere figuramus, quorum antiquitatem dignitatem, sanctitudinem in THEATRO CHRONOLOGICO recensemus, nominatenus locamus, erigimus, sternimus.*

*Intuere itaque, amice Lector,*

Aspice quales lapides, quales structuræ. Marci 13.

*In Capite, Conuentus PP. Conuentualium.*

*A dextris, Conuent. PP. Obseruantum.*

*A sinistris, Conuent. PP. Capuccinorum.*

*E regione, Monasteria Clarissarum, & Tertij Ordinis.*



# TITVLVS PRIMVS.

## CATALOGVS CONVENTVVM PATRVVM MINORVM CONVENTVALIVM.

*Ex Pisan. lib. 1. Conform. fruct. 11. Tossinian. Histor. Seraph. lib. 2. fol.260. Vuad. Annal. tom.4. an.1399. n.14.(omissis illis* qui ad Obseruantes deuoluti sunt) *depromptus.*

## CONVENTVS

Conuentus Patrum Conuentualium.

*Custodia Pisana.*
- Pisarum.
- Vici Pisani.
- Pontremuli.

*Custodia Lucana.*
- Pisciæ.
- Pistorij.
- S. Miniatis.
- Phucecchij.
- Carmignani.

*Custodia Florentina.*
- Florentiæ.
- Prati.
- Castri Florentini.
- Burgi S.Laurentij.
- Barberini.
- Figlini.

Conuentus Patrum Conuentualium.

*Custodia Senensis*
- Senarum.
- S. Geminiani.
- Collis Vallis Elsæ.
- Volaterrarum.
- Asciani.


*Custodia Arretina.*
- Aretij.
- Puppij.
- Gamghereti.
- Montis Varchij.
- Lucignani.
- Castillionis.
- Cortonæ.

Conuentus Patrum Conuentualium.

*Custodia Clusina.*
- Clusij.
- Castriplebis.
- Radicofani.
- Plani Castanearum.
- S. Processi.
- Montis Ilcini.
- Montis Pulitiani.
- Corsignani.
- S. Quirici.

*Custodia Maritima.*
- Masse Maritimæ.
- Plumbini.
- Stiuereti.
- Grosseti.
- Monterij.
- Monticelli.

*Fortè in assignandis dictis Conuentibus Custodijs præfatis modò facta est aliqua mutatio, sed qualis me latet.*



# TITVLVS SECVNDVS.

## CATALOGVS CONVENTVVM PP. OBSERVANTVVM.

*Iuxtà ordinem, quo in Capitulis Prouincialibus vocantur.*


## CONVENTVS.

CONVENTVM PATRVM OBSERVANTVM.

Omnium Sanctorum *Florentiæ.*
S Bernardini, alias Capreolę *Senarum.*
S. Francisci *Lucæ.*
S. Crucis *Pisarum.*
S. Francisci alias Iachetini extra *Pistorium.*
S. Hieronymi *Volaterrarum.*
S. Margaritæ *Cortonij.*
S. Bonauenturæ *Nemoris* de *Mugello.*
S. Francisci Palci extra *Pratum.*
S. Luchesij *Podij Bonitij.*
S Bernardini *Columbarij.*
S. Francisci *Castrinoui.*
S. Benedicti *Nanis.*
S. Christophori *Castillionis.*
S. Bernardini Vetretæ apud *Massam Maritimæ.*
S. Francisci Montis muri, vulgo *Scarlini*
S. Francisci *Massæ Ducalis.*
S. Francisci *Bargæ.*
S. Laurentij *Bibienæ.*
S. Michaelis *Ducciæ* ad Muros Fesularum.
S. Francisci *Finizzani.*
S. Mariæ *Grosseti.*
S. Marię Paradisi ad *Montem Ilcinum*
S. Mariæ *Emporij.*
S. Ludouici *Piscia*
S. Francisci aliàs S. Crucis apud *S. Cassianum.*
S. Viualdi.
S. Francisci *Radicondoli.*
S. Francisci *Villafranchæ.*
Ss. Cosmę, & Damiani *Incisæ.*
S. Francisci *Petræ Sanctæ.*
S. Marię, aliàs s. Romani.
S. Marię, aliàs s. Antonij *Cerbarioli.*
S. Sigismundi Montis Fullonici.
S. Francisci ad *Pontem Seuem.*
S. Saluatoris *Portus Ferrarij.*
S. Crucis *Anglarij.*
S. Francisci ad *S. Petrum in Balneo.*
S. Mariæ *Butinacci.*
S. Francisci olim s. Saluatoris *Montis S. Miniatis* extra Florentiam.
S. Bernardini *Castenolis.*
Immaculatæ Conceptionis *Liburni.*
B. Mariæ Virg. *Phocecchij.*
S. Francisci *Carrariæ.*
S. Mariæ de Aqua extra *Cascinam* pro *Hospitio.*

Quibus accedit.

Conuentus S. Petri de Alcantara apud Villam Ambrosianam, Patrum discalceatorum Hispanorum.




# TITVLVS TERTIVS.

## CATALOGVS CONVENTVVM PP. REFORMATORVM.

CONV. PP. REFORM.

Conuentus Sacri *Montis Aluernæ* S. Francisci apud *Cetonam*.
S. Francisci apud *Sarteanum*.
S. Francisci *Fesulanum*.
S. Ioannis, alias Sergiani extrà *Aretiū*
S. Cerbonis extra *Lucam*.
S. Francisci Montis Caroli apud *S. Ioannem*.
S. Mariæ fontis Castelli apud *Montem Pulicianum*.
S. Bernardini prope *Senalongam*.
Ss Trinitatis apud *S. Floram*.
S. Francisci *Burgi Lucensis*.
Immaculatę Conceptionis apud *Camaiorem*.
S. Antonij *Viareggij*.
S. Mestiolæ apud *Clusium*.
S. Luciæ, alias S. Angeli ad *Lastram Signa*.



# TITVLVS QVARTVS.

## CATALOGVS CONVENTVVM PP. CAPVCCINORVM.


CONVEN. PP. CAPVCCIN.

Conuentus Immaculatæ Conceptionis, & S. Francisci extrà *Florentiam*.
Immaculatæ Conceptionis *Senar*.
S. Domnini propè *Pisas*.
S. N. extrà *Aretium*.
S. Matthei propè *Volaterras*.
S. Michaelis Guami extrà,
Immaculatę Conceptionis intrà Vrbem *Lucensem*.
S. Antonij Patauini, aliàs Cellarum *Cortonæ*.
Ss. Crucifixi, & Assumptionis extrà *Pistorium*.
B. M. Virg. apud *Montepulcianum*.
S. Iacobi apud *Montem Ilcinum*.
S. N. extra *Pratum*.
S. N. *Turrichij*.
Immaculatæ Conceptionis extrà *Montem S. Sauini*.
S. Bartholomæi apud *Sartheanum*.
S. Ioseph apud *Collem Vallis Elsa*.
S. Iacobi *Montis Varchij*.
S. Romuli apud *Feglinum*.
S. Francisci *Montis Acuti*.
S. Michaelis extrà *Castellionem*.
S. Michaelis apud *Pecciolum*.
S. Andreæ Corsini apud *S. Cassianum*.

S. Minia

Conu. Pp. Capucin.

S. Miniatis ex tà vrbe *Sminiatensem*
S. Ioannis Baptistę prope *Emporium*.
S. Caroli apud *Burgum S. Laurentij*.
Visitationis, V. M. ad *Pontem ara*.
Ss. Trinitatis *Liburni*.
Assumptionis prope *Massam Ducis*.
S. N. apud *S. Geminianum*.
S. Mariæ ad *Plebem S. Stephani*.
Ascensionis propè *Pupplum*.
S. Petri apud *Lucignanum*.
S. Sebastiani apud *S Quiricum*.
S. Mariæ *Mortana Senarum*.
Inuentionis S. Crucis ad *Balnea S. Cassiani*.
S. Ioãnis Baptistę apud *Radicofanum*.



# TITVLVS QVINTVS:

## CATALOGVS MONASTERIORVM SORORVM CLARISSARVM.

MONASTERIA CLARISSARVM.

| | |
|---|---|
| Monasterium S. Mariæ Monticelli. / S. Marię Montis Domini. / S. Francisci. / S. Iacobi. | *Florentiæ.* |
| S. Claræ. / S. Spiritus olim, modò Ss. Trinitatis. / S. Margaritæ. / S Claræ. | *Aretij.* |
| S. Claræ olim Gattaiolæ. / S. Michelett i. | *Lucæ.* |
| Omnium Sanctorum primitus, postea S. Viti, modò. / S. Laurentij. / S. Martini. | *Pisarum.* |
| Targ æ, modò S. Claræ *Cortonæ*. | |
| S. [illegible] ap. d *S. Miniatem*. | |
| S. Claræ. / S. Lini. | *Volaterranum.* |
| S. Laurentij. / S. Petronillæ. | *Senarum.* |
| S. Claræ. / S. Nicolai. / Capuccinarum. | *Senarum.* |
| S. Claræ *Castri Florentini*. | |
| S Claræ *Montis Pulitiani*. | |
| S. Claræ *Castillionis*. | |
| S. Petri, modo S. Claræ *S. Geminiani*. | |
| S. Claræ *Plumbini*. | |
| S. Ioannis Baptistę. / S. Claræ. / S. Desiderij. | *Pistorij.* |
| S. Claræ. / S. Margaritæ. | *Prati.* |
| S Clarę *Phocecchi*. | |
| S. Clarę *Petra Sancta*. | |
| Corporis Christi *Massa Ducis*. | |
| S. Claræ *Massa Marittima*. | |
| S. Claræ *Grosseti*. | |
| S. Claræ *Piscia*. | |
| S. Claræ *Montis S. Sauini*. | |
| S Annæ *Montis Caroli*. | |
| S. Clarę, alias S. Marię Angelorum *S. Ioannis*. | |

S. Cla-

S. Claræ *Sarteani*.
S. Matthæi in *Arceto* propè Florentiã.
Capuccinarum *S. Flora*.
S. Claræ *Castrifranchi*.
S. Francisci, & S. Dominici *Popilij*.
S. Francisci *Lizzani*.

# TITVLVS SESTVS.

## CATALOGVS MONASTERIORVM SORORVM TERTII ORDINIS IN CLAVSVRA VIVENTIVM.

Monasteriũ s. Hieronymi, alias s. Georgij. ) *Florentiæ*.
S. Vrsulæ. )
S. Onofrij. )
S. Angeli Raphaelis. )
S. Elisabeth, alias Capituli.
S. Antonij Patauini, alias S. Georgij *Prati*.
Pauperculariarum *Cortonæ*.
S. Hieronymi *Castillionis*.
S. Hieronymi *Montis Pulitiani*.
S. Bernardini, alias s. Georgij) *Pistorij*.
S. Elisabeth. )

Monasteria Tertiaria.

S. Marci *Aretij*.
S. Claræ *Plebis S. Stephani*.
S. Michaelis *Clanciani*.
S. Margaritę Castriueteris ) *Senarum*
S. Hieronymi Campangi. )
S. Hieronymi *Collis Vallis Elsæ*.
S. Bernardini *Castrinoui*.
S. Bernardini *Bargæ*.
S. Bonauenturæ *Cutiliani*.
S. Mariæ *Colliponti*.
S. Mariæ Angelorum *Lucæ*.
S. Elisabeth *Vezzani*.

# TITVLVS SEPTIMVS.

## DOMVS SORORVM TERTII ORDINIS SINE CLAVSVRA VIVENTIVM.


Domus S. Elisabeth ) *Lucæ*.
Domus Capuccinarũ )
Domus Pœnitentium )
Domus S. Elisabet *Pisarum*.
Domus Pœnitentium ) *Pistorij*.
Domus S. Gregorij. )
Domus *Massæ Ducis*.
Domus *Portus ferrarij*.

*Fratres Tertij Ordinis formatam olim habebant Prouinciam XVI. Conuentibus conflatam, sed cum ad præsens nullum habent, illos omittimus. Omittimus item Conuentus, quos Fratres Minores varijs de causis, dimiserunt.*

FINIS



# CORONÆ AVREÆ SVPER CAPVT EIVS.



# CORONIS SACR. GENEALOGICO

## In Qua

SERTA ET CORONÆ TRES GLORIÆ AC DECORIS GENEALOGIÆ ETRVSCO-MINORITICÆ CONSEVNTVR PRO THOLO COELOQVE HVIVS THEATRI GENEALOGICI.

## In Quò

REFVLGENT STELLÆ) (SIDERA COLLVCENT,
Erumpunt Gemmæ tot Emicant Margaritę,
Rosę vernant.) (Lilia Florent,
Fructus pendent honestatis

## Quot

HEROES, & HEROINÆ trium Ordinum SERAPH. P. N. D. FRANCISCI.

*Sanctitate vitæ, miraculorum gloria, pietate atque virtutibus, cunctis usque nunc sæculi, præfulserunt in Tuscia, atque triplicato in Theatro, iuxta numerum Ordinum, ab eodem Authore producuntur.*

**PROLOQVIVM.**



*ORONA SENVM FILII FILIORVM*, Prouerb. 17. *ait Sapiens, & GLORIA FILIORVM PATRES EORVM Patres gloriosos, illustres progenitores Prosapia huius Prouinciæ (tales enim sunt Prælati & Rectores Ordinis locorumque) iam in Theatro agnouimus: & cùm GLORIA HOMINIS*, Ecclesi. c. 3. *vt inquit Ecclesiasticus, EX HONORE PATRIS SVI, gloriosissimos proclamemus tantorum Heroum Filios, Natasque a generatione in generationem; & vicissim, quia FILIVS SAPIENS* Prouerb. cap. 10 *(Sapiente teste) LETIFICAT PATREM, & parentes in generationibus suis collaudemus, filiorum coronis coronemus, nepotum sapientia lætificemus*

*cemus. Prodeant ergo in circuitu patrum inclyti filij, prestantes filiæ, Martyres Confessores, Virgines, Viduæ in aliis siderum Aula conregnantes, & in summa Theatri Dij namque, & Heroes in aere monstrantur* Prodigin. lib. 8. cap. 8. *stantes, palmis & coronis ludant, patribus circumsidentibus plausum faciant à cuncto consessu ipsi recipiant, decorem decori addant, Theatrum istud hoc Etruscum illuminent, ornent, & tanquam stellæ in eius firmamento lucentes, triplici varietate virtutum gemmata coronide coronent, plaudant & patres tantis ditati filijs talibus ornati filiabus. Quot quot igitur Heroes sanctitate celebres in THEATRO SACRO PRIMI ORDINIS, nulla neglecta sobole: pro prima Corona. Quot quot illustres pietate Heroinæ Ordinis S. Claræ, in THEATRO Sacro SECVNDI ORDINIS pro secunda. Et quot quot Proceres ex POENITENTIVM ORDINE in THEATRO Sacro TERTII ORDINIS producturi (Deo fauente) sumus, & eorund em præclara facinora retexturi, THEATRO huic pro tertia Corona, coronideque annectimus, eorum nomina in memoriam reuocamus, vt hinc videre sit qualiter GENEALOGIA ETRVSCO MINORITICA.* Apocal. 21. Ezechiel. 13. *ornata sit omni lapide pretioso, & auro & argento, & vestita bysso, & polymito, & multis coloribus, quantis niteat margaritis, refulget Stellis, ditatur gemmis.*

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
*

# TITVLVS PRIMVS.

## HEROES ETRVSCO-MINORITÆ

Ex Primo Ordine S. P. N. D. Francisci, nulla neglecta Sobole,

Qui

*Sanctimonia vitæ, miraculorum gloria claruerunt; aut pietate insignes, aut virtute illustres hucusque fuerunt in Tuscia; quorum ACTA damus*

## THEATRO PRIMO SACRO ETRVSCO-MINORITICO, hoc ordine.

### TITVLVS I.

*Spectac. I.*

PRotomartyres Minoritani ad Marocchium coronati Anno 1220.

S. Petrus a S. Geminiano,
S. Berardus de Carbio,
S. Accursius, &
S. Adiutus, &
S. Otto.

*Spectac. II.*

S. Daniel, Tuscus.
S. Angelus,
S. Domnulus,
S. Hugulinus,
S. Leo,
S. Nicolaus, &
S. Samuel.
) *Secundi Martyres Minoritæ, Hostia Septem Septæ in Mauritaniæ immolata an. 1221.*

### TITVLVS II.

## SANCTVS BERNARDINVS SENENSIS.

### TITVLVS III.

B. Aldobrandinus de Ammannatis Florentinus.
B. Bartholomæus, de Martinozzis à
B. Ioannes Monte Pulitiano.
B. Demetrius, senensis.
B. Petrus, senensis.
B. Iacobus de Florentia Archiep. Zaitonensis.
V. P. Antonius à Virguletta;
B. Sebastianus de Florentia;

# TITVL. IV.

## CONFESSORES DOMINI.

*Spect. I.*

Beati & pietate insignes.

ACcursius, ] de Florentia.
Aegidius ]
Agnellus, & ) de Pisis.
Albertus. )
Albertus à Sarteano.
Ambrosius à Massa.
Andreas à Colle.
Andreas Cortonensis.
Andreas Grossetanus.
Andreas à Plano castanearum.
Andreas Senensis.
Angelus Bonsius Florentin.
Angelus à Ciuitella Aretij.
Angelus. )
Angelus. & ) de Florentia.
Angelus. )
Angelus à Groppina.
Angelus à Biturgia.
Anonymi duo Florentini.
Anonymus Clusinus.
Antonius à Clanciano.

*Capuccin.*

Antonius à s. Ioanne.
Antonius à s. Regina.
Antonius Nerius Aretinus.
Antonius Tegrimius Pisanus.
Archangelus à Castro focognano Reformat.
Augustinus Senensis Capuccin.
Augustinus Volaterranus.

*Spect. II.*

Balthassar, & ) de Florentia.
Baptista )
Baptista à Romano
Barnabas a Pistorio
Bartholomæus Anglariensis.
Bartholomæus de Florentia
Bartholomæus à Monte Pulitiano.
Bartholomæus Pisanus.
Bartholomæus à Salutiuo Reform.
Belengerius a Monte acuto.
Benedictus de Aretio.
Benedictus Florentinus.
Benedictus à Gamoraccio.
Benedictus à s. Loreno.
Benedictus de Mugello.
Benedictus Senensis.
Benedictus à Podio Bonitij.
Bernardinus de Bibiena.
Bernardinus à Cutiliano.
Bernardus Scarlati Florentin.
Bernardus à Massa.
Bonifacius Senensis.
Borromeus de Borromeis.

*Spect. III.*

Clarissimus à Clusio.
Cherubinus. ) Capponi de Florentia.
Clemens, & )
Ludouicus )
Christophorus à Romandiola.
Dominicus Castillioneus, ]de Florentia.
Dominicus Certonius. ]
Euangelista Marcellinus.

*Spect. IV.*

Franciscus à Barga.
Franciscus à Casteuoli.
Franciscus de Francefchis ) de Florentia
Franciscus de Maleficijs )
V. P. Franciscus Gori à Monte Pulitiano Conuent.
V. P. Franciscus à Monte Pulitiano Capuccin.
Franciscus à Plebe s. Stephani.
V. P. Franciscus Senensis.

*Spect. V.*

*Spect. V.*

Gaspar à Barga.
Gaspar Florentinus.
Gerardus, & ) à Florentia.
Gerardus. )
Gualterius Pisanus.
Guido de Saluena.
Guido Citoniensis.
Guido Cortonensis.
Guido Florentinus.
Guido Senensis.
Gulielmus à Castillione.
Gulielmus à Radicofano.
Herculanus de Piagale.
V. P. Hieronymus Pistor. Capuc.
V. P. Hieron. à Monte Pulit. Cap.
Hieronymus Stufa Florentin.
Hugo de Prato.
V. P. Humilis Puppiensis.

*Spect. VI.*

Iacobus Cortonensis.
Iacobus Florentinus.
Iacobus a Massa Ducis.
Iacobus à Massa Marittima.
Iacobus de Monterio.
Iacobus Petruccius Senen. Episc.
Iacobus à Scansano.
V. P. Iacobus Senensis.
Illuminatus Florentinus.
Ioannes Aretinus.
Ioan. Andreas Pistorien.
Ioan. Bonellus, & ) de Florentia.
Monaldus )
Ioan. Bonuisius Lucensis.
Ioannes, & ] de Caulibus à S.
V. P. Ioannes ] Geminiano.
V. P. Ioan. Franc. Belans Senen.
Ioannes Lombardus.
V. P. Ioannes de Mara.
Ioannes à Monte Ilcino.
Ioannes Parens Florentin.
Ioannes à Prato.

Beati & pietate insignes

Ioan. Riccius, & ] de Florentia.
Ioan. Satarellius ]
Ioan. Ristorio, & ) de Senis.
Ioannes. )
Ioseph Florentinus.
Iulianus Cortonensis.
Iuniperus Florentinus.
VV. duo Iuuenes Florentini.
Iunta Beuegnates Cortonen.

*Spect. VII.*

V. F. Laurentius Florentinus.
V. P. Laurentius à Monte Pulitiano Capuccin.
Leo de Petrarubea.
Leonardus Echerius à Prato.
Ludouicus à Barga.
Ludouicus à Groppina.
Ludouicus à monte s. Sauini Capuccin.
Ludouicus & ) de senis.
V. F. Ludouicus )

*Spect. VIII.*

Mansuetus à Castilione.
V. P. Marcellus Pistorien. Capuc.
Marchion. à Cortona.
Marcus Pecorarius Asenalunga.
Marianus Brandius Florentinus.
Marianus à Clusio.
Marianus Massainus senensis.
Mathæus à Barga.
Mathæus Castillione.
Mathæus de Florentia.
Melchior à Massa marittima.
Michael Alberti Florentinus.
Michael a Barga.
Michael à Massa marittima.
Michael Volaterranus.
Minnius Altimanni senens.

*Spect. IX.*

Nicolaus Siluani senensis.
Nicolaus Vzani Florentinus.
Onofrius Pistorien. Capuccin.

Beati & pietate insignes

Onofrius Sarzanensis.
Onofrius à Seggiano.
Onofrius senensis.

*Spect. X.*

Paschalis Citoniensis Reform.
Paulinus Pistorien. Capuccin.
Paulus Ioua Lucensis.
Paulus Pratensis.
Petrus Antonius à Cortona.
Petrus de Aretio.
Petrus Florentinus.
Petrus Manouelli à Florentia.
Petrus Paulus Florentinus.
Petrus à Scarperia.
Petruccius senensis.
Petrus de Trequanda.
Philippus à Monte Ilcino.
Philippus senensis.

*Spectac. XI.*

Raynaldus à Castilione.
Rainerius de Aretio.
Raynerius & Burgienses
Raynerius Capuccini.
Relandinus Florentinus.
Robertus Canes Battifolle.

*Spectac. XII.*

Saluator Galantinus Florentin.
Sanctes à Montopoli Capuccin.
Siluester senensis.
Thomas à Bibiena.
Thomas à Florentia.
Thomas Capponius Florentinus.
Vbaldus à Colle Vallis Elsæ.
Vbertinus à S. Cassiano.
Vincentius senensis.
Vincentius à Floriano Capuccin.
Vitalis, Ductor quinque Martyrum.
Vitus à Cortona, discipulus Sancti Francisci.

Beati & pietate insignes

## TITVLVS V.

### MINORITÆ ALIENIGENÆ IN TVSCIA SEPVLTI.

*Spectac. I.*

Alexander Veronensis.
Angelus de Monte Leone.
Anonymus Parmensis.
Balthassar Genuensis.
Bernardus Mandeli Mediolan.
Christophorus Criuelli Mediol.
Donatus Ferrariensis.
Franciscus à Castrodurantis.
Franciscus Laudensis.

*Spect. II.*

Georgius de Erballio.
Georgius Græcus.
Hieronymus Gallus.
Humilis Perusinus.
Iacobus Barlettanus.
Iacobus Crema. Capuccin.
Iacobus Ticinensis.
Ioannes Antonius à Parma.
Ioan. Franciscus de Casali.
Ioan. Firmanus, aliàs de Aluerna.
Ioan. Discalceatus Perusinus.

*Spectac. III.*

Lanceslaus Hungarus.
Laurentius à Fabriano.
Marianus Bosnensis.
Marianus à Luco.
Nicolaus Vrbeuetanus.
Paulus Theutonicus.
Petrus Gallus.
Polidorus Romanus.
Raynaldus Reatinus.
Sanctes Cortonen. Reform.

Beati & pietate insignes

## TITVLVS VI.

### MARTYRES CHARITATIS HOC EST.

*Minoritæ Obseruantes, qui tempore PESTIS lucentibus inseruientes Animas suas pro fratribus posuerunt, in Tuscia diuersis temporibus.*

Charitate

*Anno* 1497.

Iacobus Fesulanus seù a Camerata. ) In Conuentu Piscciæ
Augustinus de Salaria )
Franciscus ) à Barga )
Iulianus ) )
Ioannes Sardus
Stephanus, & ) de Luca
Thomas )
Vincentius Gallus de Bungurdia.
Albertus Florentiuus, vnà cum sex alijs in Terra Collis Vallis Elsæ.

*Ab An.* 1523. *ad* 1530.

*VV. PP. & Fratres Obseruant.*

Celebres

Alexander & )
Alexander Braccius )
Alexius )
Andreas ) de Florẽtia
Andreas Buccinius )
Angelus Carduccius )
Angelus de Miniatis )
Antonius Gabbunus )
Antonius )
Andreas à Balne's Pisar.
Angelus à Grignano
Antonius à S. Ioanne
Antonius à s. Marcello
Antonius Pisciensis
Atonius dell' Orafo) de Florẽtia
Antonius Lauacchia)

Augustinus Panieraio
Andreas a S. Petro in Balneo
Andreas ) Puppienses
Augustinus )
Antonius à Figlino
Alexius )
Alexander ) à Cortona
Antonius, & )
Antonius )
Antonius à Castronouo
Antonius a Ponseuio

Charitate

Archangelus Florentinus
Andreas de Lizzano
Antonius à Burgo S. Laurentij
Antonius de Passeglio
Ægidius Volaterranus
Andreas à Brandicorte
Angelus à Cutiliano
Archangelus de Casoli
Antonius à Vicchiò
Baptista à Castellione
Balthassar à Lignana
Barnabas Florentinus
Bartholomæus Angliariensis
Bartholomæus Florentinus
Bartholomæus de Strata
Bartholus Florentinus
Bartholus à Lucardo
Benedictus à Castellina

Celebres

Benedictus Florentinus
Benedictus de Fusdinouo
Bernardinus de Anglario
Bernardinus de Aretio.
Bernardinus à Castillione.
Bernardinus à Cetica.
Bernardinus de Romena.
Bernardinus Volaterranus.
Bernardus Buondelmonti Florent.
Bernardus à Caiano
Bernardus de Lombardis
Bonaccursius Florentinus
Bonauentura de Anglario.

Bona-

*Charitate Celebres*

Bonauentura a Fiuizzano
Bonauentura a Montegnozio
Bonauentura Pratensis
Cerbonus )
Christophorus ) de Florentia.
Ciprianus )
Christophorus à Floriano,
Damianus &) à Castillione
Donatus )
Dominicus Cortonensis.
Dominicus de Spedito.
Euangelista à S. Marcello.
Franciscus Clericus ) de Cortona.
Franciscus Laicus )
Franciscus Aretinus.
Franciscus Sacerdos, )
Franciscus Laicus. )
Franciscus dell'Orafo. )
Franciscus Manouelli. ) de Florentia
Franciscus Roncionius )
Franciscus Zenobius. )
Franciscus del Caccia. )
Franciscus à Floriano.
Franciscus à Panzano.
Franciscus à Plebe S. Stephani.
Franciscus de Rocca.
Franciscus à Mariadio.
Franciscus Emporiensis.
Fœlix à S. Donato.
Fidelis Florentinus.
Franciscus à Figlino.
Gabriel Sacerdos. ) de Florentia.
Gabriel Clericus. )
Gaspar a Penna Aretinus.
Gilius Arrigucccius Florentinus.
Gilius Cortonensis.
Gabriel Pisanus.
Gabriel de Romena.
Gaspar Pisanus.
Gregorius à Malgrato.
Gregorius de Monticellis.
Gregorius à Palaia.
Gregorius a S. Florio
Gregorius Volaterranus
Hieronymus à Montopoli
Hieronymus Cortonensis
Hieronymus de Mangona
Hieronymus Buonfantinius Florent.
Iacobus de Bibiena.
Iacobus Cortonensis
Iacobus Florentinus
Iacobus à Ricorboli
Iacobus Volaterranus
Innocentius Serragli Florent.
Io. Baptista de Lauacchio
Io. Baptistà Florentinus
Ioannes a S. Cassiano
Ioannes de Florentia
Ioannes a Monteregio
Io. Franciscus a Laterina
Io. Maria de Vzano
Io. Franciscus )
Ioannes Saluiatus ) Florent.
Ioannes Soderinus )
Io. Paulus Volaterranus
Ioannes de Strata
Ioannes Emporiensis
Ioseph Pisanus
Iulianus de Incisa
Iulianus Rondinellius Flor.
Isydorus Florentinus.
Iulianus a Lignaria
Laurentius a S. Cassiano
Laurentius Puppiensis
Laurentius de Sthya
Marianus Cortonensis.
Marianus Florentinus.
Marianus a Bibiena
March on a Cutiliano
Matthæus Cortonensis
Matthæus Florentinus
Matthæus a S. Ioanne
Matthæus de Figlino
Michael Angelus Florent.

Paci-

Pacificus.
Paulus Bonini. } de Florentia.
Paulus Laicus.
Paulus Rucellai.
Paulus Volaterranus.
Paulus à Souaggio.
Paulus à S. Giminiano.
Petrus, & Petrus
Petrus Ioannes. } à Florentia
Petrus Maria.
Petrus Gentilis.
Petrus à Lastra Signæ.
Petrus à Burgo Lucensi.
Petrus à Plebe S. Stephani.
Petrus de Strata,
Petrus Empolitanus.
Petrus Antonius Emporiensis.
Philippus à S. Donato.
Philippus Pratensis.
Philippus de Strata.
Raphael Florentinus.
Raphael Florentinus.
Remigius Florentinus.
Seraphinus Francesch Florentinus.
Sebastianus Aretinus.
Sebastianus Pistoriensis.
Siluester Volaterranus.
Sanctes à Balneo.
Saluator Florentinus.
Stephanus à Montopoli.
Vincentius à Colle.
Zenobius Florentinus;

Charitate — Celebres

*Ab Anno* 1630. *ad* 1633.

Andreas de Lizano.
Angelus Pratensis.
Anonymus Corsis.
Antonius de Luca.
Bernardinus de Pitelio.
Bonauentura à Bulciano.
Candidus de Luca.

Franciscus à Cerreto.
Franciscus à Montelupo.
Hieronymus Lucensis.
Iuniperus de Cerreto.
Ioseph de Oneta.
Innocentius de Luca.
Laurentius à S. Marcello.
Ludouicus Florentinus.
Modestus de Ognano.
Paulus à Trino.
Petrus Antonius à Massa.
Petrus Laurentius de Anglario.
Philippus de Deis, Florentinus.
Raynerius à Chitignano.
Seraphinus Lucensis.
Stephanus à Balneo Lucens.
Victorius à Massa: *cum alijs vltrà c n tum, quorum nomina desiderantur.*

*Ex PP. Reformatis.*

Camillus Bichius, Senensis.
Laurentius à Cerrano.
Michael à S. Quirico Lucens.
Petrus de Aretio.

*Ex PP. Capuccinis.*

Adrianus à Barga.
Andreas à Monteuarchio.
Benedictus à Febbiano.
Bernardinus Florentinus.
Christophorus Capheronianus.
Christophorus Senensis.
Franciscus à Carmignano.
Franciscus Belans, Senensis.
Franciscus-Maria Bonsius Floren.
Franciscus à Massa.
Franciscus à Phocecchio.
Franciscus Pratensis.
Gabriel Ptolomei, Senensis.
Hilarius Florentinus.
Humilis à Sarauezza.
Illuminatus Volaterranus.
Innocentius Pisanus.
Ioseph à Barga.

Charitate — Celebres

Ioſeph Capheronianus.
Lucas Lucenſis,
Martinus Lucenſis,
Maſſeus Volaterranus.
Michael Angelus Caſtillioneus.
Michael Angelus, & ) de Luca.
Michael )
Monaldus à Pratolino.
Paulinus Lucenſis.
Petrus Franciſcus Mainardi Floren.
Philippus à Sarauezza.
Seraphinus Emporienſis.
Simon à Gallicano.
Simplicianus de Inciſa.
Vbaldus Emporienſis.
Victorius Volaterranus, &
Vitalis de Arcidoſſo.

## TITVL. VII.

*Minoritæ Exteri eodem glorioſo mortis genere ſimiliter in Tuſcia defuncti.*

Antonius Hiſpanus. ) Obſeruantes.
Bernardinus Lombardus. )
Franciſcus Spedia. )
Franciſcus de Obicino. )
Iacobus. )
Ioannes, & ) de Lombardia. )
Petrus. )
Petrus Corſus. )
Iacobus Parmenſis. ) Capuccin.
Illuminatus Bitontinus. )
Iuniperus Bononienſis. )
Marcellus Fauentinus. )

*Et alij quorum nomina exciderunt.*

## TITVL. VIII.

*Minoritæ, qui eodem tempore luentibus propter Chriſtum inſeruierunt & diuinæ potiùs virtute, quam humana induſtria inter peſtilentes & morientes præſeruati ſunt.*

Antonius à Brahcoli.
Bonauentura à Caſtellina.
Fauſtinus Lucenſis.
Franciſcus à Coreglia.
Franciſcus Maria Florentinus.
Franciſcus Maria à Maſſa marittima.
Franciſcus à Sollera.
Gregorius della Bella Florentinus.
Gregorius à S. Ianuario.
Leo Anglarienſis.
Nicolaus à Bononiana.
Nicolaus de Luca.
Paulus & ) de Florentia.
Petrus Franciſcus )
Rupertus, & ) à Prato.
Seraphinus. )

*Vnà cum alijs ſexaginta, & ampliùs quorum Nomina latent.*

*EX PP. CAPVCCINIS.*

Adrianus à Caſtronouo ſenenſ.
Alexander Aretinus.
Alexander Chirurgus ſenenſ.
Alexius Mediolanenſis.
Ambroſius à S. Quirico.
Andreas Aretinus.
Angelus à S. Firmina.
Angelus Tarugus à Monte Pulit.
Anſelmus Lucenſis.
Bartholomæus de monte Varchio.
Benignus à Vallecchia.
Bernardinus Lucenſis.
Bonauentura à Figline.
Clemens à Carmignano.
Clemens à Serrauezza.
Dionyſius Squarcius ſenenſis.
Eugenius Piſanus.
Franciſcus Liburnenſis.

Geruaſius

Geruasius à Niolà.
Hieronymus Aretinus.
Hieronymus à Monrecatino.
Humilis Puppiensis.
Iacobus Pistoriensis.
Ioannes Baptista a Belforte.
Ioannes Baptista Lucensis.
Laurentius de Isolano.
Lucidus Cortonensis.
Marcellus à Florentia,
Marianus de Serrauezza:
Matthæus Pistoriensis.
Mauritius à Phocecchio.
Michael Angelus Florentinus.
Michael Cortonensis.
Modestus à Castellina.
Nicolaus Pistoriensis.
Paulus à Nocera.
Paulus Vespuccius Florentinus.
Paulus Volaterranus,
Pius Placentinus.
Prosperus Reggiensis.
Prosperus à Valdottauo.
Raphael à Colle.
Raphael Columbinus Senens.
Vincentius à Colle. *atque alij, quorum nomina exciderunt.*

Charitate Cele bres

## TITVL. XI.

*Minoritæ Etrusci tùm ex Obseruantibus, tùm Capuccinis pietate aut virtute illustres.*

*Spect. I.*

Adiutus Falconcinius ) de Florentia.
Ægidius )
Albertus à Sarteano.
Albertus de Albertis Senensis.
Alexander Bambi senens.
Ambrosius Ciani senens. Capuccin.
Andreas Cortonensis.
Andreas Florentinus.
Andreas à S. Ioanne.
Andreas à monte Politiano.
Andreas del Monte Florentin.
Andreas à Senalonga.
Andreas Teuccius Florentin.
Andreas Verdallus Senensis.
Angelinus à Ciuitellà Aretij.
Angelus Florentinus.
Angelus à monte Ilcino.
Angelus Pratensis,
Angelus à Raffina;
Anonymi XI.
Anselmus Florentinus.
Anselmus Volaterranus.
Antonius del Viua Aretinus,
Antonius & ) de Florent.
Antonius del Fornaio )
Antonius Lucardo.
Antonius Marliana.
Antonius Marradio.
Antonius de Monte Politiano.

*Capuccin.*

Antonius Pisanus.
Antonius à Piscina.
Antonius à Prato.
Antonius senensis Capuccin.
Antonius de Terrossola.
Archangelus, & ) de Lizzano
Archangelus )
Augustinus à Batignano.
Augustinus à Lucignano Capuci
Augustinus à Radicundola.

*Spectat. II.*

Baptista à Panzano.
Baptista à Spicciano.
Bartholomæus à Colle.
Bartholomæus à Colle,
Bartholomæus a Gallicano.
Bartholom. Gratini senens.
Bartholomæus Lucensis.
Bartholom Bapt. à Lucig. Capuccin.

Vir tu illu stres

Ioan. Baptista à Podio Bonitij,
Io. Baptista de Porcaris, Lucensis.
Ioannes à Barga.
Ioannes à S. Agata.
Ioannes a Castillione.
Ioannes Franciscus de Incisa.
Ioannes à monte Pulitiano.
Ioannes Petruccius senensis.
Ioannes Pisanus Capuccinus.
Ioannes à ponte ad Secem.
Ioannes à Sena longa.
Ioannes senensis.
Ioannes à Spicciano.
Ioannes à Vicchio Mugelii.
Ioannes Florentinus.
Ioannes à Plebe Capheronianus.
Iulianus à Barga.
Iulius à Casoli Pistorien, Capuccin.

*Spectac. VII.*

Laurentius Caccinius Florentinus.
Laurentius item de Florentia.
Laurentius a s. Marcello,
Laurentius a Montesio.
Laurentius Pisanus.
Laurentius senensis,
Lazzarus a Marthi
Lazzarus a Monte Pulitiano.
Leo Florentinus.
Leo a Lignaria.
Leonardus Florentinus.
Leonardus Lucensis.
Leonardus a monte Pulitiano.
Liberalis a Collis vallis Elsç,
Liuidus, & ) a Cortona Capucin.
Liberius )
Lucas Busonius a Cutiliano.
Ludouicus Cortini Florentinus.

*Spectac. VIII.*

Manoualdus a s. Miniate.
Marius a Cortona.
Marcus a Marradio.
Marianus Vghi Florentinus.
Marianus Zefferinius a Cortona.
Matthæus de Aretio.
Matthæus a s. Ioanne.
Matthæus de Sthya.
Mauritius Gualdius Florentinus.
Michael Angelus a Batignano.
Michael Donellius de Rocca.
Modestus a Corelia Reformatus.
Modestus a Massa Ducis.

*Spectac. IX.*

Nicolaus de Cortona.
Nicolaus lucensis.
Nicolaus de Pillis Florentinus.
Nicolaus alius Florentinus Capucc.
Nicolaus Pisanus.
Nicolaus Spinellius, senensis.
Octauianus Campana a Cerre.
Octo Cortonensis. Capuccinto.

*Spectac. X.*

Pacificus a Pratouecteri.
Pacificus a Terrinca.
Paulus Aluernicola.
Paulus a monte Murlo.
Paulus Pisanus.
Paulinus Tiburnensis.
Paulus senensis.
Paulus de Socio,
Petrus Acciaiolus Florentinus.
Petrus a Banzena.
Petrus Caturninus, senensis.
Petrus de Marroscellis, de Florentia.
Petrus Maria de Florentia.
Petrus de Montesio.
Petrus Paulus Florentinus.
Philippus Antinori Florentinus.
Philippus a Castillione.
Philippus Bisficcius Florentinus.
Philippus a Valico Reformat.

*Spectac. XI.*

Raphael a Pontecosi.
Raynerius a Montepulitiano.
Riccardus a Camaiore.

Ruffinus

Virtutes Illustres

Ruffinus a Batignano.
Rupertus, & ) a Prato
Rupertus ) 
Salomæus lucensis.
Saluator a Corzano.
Saluator Pistoriensis.
Saluator Scalandronius Florentinus
Sanctinus de Impruneta.
Sebastianus a s. Miniate.
Sebastianus de Petrasancta.
Seraphinus Pratensis.
Seraphinus ] Pistorienses.
Siluester ]
Simon lucensis.
Simon Vzanus Florentinus.
Stephanus a Pupilio.
Stephanus Volaterranus.

Spectac. XIX.

Virtutes Illustres

Thaddeus lucensis.
Tarlatus Tarlati Petramalensis.
Thomas ) 
Thomas & ) de Florentia
Thomas Rinuccinius, )
Thomas Sermannus. )
Thomas a s. Geminiano Capucc.
Timotheus lucensis.
Timotheus a Casoli senensis.
Timotheus a Massa Ducis.
Timotheus senensis Capuccin.
Vincentius a Sarteano.
Vincentius de Raffina.
Victorius Franceschi Florentinus.
Vitalis a Valico, & quam plurimi, qui exciderunt.

## TITVL. X.

### Minoritæ Exteri virtute Illustres in Tuscia sepulti.


Virtute Illustres

Agnellus ex lupo factus in sacro Aluernæ Monte.
Claudius Gallus.
Crescentius Lombardus.
Franciscus Maurus Hispellas.
Iacobus Alexandrinus.
Iacobus Gallus.
Ioannes Baptist. Estensis, olim Alphonsus III. Mutinæ Dux Capuccinus.

Virtute Illustres

Ioannes Cordubensis.
Latrones III. a S. P. D. Francisci in monte Casali Ordini adscripti.
Leonardus de Potentia.
Michael a Maiorica.
Petrus Perusinus.
Saluator Vitalis Sardus.
Vincentius a s. Angelo.
Prouinciæ Principatus.

*Alij que quam plurimi quorum nomina exciderunt, in præfato Theatro primi Ordinis referuntur.*



TIT.

# TITVLVS II.

## HEROINÆ ETRVSCÆ ORDINIS S. CLARÆ

Quæ

Vitæ Sanctimonia, & pietate insignes fuerunt.

Quarum gesta, animi præclaras dotes, & virtutes narramus Theatro Secundo Etrusco-Minoritico sequenti. Ordine.

### TITVL. I.

BB. VV. SORORES CLARISSÆ antiquissimi Monasterij S. Mariæ de Monticellis Florentiæ.

*Spectac. I.*

Sorores
Clara, Ioanna, & Lucia, de Vbaldinis
Helias de Pulcis,
Catharina de Albertis.

Sorores
Margarita de Caualcantibus.
Constantia de Donatis.
Philippa Medicea.
Catharina de Pazzis.
Felix de Venturis.

*Spect. II.*

Clarissæ pietate insignes.
Prestantiores Sorores Clarissæ Ven. Monasterij S. Claræ Florentiæ.

Anna Helena de Nobilibus.
Brigida a monte Acuto.
Maria Antonia Bagnesia.
Matthæa Fesulana.
Margarita de Boncianis.
Perpetua de Ambrogis.
Puritas della Casa.
Veronica à s. Petro in Balneo.

*Spectac. III.*

Clarissæ pietate insignes.
Præclariores Sorores Monasterij Lini Volaterr.

Andreá de Bardinis.
Apollonia Pichinesia.
Cecilia Volaterrana.
Clara a Palaia.
Domitilla de Falconcinis.
Euphrasia Volaterrana.
Maria a Burgo.

Paula

Paula à s. Geminiano.
Vrsula Volaterrana.

*Spect. IV.*

Venerabiles Sorores reliquorum Monasteriorum Tusciæ.

Sorores Clarissæ

Angela Nildinia a Monte Pulitiano
Anonyma à s. Miniatę.
Anicn a Florentina.
Brigida de Arnol nis, Lucensis.
Cherubina à Prato . teri.
Clara de Agolantibus Floren ina.
Clara Pagnuccia à Monte Pulitiano
Faustina à Terranuoua.
Margarita Lucensis.
Maria Virginia Aret na.
Paula à Monte Pulitiano.
Valeria Petruccia, Fiorentina.

## TITVL. II.

V*En. Virgo Sor. Passithaa de Cregis Senensis, Cappu cinarum Parens,*

*Sequuntur discipulæ.*

pietate insignes

A Nastasia, & ) de Bandinis Archangela ) à Pistorio.
Anonyma, Senensis,
Catharina Senensis.
Chatarina de Gallis )
Cherubina. )
Deodata ) Senenses.
Felix. )
Hieronyma. )
Laura Pistoriensis.
Maria Franc. Senensis.
Maria Ioanna à Burgundia.

## TITVL. III.

R*Eliqua Ven. Sorores aliorum Monasteriorum.*

*Spectac. I.*

A Gnes Puccinia, Lucensis.
Anonyma Anglariensi.
Anonyma. ] Aretinæ.
Anonyma. ]

Sorores Clarissæ

Anonymæ VIII. Lucenses.
Anonyma Florentina.
Anonymæ VI à s. Miniato.
Anonymæ VIII. à Castro Florent.
Anonyma Senensis.
Anonyma, & ) Volaterranum.
Artinia )

*Spectac. II.*

Baptista Balduccia, Florentina.
Bartolomæa à s. Ioanne.
Brigida Florentina.
Cæcilia à Castro Florentino.
Catharina Angela à Borro.
Catharina Barduccia, Aretina.
Clementia à Castro Florentino.
Comitissa del Portico, Lucensis.

*Spectac. III.*

pietate insignes

Elisabeth ex Comitibus Battifollis.
Elisabet Matonar, Volaterrana.
Euphrasia Nobili, Lucensis.
Francisca Aretina.
Helena Cellesia, Pistorien.
Iacoba Incerminelli, Lucensis.
Isabella de Albizis, Florentina.
Lisa de Baldouinettis, Florent.
Lucia, & ) de Florentia
Lucia de Caffarellis )
Maria Christina à Monte s Sauini.
Maria Electa de Casinis, Aretina.
Nicolosa Barbolana ex Comitibus Montis Acuti.
Octauia de Sestis, Lucensis.
Petra à s. Ioanne.
Seraphina de Burlamacchis, Lucensis
Thomasa à Pistorio, ac aliæ, quæ exciderunt.

TITVL.

# TITVLVS III.

## HEROES, ET HEROINÆ TERTII ORDINIS S. P. D. FRANCISCI.

## Qui, Quæ

*Sanctimonia vitæ, Miraculorum gloria, aut virtutibus hucusque in Tuscia claruerunt.*

## Quorum, Quarumque

Præclara facinora damus Theatro Tertio Sacro huius Almæ Prouinciæ Tusciæ, in duas partes diuiso.

*Ex Parte Prima.*

BB. & VV. Serui Dei de Tertio S. P. D. Francisci Ordine.

Beati & pietate insignes

Albertus Barbolanus Comes Montis Acuti.
Angelinus Danesius à Monte Politiano.
Anonymus Florentinus.
Bartholus à s. Geminiano.
Bartholomæus Grossetanus.
Bonamicus Volaterranus.
Bruno à Colle.
Carolus Comes Montis granelli.
Dauanzatus à Semifonte.
Ferruzzonus à Monte Massi.
Geraldus à Villa-Magna.
Iacobus à Castro Plebis.
Ioannellus Cortonensis.
Iustus del Rosa, Florentinus.
Luchesius à Podio Bonitij primogenitus.
Marcus à Crusena.
Martolensis à Colle.
Nicolaius Senensis.
Orlandus Cataneus Comes Clusij noui.

Beati & pietate insignes

Petrus Galgalinus à Colle Vallis Elsæ.
Petrus Pettinarius Senensis.
Torellus Puppiensis.
Viualdus à s. Geminiano.

*Sequuntur alij inferioris notæ.*

Augustinus de Florentia.
Bartholomæus Caroccius.
Frãciscus Catani Comes Clusijnoui.
Franciscus, vulgo Peccator, & Anonymus eius frater.
Gualterius à Montegranello.
Gregorius, & ) Nicolaus ) de Florentia.
Ieremias Cortonensis.
Ioannes-Baptista Dini, à Gragnanella.
Ioannes, ) Thomas, & ) Thomas ) de Minellis. ) Nicolaus, & ) Simon. ) Omnes de Citonio.

 Pauli-

*Beati & pietate insignes*

Paulinus ) de Senis.
Pistor. )
Tarlatus Tarlati, Comes Petræmalæ.
Thomas Saluiatus, Florentinus Episcopus Aretinus, &c.

*Sequuntur alij, de quorum Instituto controuertitur.*

Guido Comes della Gherardesca
Petrus Gambacurta, Pisanus.
Hippolytus Galantini, Florentinus

*Sequuntur Tertiarij alienigenæ in Tuscia sepulti.*

Andreas Tudertinus.
Bonauentura de Venere.
Franciscus de Assisio.
Nicolaus, Comes, Perusinus.



# EX PARTE SECVNDA.

## ANTIQVIORES, ET SANTITATE ILLVSTRIORES TERTIARIÆ DOMI VIVENTES.

*Beati & pietate insignes*

ADriana Soror B. Margaritæ Ægidia, seu Gilia Cortonē.
Bartholomæa, aliàs Mea Senens.
Bona B. Luchesij vxor, Primogenita.
Catharina Vannini Senensis.
Christina à s. Cruce.
Diana Senensis.
Dominica à Paradiso Florentina.
Humiliana de Cerchis Florent.
Ioannæ à s. Maria in Balneo.
Ioanna à Signa.
Magdalena à s. Ioanne.
Margarita Bichia, Senensis.
Margarita Cortonensis.
Tita. ] de Senis.
Tobia. ]
Viridiana à Castro Florentino.

## PRÆCLARIORES SORORES TERTII ORDINIS INTRA CLAVSTRA DEGENTES.

*Virtute illustres*

ANdrea de Forcis, Lucensis.
Anfrosina à Burgo s. Sepul.
Anna de Capponibus. Florent.
Anonyma Pistoriensis.
Anonymæ VI. à Monte Pulitiano.
Apollonia de Caualcātibus] de Florentia.
Barbara Cononi. ]
Bartholomæa Cortonensis.

Bene-

Virtute

Benedicta de Bettinis, Florentina.
Catharina Franciotta, Lucensis.
Catharina de Mastacchis, Flor.
Clara Beringuccia, Senensis.
Clara de Daniellis. ) Lucensis.
Claudia Tegrimi. )
Domitilla )
Euangelista ) de Florentia.
Eusebia )
Helena Florentina.

Illustres

Helena ) Senenses.
Helena )
Iacinta Balbani Lucensis.
Ioanna à Bibiena.
Laura de Massis, Florentina.
Laura à Scarperia,
Leonarda de Florentia.
Ludouica à Diacceto.
Magdalena Vguccionia, Florent.

Virtute

Margarita de Maternis, Lucens.
Maria Florentina.
Maria Iacinta ] Lucensis.
Maria Magdalena ]
Maria de Mugello.
Martha Fesulana.
Martha Lucensis.
Nicolosa Massei ) Florentinæ.
Petra de Ridolfis )
Raphaella Bottini, Lucensis.

Illustres

Raphaella de Temperanis ) de Florentia
Scolastica del Nero, & )
Victoria )
Victoria, & ] de Luca.
Vrsula de Lanfranchis ]

*Sequuntur alienigenæ.*

Onofria Aprutina.
Ioanna à Fulgineo.
Maria Catharina Stefanoni Romana

RELIQVE SORORES VIRTVTE PRÆSTANTES, DOMI VIVENTES.

Angela Tedeschi à Sarauezza
Anna Pistoriensis.
Cæcilia Florentina
Catharina Barbolana e Comitibus Montis Acuti.
Catharina à Burgo Lucensi.
Dianora de Tempis Florentina.
Faustina de Morettis Florentina
Hieronymus Anglariensis.
Lucretia Bona à Myrteto
Quintiliana à Scaneano.
Rauenna ( Florentinæ.
Sophia (
Thaddæa à Terrinca.

FINIS.

# ADDITIONES EX PRÆTERMISSIS.

## PAR. II. TIT. I. SER. III. Adde

I. REuerend. *P. BERNARDVS de MONTERIO Sagonensis* Episcopus in Corsica, sub Archiepiscopo Pisano, creatus est a Clemente VI. an. 1343. idus Iunij *uti ex Reg Vaticano, Epist.* 15, *fol.* 45, *refert Vghellius tom.* 3. *tit.* Sagonenses Episcopi, *n.* 9. *& Vuad. tom.* 3. *an. præfato* 1343. *n.* 12. Quem in eadem Serie ex Minoritis præcesserant RR. PP. *Gullielmus* de Franchya, olim Episcop apud Tartaros, anno 1323 qui anno 1327. ad Ecclesiā Tergestinam translatus est. Huic successit anno 1328. *Antonius*, cui an. 1331. subrogatus fuit Fr. *Iacobus* Minorita. *Itā Vghell. ibi & Vuad. loc. cit. an.* 1323, *n.* 42. 1328. *n.* 13. *&* 1331. *num.* 6.

*ibidem.*

II. Reuerendiss. *P. SINIBALDVS de Lacu Trasumeno* olim Inquisitor in Prouincia Romana, & Patrimonio D. Petri, Ecclesiæ *Melphiensi* in Lucania, & Regno Neapolitano Episcopus electus est a Nicolao III. anno 1280. 9. Iunij *Vuad. tom.* 2. *an.* 1280. *n.* 1. *& in Reg. fol.* 143. *n.* 32.

*ibidem Ser. V.*

III. Reuerendiss. P. *PAVLVS BISNETTI* de Lacu Perusino, vir inter Obseruantes doctissimus & magni nominis, variarum Linguarum scientia praeditus, in agendis peritus & circumspectus, ad sexennium Reuerendissimi P. Francisci à Sosa Ministri Generalis Secretarius & Assistens, indè anno 1606. Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana. Catholicæ Maiestati acceptissimus, quam propterea Cephaludensem in Sicilia Episcopum Paulo Pp. V. nominauit: sed cum populus Cephaludensis suo tunc iure alium proposuisset; Paulus Pontifex anno 1609. Paulum nostrum Triuentinum in Regno Neapolitano Episcopum creauit, & pensionem scutorum mille ab Episcopo Cephaludensi quotannis eidem soluendam decreuit, vixit in Episcopatu annos 13. Perusium profectus in morbum incidit & moriens in Conuentu S. Hieronymi apud suos sepeliri mandauit. *Ex MM. Prouincia S. Francisci, & Chronolog. Ord. pag.* 526.

*Ibidem*.

IV. Eminentiss. Princeps *P. ANTONIVS BARBERINVS*, Vrbani Pp. VIII. germanus, ex Ord. Minor. Capucc. tit. S. Onophrij S. R. E. Praesbiter Cardinalis *de quo sup. par. 1. tit. 1. ser. 4. n. 1. ac par. 2. tit. 1. ser. 1. egimus*, iussu Fratris Pontificis curam pastoralem Senogalliensis Ecclesiae in Piceno, anno 1625. die 27. Ianuarij suscepit. Cuius Episcopatus possessionem cum inijsset, optimi Pastoris edidit exempla. Siquidem frumenti vberem copiam sparsit in pauperes Seminarium ditiori censu ad auxit. Synodo celebrata, cum optimis Constitutionibus Ecclesiam suam instituisset, eiusdemque Diaecesim totam lustrasset: ex vocatu deinde Pontificis Romam concessit, grauioribus Ecclesiae negotijs manum admouiturus. Itaque volens lubensque Episcopali munere abijt anno 1628. Romanaeque Aulae incomparabile exemplum fuit probitatis; &, vt vixerat, vltimum spiritum piè Creatori suo reddidit annos natus 77. salutis verò 1646. die 11. Septemb. meritissima pompa clarus apud Fratres suos Capuccinos in noua à se cum Coenobio constructa Ecclesia, vt ipse mandauerat, terrae traditus est. *Vghell. tom. 2. tit. Senogallien. Episcopi, n. 56.*

PAR. II. TIT. II. SER. XII. Adde.

V. P. Mag. *IOANNES* a Burgo S. Sepulchri anno 1337. Inquisitor erat in Marchia Anconitana, cui Benedictus XII. comisit, vt seuerè ageret contra receptores & fautores Fraticellorum, inter quos praecipuè connumeratur Franciscus Episcopus Camertes. *Vuad. tom. 3. an. 1337. n. 1.*

*Ibidem*.

VI. *SINIBALDVS* de Lacu, quem supra Addit. 2. Melphiensem Episcop. diximus, Inquisitor in Prouincia Romana, & Patrimonio D. Petri.

PAR. III. TIT. III. SER. III. HOC EST IN FINE THEATRI. Adde.

VII. Illustriss. *D. ARRIGVS CERCHIORVM* Antiquorum *ACONIS, NIPOZZANI*, ac Troianae Dominorum Nobili Familia Florentiae satus, atque B. Humilianae de Cerchiis, Viduae Florentinae Tertij Ordinis D. P. Francisci, de qua pag. 249. col. 2. n. 8. egimus, germanus frater. Nobilis Vir iste sanctae sororis animatus exemplo pietati totus addictus tertium & ipse amplexus est Franciscanum Institutum: Sacellum, seu vt vocant, Capellam in Claustro Minorum S. Crucis Florentiae, penes quos multis illustratum miraculis asseruabatur Corpus sanctae Sororis suae Humilianae aedificauit, seu ex testamento exigendum reliquit, suo propterea nomine diù vocatam, *La Cappella di Frate Arrigo*. In hanc olim congregabantur Confratres Societatis *Natiuitatis*, modò verò *S. Bartholomei*.

mai. Super eam consurgit celebris Bibliotheca, foliis, sed optimis Manuscriptis referta. In ipsa marmoreo tumulo conditum ad multos annos ( fortè ab Anno 1313 ad 1557.) honorificè requieuit sacrum pignus sanctæ Sororis suæ indè q; in sacrarium delatum. *De isto cum laude agit A. R. D.* Franciscus Cionaccius Presbyter Florentinus, *vir pietate & sacra eruditione clarus, in Historia præfata B. Humiliana, quam hoc Anno 1682. edidit Florentiæ, par. 1. cap. 2. pag. 23. par. 2. cap. 4. pag. 167. cap. 10. pag. 223. & par 3. cap. 2 pag. 336.*

*Ibidem.*

VIII. Illustriss. D. *FRANCISCUS CATTANIUS* ex Comitibus Clusij Noui Illustriss. D. Comitis Orlandi, Sacri Montis Aluernæ donatoris *de quo Ser. ista 3. in principio egimus* Nepos, qui ad exemplum Pàtrui spretis mundi illecebris, abiectisque cautis sęcularibus, vna cum ipso in hoc Sacro Monte & habiti Tertij Ordinis sanctissimam duxit vitam, ac demum die 15. Nouemb. anno 1350 felicem ibidem dormitionem accepit. *M. M. Prou. S. Francisci.*

PAR. I. TIT. II. SER. I. *MINISTRI GENERALES* &c. pag. 11. post *B. ALBERTUM* Pisanum, ante *P. ARLOTTUM* Pratensem Generales Ministros, *adde* incipiendo à noua linea, & numero.

IX. B. Seruus Dei P. BONAGRATIA de TELIIS à S. Ioanne in Persiceto, Prouinciæ Bonon. Alumnus, Florentię oriundus, & fortè natus X. Ordinis Generalis Anno 1279. Assisij creatus, iure ac meritò inter Etruscos Generales numerandus venit; ac præclarissimæ auitæ familię in Franciscanos ferè suprà modum propensissimę nonnulla huius rei præclara facinora hic attexere lubet; vt, qui doctrina, moribus, ac virtutibus refulsit, sanguinis etiam claritate nitescat. Igitur.

Nobilis & vetusta Familia *DEL TEGLIA*, olim de *VOLOGNANO*, ditionis Florentinæ, præcipua semper in Ordinem D. Francisci beneficia contulit, & semper summæ existimationis apud ipsos Patres, & eiusdem Ordinis Superiores locum tenet. Et pręcipuè Ioan. quondam *D. Tegliæ* cognomento *Nannes* qui Anno D. 1390. cum à ditione Florentina discessisset ob Guelforum ac Ghibellinorum factiones sedem sibi delegit in Bononiensi Comitatu; qui *Mons Acutus* Vallensis dicebatur, in quo Comitatu alij prius ex eadem familia habitationem sibi constituerant in Castro *S. Ioannis*, qui dicitur à *Persiceto*; quia cùm esset hæc familia Ghibellina Nobilis, & in eodem Comitatu ex Magnatibus, pluries expulsa, & in exilium missa à Repubblica Florentina vnà cum alijs Nobilibus familijs Ghibellinam partem sequentibus Anno præcipuè 1248. nec non 1268. Isnardi Vgolini Regij Vicarij temporibus, vt apparet in publico Libro

Libro, qui dicitur *del Chiodo*, in Officio DD. Capitaneorum Partis, & in Fiscali Camera Florentina. Ex quo *Nanne*, pręter cęteros, litteris, & scientijs illustres Viros prodierè Guidus, Orphæus, Camillus, D. Vincentius, & D. Ioseph Bonauentura adhuc viuens, & Franciscus-Gregorius-Pius illi filius praeclari ingenij, atq; expectationis adolescens. Qui omnes in D. Francisci Ecclesias, & Conuentus tùm Florentiæ, tùm alibi praeclara pietatis studia, & beneficia nunquam cessarunt ostendere. Quapropter inter primarios ac praecipuos Religionis huius Benfactores vndique existimantur.

Ex hac Familia (vt ad rem nostram deueniamus) quę iuxtà varios Notariorum vsus, *Latinè* denominata fuit de *TELIIS*; siue de *TELITIIS*, descendit B. BONAGRATIA (decimus, vti diximus Generalis) qui in sæculo morabatur in eodem D. Ioannis Oppido, quod *Persicetum* dicitur. Bononiensis Diœc. De quo Viro, atque illius Vita Sanctitate conspicua, singularique prudentia, virtute ac benignitate memoriam faciunt *B. Bartholomaeus* Pisanus fruct. 11. Conformit. in Prouincia Bononiensi. *Gonzaga* Histor. Seraph. Religionis, *Bernardus* à Bessa in Chronicis. *Peregrinus* de Bononia in Epistola ad Generalem Gondisaluum. *Marcus* Vlysipponensis; *VVaddingus* in Annalibus, ad Annum 1272. n. 3. ac anteà & posteà sępius. *Philippus* Perusinus in Exceptis Ordinis Monumentis, *Martyrolog.* Franciscan. die 2. Martij. *Hieremias* Bucchius in lib. Aureo; *Rodulphius* Tossinian. Histor. Seraph. Relig. lib. 2. *Legendar.* Franciscanum die 2. Martij. *Dominicus* de Gubernatis à Sospello Chronista Generalis in suo Orbe Seraphico tom. 1. lib. 3. §. x. ac alij plurimi.

Cum autem pręfatis Authoribus diffusè de illius vita tractantibus pro nunc acquiescam, illud tantum significabo (est enim causa propter quam hæc addimus, vt præfatus Christi Fidelis Seruus & prudens locum suum inter Generales Ministros, natione Etruscos, locum habeat, & præfatis addatur) B. hunc BONAGRATIAM *decimum fuisse Generalem* ab Ordinis Institutione S. P. N. Francisci. Ille verò Sanctissimis moribus, atque exemplari Vita, & mirificis diuinæ gratiæ muneribus decoratus missus est à Gregorio X. Sum. Pontifice cum alijs Seraphicæ Familiæ Religiosis Viris anno 1272. ad Imperatorem Paleologum, vt de Generali à se indicto Concilio admonerent, rogarentq; vt per se, vel suos interesse vellet, vt vnio Græcorum cum Latina fieret Ecclesia, quod fælicissimum finem sortitum est, cum ipse Imperator Oratores suos miserit ad Concilium vnà cum ijs ex Franciscana Familia, vt fidei Professionem apud Sum. Pontificem, & Latinam Ecclesiam facerent. Cumque cogendum esset Generale Capitulum Patauij Anno 1277. neque illi posset Hieronymus Asculanus Generalis interesse, cum missus fuisset à Nicolao III. Pontifice, vt pacis fædera Regem inter Hyspanorum, Gallorumq; conciliaret, iussit, vt F. BONAGRATIA illi Capitulo pręsideret; nec non vt

Vicarius Generalis, vltrà Montes. Prætereà verò cum idem Hieronymus Asculanus ad Cardinalatus dignitatem promotus fuisset, in Capitulo Generali Assisiensi, quod coactum est Anno 1279. atque in eo conuenit magna Patrum multitudo, plenis Suffragijs in Genralem electus est idem Fr. BONAGRATIA, qui tamen Capitulo aberat. Ex qua electione idem Pontifex mirificam visus est capere voluptatem: Qui Fr. BONAGRATIA ad pedes Summi Pontificis accessit, vt nouum Ordinis Protectorem exposceret. Pontifex autem mitissimis verbis, nec sine iugibus lachrymis (Vide integram facti narrationem par. 1. pag. 2. §. 3. & Vvadd. tom. 2. Anno 1279. num. 9.) cum Nepoti suo mirabili modo electo, Ordinem commendasset, fassus est Seraphicum Ordinem tam illi carissimum esse, quam oculi sui pupillam. Atq; idem BONAGRATIA cum ipso Pontifice ac duobus Cardinalibus Beneuenga, & Hieronymo Asculano ex Minoribus assumptis explicationem illam supra Regulam compilarunt, quæ incipit; *Exijt qui seminat &c.* atque ea ex Bonifacio VIII. in Ius Canonicum inserta, per omnes inde Prouincias diuulgata est.

Inter præcipua, quæ B. BONAGRATIA præcepta dedit, vnum illud peculiare est, quod iusserit, ne sui Ordinis Cœnobitæ Assisiates aliquid acciperent ab ijs, qui Portiunculæ Indulgentiam peterent die 2. Augusti. Sui Ordinis Conuentus crebrò inuisere non destitit; vigesimum Generale Capitulum celebrauit Argentinæ in Superiori Germania anno 1282. In lucem eruit narrationem de die illa celeberrima, in quâ Sanctissimo P. N. Francisco Stygmata diuinitus impressa fuere. Multos ex sua Familia misit in partes Aquilonares in Asiam, & in Armeniam, vt Catholicam Fidem prædicarent, Ordinem dilatarent; atque ibi Martyrio affecti sunt multi ex Socijs; & Catholicæ Fidei complures ex gentibus additi.

Cumque per Gallias iter faceret, vt discordias sedaret, quas Petri Ioannis Oliui doctrina excitauerat, cum Auinionem peruenisset anno 1284. & Ordinem suum cum laude, & singulari tam doctrina, tum prudentia ad sexennium gubernasset, graui morbo correptus, cum se Sacramentis Ecclesiæ Mysterijs confirmasset, obortis vndique Patrum lachrymis eximia sanctitatis fama obdormiuit in Domino. Atque illud mirabile accidit, vt ex ære Campano de Tolo Ecclesiæ cum nulla humana ope pulsaretur, crebri tinnitus audiri fuerint. *Reliqua præclara facinora debimus in Theatro sacro Primi Ordinis tit. 4. hic autem;*

Obiter reflectendum est, quod cum BONAGRATIA anno 1272. doctrina super multos floreret, & à D. Bonauentura Generali Ministro, de mente Sum. Pont. Greg. X. inter Viros præcipuos, probos, doctos, & rerum agendarum peritos selectus fuerit, atq; vt diximus, à præfato Pontifice pro re grauissima ad Imperatorem Paleologum Nuncius missus fuerit: Item cum anno 1277. Pro Generali Capitulo præfuerit, & anno 1279. supremam Ordinis Præfecturam obtinuerit; clarè deducitur, quod iam erat ætate maturus,

tutus, non amplius adolescens: quòd si saltem 40. annorum supponamus, cum ad Generalatum euectus fuit, retrocedendo, dicemus natum an. 1239. atque ideò Florentię non tam oriundum, quam natum, & cum Patre expulsum, indeque Monachatum in Prouincia Bononię subijsse. Hinc fortè venit, quod nonnulli (teste Vvad, an. 1272.) BONAGRATIAM nostrum *Dalmatinum* faciunt: sed rectius *Florentinum* dicimus nos.

In eadem quoque Familia fuit BARTHOLA, venerabilis Fęmina Tertij Ordinis, filia Rimbotti, olim Equitis Philippi; quæ honestissimis moribus, ac summa pietate, & religione decorata. Obijt Florentiæ anno 1368. cum dispositione plurium bonorum suorum in fauorem piarum causarum, præcipuè verò celeberrimi S.Marię Nouę Hospitalis; Sepulta est in Ecclesia RR. PP. Conuentualium S. Crucis, & vsque adhuc viget fama illius sanctæ, & admirabilis vitæ. Inter hæredes autem, quos instituit, fuit Philippus Tegliæ illius Agnatus. *Huius acta dabimus in Theatro sacro Tertij Ordinis.*

Ex eadem tum pietate, tum nobilitate clarissima Familia prodijt Dei Seruus, F. LVCAS Heremita in Montemassi ditionis Senensis dictus, sed natus est in Terra *Montis Acuti* Vallensis die 14.Februarij 1605.sacro fonte lustratus in Ecclesia S. Christinæ. Qui prius *Tertiariorum* D. P. Francisci Ordinem professus, post mortem supradicti Orphæi Patris sui, bonis diuenditis, in *Montemassio* secessit: vbi S. Caminini Ecclesiam vetustate collapsam restituit, atque Heremitorium condidit; cum ibi loci mira esset veneratio ob martyrium, quo affecti fuerè SS. Ferriolus, & Egentianus, atque ibi ad multos annos commoratus est, nullis non vitæ austeritatibus, atque afflictationibus vacans, cum super nudis asseribus breuem nocturnam caperet quietem, nullo adhibito Vini potu, & nullo carnium esu, sola indutus Tunica, ieiunijs Corpus macerans, & in oratione pernoctans, ad viuum sanguinem se flagellabat, hinc cum moreretur sanguine conspersi funiculi sub morientis caput adinuenti sunt. Mira illius charitas fecit, vt in pauperes erogaret omnia, quæ fabricæ Ecclesię,atq; Eremi superfuerant. Cum corporei sensus mirificè affligarentur, dolorem dolori addidit: nam cum illius crura vlceribus scaterent, nudis pedibus, genibusque in aperto campo assiduus orabat, vt scilicet Muscæ, atq; alia molestissima animalia plagas eius infestarent quę quidem nec expelli volebat, vt scilicet tollerantiæ, & Christianæ patientiæ eximium sese exemplar faceret; Die verò 29. Nouemb. an. 1644. omnibus susceptis in eodem Eremo Ecclesiæ Sacramentis, ter dulci emisso risu, æternum in gaudium feliciter requieuit. Illius verò Corpus publicè expositum, magna cum frequentia, & iugibus lachrymis humatum tandem est in Capsula apud eiusdem Ecclesiæ Aram maiorem. (*Huius etiam Acta dabimus in Theatro sacro Tertij Ord.* Vt autem sanctitatis illius, & miraculorum fides fieret, iam portiò Processus compilata est in Archiepiscopali Curia Bononiensi, residuum verò disponitur in Crassatensi Diœcesi.

Omittere autem nolo (& si extra Spheram Franciscanam sit) extitisse in ea-

 dem

dem Familia bonis moribus, & probatissima honestatum vita *Antonium* filium Hieronymi Constantini, & *D. Annam* de Zanibonis Nobilem Bononiensem, matrem dicti *D Vincentij*, qui tum pietate, tum summa insignitus eruditione, nec non prudentia & doctrina præstantissimus se præstitit; & *Dianoram* de Blanchis, nobilem Comensem, cognomento *Bona vita* eius dignissimam Vxorem & venerabilem. Neq; illud nouum videri debet, cum hæc ipsa Familia in Seraph. Ordin. egregiè semper fuerit affecta,& quamplurima in illum, vt diximus, pietatis & munificentię studia omnibus in locis vberrimè pręmonstrauerit.

## PAR. III. TITVL. I. SER. IV. *SCRIPTORES &c.* pag. 396. inter n. 48. & 49. incip. a noua lin. *adde*.

X. *DANTEM* Aligerium, Patria Florentinum, *POETAM* pręclarissimum, ac fortè Poetarum Principem; cuius laus famaq; longè lateq; per vniuersum litterarium Orbem diffusa, gloriosè volitat, ac resonat, inter Franciscanos Scriptores numerare, non tàm mirum, quam nouum, atq; inauditum videbitur omnibus, cunctis mirabilè Hominem, inquam, sæcularem sæcularibus implicitum tumultibus, controuersijs, agitatumq; fortunę fluctibus, placidum in sinum portumq; Religionis demiq; appulisse, post trina integra ac ferè quatuor sęcula asserenti propalantique quis credat? quis probet? quis admittet? cum nullus inter tot Scriptores, Commentatores, laudatores, Censoresq; Vitæ, factorum, dictorum, pariter atq; Scripturarum *Dantis* vel obscure, vel subdubiè tale quid de ipso hucusq; indicarit; & è contrà, tot, imò ferè innumeri doctrinam, moresq; altè expenderint, extulerint tanti Viri. Fateor, nisi Herculea ( vt ità dicam P. Mariani Florentini, religiosissimi Viri Ord. Min. Reg. Obser. ac rerum Franciscanarum primi, solertissimi, ac fidelissimi Scriptoris, summæ propterea authoritatis apud suos & exteros: authoritate frętus certè non auderem nouum hominem effingere, Minoribus addijcere, quem nemo (eodem Mariano excepto) quod viderim, hucusque talem prodidit. Sed cum ille solito suo candido, ac simplici stylo duobus in locis, mox allegandis, candidè, ac apertè *Dantem* ipsum *Tertij Ordinis* Franciscani professorem dicat, atq; in *Habitu Fratrum Minorum* defunctum, & obinde in Ecclesia S. Francisci apud Minores Rauennates sepultum: audeo & ego inter Minores Etruscos Scriptores computare; atque ità Capiti eius, Vitæque termino pietatis Christianæ CORONAM Poetica Laura longè clariorem, intexere imponere, quam, inter tot Vitę eius Scriptores, nullus nouit, vel attulit, excepto P. Mariano prædicto quem iam audire ne pigeat.

Præfatus itaq; P. Marianus Florentinus, de quo infrà in hac ipsa Serie Scriptorum pag. 208. sub n. 117. agimus in tract. *de Origine, nobilitate, & de Excellentia Tuscia*, ibid. cit. cap: 11. S. *sequitur de Poetis* pag. 75. ità de *Dante* ad litteram scripsit.

*DANTES Florentinus, è gente Alegria, Poeta conspicuus, Historiographus, Theo-*

*Theologusque; qui liberalibus Artibus in Patria legitimè eruditus, Poeticæ deditus à pueritia amauit; in adolescentia Beatricem ex Portinariorum familia, cui Carmina multa dicauit. Matura deinde secutus studia* Opus egregium, *quod nunc extat latinis planè Carminibus inchoauit; cuius initium*, Vltima regna canam, *quod minimè vena succedente, ad vernaculum deflexit sermonem, in quò facilè Princeps emicuit. Pulsus exinde Florentia, cum reliquis Albis Parisiensi Gymnasio accessit, vbi Phylosophicis atq; Theologicis doctrinis vacauit: atque librum iam dictum compleuit. In quo omnium Cælestium, Terrestrium, & Infernorum profundè contemplatus, singulaque Historicè, Allegoricè, Tropologicè, ac Anagogicè descripsit. Scripsit quoque præter hæc*, Opusculum de Monarchia, *huius rei gratia, vt Henricus VII. Imperator reintromitteretur in Patriam, quod minimè valuit. Quapropter amissa omni spe reditus sui, Rauennam profectus, ibidem sub Principe Guidone Poletano amico suo:* sub qua norma, quam B. Franciscus Fratribus dedit de Pœnitentia vixit [*En Tertiarium Franciscanum habemus*] denique in articulo mortis constitutus, cum Habitu Fratrum Minorum indutus migrauit à sæculo (*En Franciscanus obijt*) ætatis suæ anno 56. salutis verò 1321. in Templo S Francisci sepultus. *Ità Marianus ibi.*

Idem P Marianus Florentin. in alio Opusculo vernaculo sermone inscripto, *Incomincia e Libro, come S Francescho instituì, & ordinò el Terzo Ordine de' Frati e Sore di Penitenzia, & della dignità, & perfectione, ouuero santità sua.* Extat M.S. Origin. in Bibliotheca Conuentus Omnium Sanctorum Florentiæ B.15.5.4. In hoc, inquam, Opusculo tract. 3. cap. 6. *Della forma dell Habito, e come molti Signori sono vestiti dal Habito;* inter alios Heroes ibidem relatos, pag. 33. *Dantis* Poetæ hęc habet.

*Dante Poeta fermatosi nella Città di Rauenna, & alla Vita spirituale vacando, prese l' Habito del Tertio Ordine, & in fine morendo, prese l'Habito de' Frati Minori, e fù nel Conuento di S. Francesco sepolto.* Ità Marian. loc. cit.

Scripsit ergo *Dantes Comœdiam*, dell' *Inferno*, del *Purgatorio*, e del *Paradiso*, quam plures commentarunt, inter quos emicuerunt Chrystophorus Landinus, Alexander Vellutellus, quam in meliorem letturam reduxerunt Academici *della Crusca* Florentini, & Florentiæ ediderunt anno 1595. Item Franciscus Sansouinus tabulis, argumentis, ac allegorijs ornauit, Venetijs 1564. Expositionem adiecit Bernardinus Danielli Lucensis. Venetijs 1568. Benuenutus Imolensis, & alij tum typis, tum M.S. Item nonnulli dictum Opus censuris maculare tentarunt, alij apologeticè confutarunt.

Scripsit item *de Monarchia*, pluribus in locis impressa, sed melioris lecturæ Basileę 1559. Quod quidem Opus habetur & in Libro, cui titulus *Syntagma Tractatuum de Imperiali Iurisdictione &c.* Item *de Vulgari Eloquentia. De duobus Elementis Aqua, & Terra. Egloga, Carminaque* alia, ac *Pœmata* à varijs Authoribus relata. Quorum omnium operum, acetiusdem Poetæ mentionem faciunt Vitę ipsius Scriptores *Ioannes Boccaccius* Etruscæ eloquentiæ Pater, *Leonardus* Aretinus, *Landinus, & Vellutellus* præfati, *Marius* Philelphus latinè

&.

& *Philippus* Villani, quæ M.S. seruantur in celeb. Bibliotheca Magliabechiana. *Paulus* Iouius Fol. 10. & 11. De *Viris* illustribus. *Verinus* de *illustratione* Vrbis Florent. lib. 2. *Carlozzes*, ac in suis Poematibus M.S. in præfato Magliabechiano Museo. *Coluccius* Salutati lib. de Fortuna, ac Tractat. de Tyranno. M.S. in dicta Bibliotheca. *Laurentius* Iacomini &c. Del Furor Poetico pag. 55. & 56. *Paulus* Minius in suo Discursu de Nobilitate Florentiæ pag. 103. *Iacobus* Gaddi, Corona Poetica pag. 106. *Petrus* Vettorius pluribus in locis Operum suarum, sed præsertim in Commentarijs Rhetoricæ Aristotelicę lib. 2. pag. 466. *Cæsar* Cremoninus in sua Apologia dictorum Aristotelis. *Ioan. Matthaus* Toscani in suo Pelepo Italiæ pag. 1. & 2. *Pocciantus* in Cathalogo de Scriptoribus variis in locis item *Gaddius* prædictus de Scriptoribus non Ecclesiasticis, sępe ac sæpius. Alios quamplures breuitatis ergo omitto,

*Scriptorem vnum, equidem celeberrimum, Mineritis Etruscus addidimus, alterum, suadente veritate, minuere, proprioq; Instituto adscribere fas erit, vt itàvnusquisque quod suum est, pacificè possideat.*

*Itaque.*

XI. In dicta Serie Scriptorum pag. sequenti 197. sub n. 52. Vvadd. ibid. cit. sequuti *Dominicum Pantaleonium Florentinum* produximus, ac scripsisse diximus. Tractatum de *Monte Communi*. De *Conceptione B. Mariæ*. *Dialogum* de eadem. *De substantia Orbis*. De *Forma Consecrationis Sanguinis Christi*, & super *Psalmum Miserere*; ac obijsse anno 1376. Modò in peruetusto, & authentico M.S. in Pergameno, cui titulus est, *Necrologium Venerabilis Conuentus S. Mariæ Nouellæ de Florentia Ordinis Prædicatorum*. In quo dictim inscripti sunt Fratres eiusdem Ordinis defuncti ab anno 1225. (en antiquitas) vsque in hodiernum diem, *qui de Ciuitate Florentiæ, siue de eius prædicatione originem contraxerunt*: asseruato penes ac R. P. F. Raphaelem de Badijs, Sac. Th. Mag. virum eruditissimum, Historiographum, ac Scriptorem non vulgari Examinatorem Synodalem Florentinæ, ac Fesulanæ Diœcef. S. Officij Consultorem in Ciuitate Fęsulana, mihi in amicitis coniunctissimum, cuique per omnia multum debeo, atque eiusdem Regesti, seu Necrologij continuatorem; fol. 50. pag 1. sub n. 478. relatum reperi obitum *R. P. Dominici de Pantaleonibus* Sac. Th. Mag. de quo item referuntur acta, ac studia in iuuentute, & virilitate, Angliæ ac Parisijs studuisse fertur Baccalaurei, ac Magistrali Laurea in Vniuersitate Patria promeritum, præfati Conuentus Præfecturam cum laude, & emolumento tenuisse, aliaq; ad integram luminis Historiam pertinentia recensentur vsque ad diem & horam mortis: concluditur .n. his verbis. *Cum vero esset in 40. anno graui detentus infirmitate, plenè confessus, receptisq; deuotè, omnibus Sacramentis, à cunctis Fratribus humiliter petens veniam, & eis benignè indulgens, ex hac luce migrauit ad Dominum Iesum Christum, anno Domini 1376. die 28. Augusti de sero in Festo S. Augustini, quem fuerat in omni-*

*bus suis operibus & scolasticis actibus imitatus*. Et quod ad rem attinet præsentem fertur scripsisse Eccellentes Tractatus, & pulchros sequentes, videlicet.

*De Monte Communis Florentiæ*.

*De Conceptione B. Mariæ Virg. per modum Dialogi*,

Item alium pulcherrimum de eadem materia.

Item alium supra Auerroem *De substantia Orbis*.

Item alium *de forma Consecrationis Sanguinis Iesu Christi*.

Item alium super *Miserere mei*, *&c*. Extant in Bibliotheca S. M. Nouellæ. Modò hæc omnia scripsisse dicit Vvadd. & nos ex eo *Dominicum Pantaleonium Minoritam Florentinum*, atq; eodem anno obijsse, quo & iste Dominicanus decessit; Quamobrem nisi dicatur (quod verosimile non videtur) quod simul ac semel eodemque tempore fuerint duo insignes Viri eiusdem Nominis, cognominis, patriæ, studij, litteraturæ indolis, scientiæ, doctrinæ, atq; per omnia eadem scripserint Opuscula, vnus Dominicanus, Franciscanus alter, qui fuit, & scripsit præclarissimo Prędicatorum Sodalitio certò certius adscribendus est. Qui.n. talia Opuscula scripsit, non solum Minorita non fuit, sed (ipso Necrologio teste) contra Minores scripsit. Opus quidem *De Monte Communis Florentiæ*, nominatim contra Patrem Franciscum Emporiensem Minoritam, de quo nos eadem par. 3. tit. 1. ser. 5. n. 8. agimus. Tractatum per *modum Dialogi* contra Minores scripsit. Prædicatoribus igitur restituendus venit, quem (nescio quo errore ductus) Minoribus Vvaddingus adscripsit; cum pleno iure hominem sibi vendicent.

LAVS DEO, ET OMNIBVS SANCTIS.

